F 5

-30-

26
II
NN

1. h. 25.

G.5.25



FLORES
MEDICINALES
Authore
HYACINTO BOVIO

Nobili Feltrens. Philosopho,
& Medico.

Vtitur M. Iacobus Florellus Venetus. 1679.

FLORES

MEDICINALES

Autore

HYACINTO BOVIO

Regii Taurini Philosophi,

& Medici.

FLORES MEDICINALES

SEV

SENTENTIÆ, AVTHORITATES,

& Rationes ex Hippocrates, Galeno, Auicenna, & alijs Summis Authoribus

A HYACINTHO BOVIO

Nob. Feltrensi Philosophiæ, & Med. Doct.

Publ. eiusdem Ciuitatis Collectæ.

OPVS

In quatuor libros partitum: cui additur breuis Tractatus de Virtute, & vsu Theriaca, ac de Aloe, & de Diffinitionibus morborum, & symptomatum.

Cum Indice eorum, quæ dicuntur in toto opere.

QVOD

CAROLO HIARCA,

Et

FLORIO BERNARDO

Viris Philosophis, & Medicis Venetiarum præclarissimis

D. D.

VENETIIS, M.DC.LXVIII.

Apud Franciscum Salerni,

& Ioannem Cagnolini.

Ex consensu, & Priuilegio Principis.

AUCTORES


MEDICINALES

SEXTERNIS AUTHORITATES,

A NYACLINTHO BOVIO

CAROLO CLUSIO

LEONIO TORNARIO



VENETIIS, MDCLXVII.

Apud Franciscum Salem,
& Joannem Capellum.

Cum Privilegio, & Facultate Superiorum.

Per Illustribus, atq. Excellentiss. DD. DD.

CAROLO HIARCA,

&

FLORIO BERNARDO,

Venetis Artis Medicæ Professoribus eximijs.

Hyacinthus Bouius Feltrensis S.P.D.

MEDICVM hoc viridarium, in cõmune beneficium, qua pro viribus datum est, arte exçultum, vobis præ cæteris exhibere libuit, quorum odorifero virtutum afflatu perennaturum confido. Omnium expositum oculis, Argoa indigebat custodia, vtque à flosculorum excisione parcarent Aristarchi, propugnatoribus opus erat. Sat erunt superque duo: *Robore* munitus alter, vique, ac rugitu *Leonum*, ad atros exturbandos Momos suffultus, alter ad candidos alliciendos Lectorum animos, pacifera, nitidaque *Columba* præsignitus. Ni vltræ subtiliori mentis indagine progressus sum, id vobis tribuite, quos Herculeas Viridario meo Columnas haud perperam statui, præter quas Medicum vel hortulum

colere nefas eſt. Ipſe floſculos promptis, Vos fluctus ſemper dediſtis, quotidieque operamini, ſic vt veraciter vtrique congruat illud:

Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis
Ne quidquam trepidat.

Fæliciſſimam hinc Venetorum Vrbem, cuius incolumitati larga Cælum manu conſuluit: neque enim Vobis medentibus amplius inſonare auditur:

Nullus, Apollinea qui leuet arte, malum, eſt.

Veſtra ſiquidem prudentia, conſilio, virtute lues omnis penitùs eliminatur. Excipite igitur beneuolo, vt conſueuiſtis, animo humiliſſimos, quos offero floſculos, quibuſcum me, qui *Hyacinthum* redoleo, veſtris deuotum meritis, obſeruantia deuinctum, benigno aſpicite obtutu: Aizoi namque, hoc eſt, ſemperuiui ſe adepturum nomen ſperabit *Hyacinthus*, ſi continua veſtrum fuerit protectione rigatus. Valete & ad Medicæ Artis gloriam, & decus, infælicibus nunquam non vtiles, fælices æternùm viuite.

Dat. Feltriæ die 4. Menſ. Nou. 1668.

Perill & Excellentiſs. Dom. Veſtr.

Addictiſs. Famulus.

Hyacinthus Bonius.

Pe-

Perill. atque Excellentiſs. D. D.

CAROLO HIARCA

Medico Veneto Peritiſſimo.

Alluſio ad gentilitium Stemma.

FRigida depugnant calidis, humentia ſiccis,
Morborũq; phalanx corpora noſtra premit.
Suppetias cui ferre datum? non Marte, ſed arte,
Vnus HIARCA fugat, fœdera pacis init.
Fœdera pacis init, profert qui ſtemmate Pacem:
Pace ſtat IMPERIVM ſic ſine fine SOPHI.

Eidem

CAROLVS HIARCA.

Additur, I. Anagramma.

HIC ARCA VALORIS.

Diſtichon.

Corpora ſi valeant, medica quæ ſanat HIC arte,
Haud mirum: ægrotis ARCA VALORIS adeſt.

F. Io. Bened. Perazzo Ven.
Ord. Prad.

Perill. atque Excellentiſs. D.D.

FLORIO BERNARDO

Medico Veneto celeberrimo, pro Libri nuncupatione.

PRæbet odoriferos cunctis hęc Pagina FLORES
Nomine FLOS FLORI nũcupat hoſce nouus.
NARDINVS hinc miſeris, odor hinc HYACINTHINVS ægris,
Fragrat & omnigeno ſparſus odore Liber.
Vni hæc FLORIO erat FLORVM ſacrãda corolla,
Serta his, qnæ maneant floridiora Virum?

Eidem

FLORIVS BERNARDVS.

Mutatur V, in I. Anagramma.

IS RVBER FLOS NARDI.

Diſtichon.

FLOS RVBER IS NARDI eſt; ex Nardo balſama fiunt:
In corrupta manet, quam leuat ille, caro.

Eiuſdem.

Lectori Beneuolo.

ADeò in immensum porrigitur Medicæ Regiæ Artis Imperium, vt non tantùm terrarũ orbis giganteos fatiget pedes, quantùm lutea Microcosmi compago, & arctas lassat mentes, & sistere cogit.

Hippocratis, Galeni, Auicennæ, aliorumque nominis primi Authorum non tàm speciosi tractatus, quàm disciplinarium locorum, & compendiarij vniuersi, hoc est, hominis spacioſi tractus id patefaciunt. Istiusmodi non modò accuratè metiri, sed & per transennam transigere exigui temporis studiosis vetitum est. Id ego pluries expendens, an mihi, an alijs consuluerim, tù iudex esto. Quòd Apes consueuere ingeniosæ, imitari sum ausus. Illæ, tametsi breues volucres, amplissima feruntur in prata, florilegum promeritæ epitheton, quod legant suauiores. Latissimam ipse quoque expatiatus medicam ditionem, hos solùm excerpsi, diuque libaui flores. si sub benigno eruperint cœlo, fortasse fructum parturient palato gratum. sin verò: non marcescant exopto. saltem adorari licuerit. fruere, & Vale.

DE MEDICINÆ Dignitate, & Vtilitate.

CVM multæ sint artes, quas homo excolit, vt indè vel animum oblectet suum, vel diuitias comparet ingentes, vel immortale nomen, & maximos consequatur honores, vel, quoad fieri possit, homini prosit; Ars Medica sola est, vel saltem præcipua, quæ hæc omnia maximè præstare potest; nulla enim alia maius oblectamentum, maioremque voluptatem animo affert hac ipsa facultate omnium præstantissima. Quid enim dulciùs, suauiùsque, quàm rerum omnium elementa inquirere, mistorum naturam contemplari, effectus cognoscere, virtutes, & facultates meditari, omnium terræ nascentium formas, qualitates, & vires acutè expendere, ac demùm in abditissimarum rerum inquisitione, inuentione, & vsu continuò versari? Quantis diuitijs, quibusque præmijs ornet homines Medicina, vnusquisque singulis diebus clarè perspicit, vt omnes Medicos, qui maximas opes acquisierint, commemorare superfluum sit. Nolim tamen scilentio præterire Erasistratum Aristotelis ex filia Nepotem, hic, vt refert Plinius lib. XXIX. capitul. primo. Antiocho Rege sanato, centum talentis, hoc est, sex millibus aureis nostratibus donatus est à Rege Ptolomæo eius filio. Galenus quoque se accepisse testatur à Boetio

Se-

Seuerino viro cõsulari Romano sexdecim sexterria, idest quadringentos aureos nũmos, quia eius vxorem regio morbo affectã liberauerit.

Quintus Stertinius summus olim Medicus Romæ habitus, eodem Plinio Authore, imputauit Principibus, quod quingenis sexterijs annuis contentus esset: sexteria enim, hoc est, dena quina millia aureorum, sibi quæstu Vrbis fuisse numeratis domibus ostendebat; vt rectè dici possit, nullam aliam disciplinam maiores diuitias hac ipsa hominibus afferre, nullique alteri maiora præmia constituta fuisse, sempiternum nomen hanc facultatem ijs, qui in ea plurimùm olei, & operæ impenderint, afferre, nemo ignorat: cùm Vetustissimorum Medicorum plurimi propriis hoc testentur monumentis, plurimi etiam ab aliis decantati per hominum ora volitent: eosdem etiam maximis honoribus affectos clarè patet. Testis est Hippocrates Medicorum Primus, cui Abderas proficiscenti, vt Democritum curaret, vniuersa Ciuitas, & cuiuscunque ordinis, & ætatis homines obuiam profecti sunt, ipsum Iouem Seruatorem, & Patrem Patriæ appellantes, cui etiam ab Atheniensium Senatu ob seruatam à peste Græciam decreti sunt ludi, ministeria, & sacrificia, coronaque aurea, regium insigne, in accepti beneficii memoriam donata, vt habetur in epistolis de Hippocrate, ad quem Artaxerses Nuncios cum littetis misit, vt exercitum suum peste afflictum curaret, magnos tum honores, tum diuitias ipsi per

Nuntios ſpondendo, per hæc Verba: quamobrem iuſtiſſimis de cauſis in multis terrarum locis etiam ipſe diuinis honoribus affectus eſt, & ab Athenienſibus iiſdem, quibus Hercules, & Æſculapius muneribus honeſtatus eſt. hunc accerſiri iube, aurique, & argenti quantum volet, dato. hic enim non vnum huius mali ſanandi modum tenet. hic eſt ſanitatis Pater, ac Conſeruator, hic dolores curat, & vt breu iter dicam, hic diuinæ ſciétiæ Princeps eſt. Vale. & in aliaepiſtola.

Rex Magnus Artaxerſes tua præſentia opus habet, & ad nos Præfectos miſit, imperans, vt tibi argentum, & aurū, cæteraque, quibus opus habes, & quæcunq; voles, abundè exhibeamus, teq; ad ſe breui mittamus. te enim Perſarū optimatibus honore æqualem fore: tu igitur facito, vt quàmprimū aduenias. ita Hippocrates reſpondet. Ad epiſtolam, quā miſiſti, & à Rege veniſſe aſſeris, reſpondeo; nos victu, veſtitu, domo, omniq; ad re vitam neceſſaria cumulatè frui: Perſarum autē opibus vti, neq; mihi æquum eſt, neq; Barbaros morbis liberare, cum ſint Græcorum Hoſtes. Vale.

Nec hucuſque tantùm progreſſa eſt Antiquitas Medicos honoribus afficiendo, ſed quoſdam etiam in grati nimi perpetuum ſignum in Deorum numero collocauit. Nec illud eſt prætereundum, quod ſacræ quoque litteræ Medicos honorandos eſſe præcipiunt: habetur enim in Sacra Scriptura Eccleſiaſtico c. 38. honora Medicum, propter neceſſitatem etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet

piet donationem. disciplina Medici exaltabit caput illius,& in conspectu Magnatum collaudabitur. Altissimus creauit de terra Medicinam,& Vir Prudens non abhorrebit illã, &c.

Quantùm verò hæc facultas homini prosit, quantumque vtilitatis afferat,quis non videt? hæc enim vitam conseruat,quæ cunctis mortalibus est Carissima, hæc efficit, vt nos hac luce diutiùs fruamur,qua nihil dulcius esse poteſt,& in qua viuimus,spiramus,& iucũda vtimur consuetudine.hæc tot, tantosq; morbos, quib. humanum genus assiduè opprimitur, & exponitur,propulsat,vt deploratos sæpè homines, & morti proximos vitæ restituat. hæc deniq; cruciatus lenit,mœrores placat,dolores mitigat, omniaq; corporis incommoda, quæ vndiq;in nos irrumpunt,amolitur prodest igitur ita homini hæc facultas, vt quemadmodũ de eo,qui subitã opem homini attulerit,veteri prouerbio dicitur,homo homini Deus, sic de Medico,qui sæpè fugientem vitam retinet,& restituit, dici possit, Medicus homini Deus. Quam ob rem iure optimo, hæc ars omnium præstantissima habita semper fuit, & habenda est, cùm & à summo rerum omnium Parente nata sit, & à summis semper, diuinisque Viris fuerit illustrata, sit præterà admirabilis, & iucundissima ob rerum multarum cognitionem nomen afferat sempiternum, honoribus, ac præmiis ditet, operum varietate; & magnitudine excellat,vsuq;sit necessaria,& omnibus salutaris.

Hanc tamen cælestem,diuinamq; facultatẽ multi sunt,qui corrumpunt, deq; suæ dignita-

tis & præſtantiæ gradu deiiciunt, vel quia prauia didicerint, & mentes ſuas his imbuerint, quę aliquando dediſcere oportebit: vel quia ea, quæ arti neceſſaria ſunt, vt ſciantur, ne primoribus quidem labris attigerint; quo nihil inuita humana periculoſius, nihilq; magis peſtilens, & noxium reperiri poteſt. Non pauci enim reperiuntur in hac arte ſeſe iactantes, qui neq; Hippocratem, neq; Galenum, neque Auicennam, vel à limine ſalutarint, ſed ex commentariolis quibuſdam Medici ſe profitentur, huc, & illuc circumcurſantes, ægros inuiſentes, medicamenta propinantes, magno artis dedecore, & mortalium damno: neq; enim ſi tam breui temporis ſpacio hæc ars addiſceretur, tàm magna, multaque volumina ſcripſiſſent Galenus, Auicenna, artemq; longam Hippocrates appellaſſet l. 1. Aph. 1. Etenim ad huius artis cognitionem neceſſaria eſt philoſophia, vt habetur ex Galeno in libello, quod Optimus Medicus ſit Philoſophus, dicens, ex eo, quod ignoramus ſpeciatim ſimul, ac generatim diſtinguere morbos, accidere errorem circa curandi ſcopos: quod autem Hippocrates philoſophiã ſciuerit, legat libros de natura humana: inſuper Theſſalũ filium quadam epiſtola exhortatur, vt Geometriæ, & Arithmeticæ præcipuè incumbat; nàm hæ facultates, quià in demonſtrationibus conſumuntur, animum reddunt acutiorem, & expertiorem; artemque Medicã plurimùm adiuuant; ita libello de flatibus dicit: ars Medica maximè à natura ineſt.

Quod ſi tempora compurabimus, quibus floruit Zeno, qui dialecticam manui ſtrictæ com-

comparabat,& Plato,qui eam maximà excoluit, inueniemus, Hippocratem. medium inter hos fuisse, neque multum temporis inter omnes interceſſiſſe. Nam Zeno Olympiade LXXXVI. anno ab vrbe condita CCXCVII. per totam Græciã ob insignem eius doctrinam cognitus fuit: ipse autem Hippocrates Olympiade LXXXVI. anno ab Vrbe condita CCCXVII. de Hippocrate ita scribitur in quadã epistola-hic diuina natura præditus ex paruis,ac vulgarib. initiis in magnam artem Medicinam prouexit. Ortu igitur Diuinus est Hippocrates Nonus quidem a Crisanide Rege,ab Æsculapio Decimus octauus, a Ioue Vigesimus, Matre verò Praxithea Pheneretes filia ex Heraclidarum Familia: quarè ex vtroque semine à Diis oriundus Diuinus Hippocrates ex Patre quidem Asclepiadarum familiam attingens,ex Matre vero Heraclidarum: artem verò cum ex Patre Heraclide, tùm ex Auo Hippocrate didicit.

Est igitur pro comperto habendum,Hippocratem omnium scientiarum peritissimum, & nunquam in Medicina peccantem perfectissimè logicam tenuisse,cùm post ipsum Zenonem eius,vt asserunt quidam,inuentorem, & paulò ante Platonem,qui eam perfecit, celebris haberetur,Quã ob rem concludendum est,neminem artem Medicam exactè exercere posse sine ope ipsius dialecticæ,& qui aliter fieri posse sibi in animum inducit, prorsus recedit à vera medendi ratione, ab Hippocrate, Galeno, Auicenna, & cæteris Antiquioribus Medicis monumentis tradita, & illustrata.

Ver

Veri,& boni Medici institutio,& qualis ergà ægros esse Medicus debeat.

HIppocrates in libello de lege inquit: *Qui enim Medicinæ scientiam verè, & aptè comparare volet, his horum omnium cõpos esse debet, vt naturam nactus sit, doctrinam, locum studijs aptum, institutionem à puero, industriã, & tempus, &c. idem lib. de præception. Fallax enim, & ad errorem procliuis assenueratio, quæ est cum garrulitate coniuncta. qui enim genuinus est Medicus, is Medius fidius, fide magis, quàm duritate in medendo vtitur: quarè ab initio de toto affectu diligenter inquirere, & quædam ad curationem conferentia subministrare oportet, ægrumq; percurare, & minimè negligere: neq; verò exigendæ mercedis cupiditate duci oportet, nisi vt ad artem ediscendam tuos instruas; suadeoq; ne in eo inhumaniter nimis te geras, sed & opum affluentiam, & facultates respicias, interdumque gratis cures, ità vt memoris gratitudinis potiorem, quàm præsentis existimationis rationem habeas: quod si vel hospiti, vel egeno largiendi occasio se offerat, his vel maximè succurrendum est: qui enim erga homines humanum se exhibuerit, is arte amore teneri censetur. multi namq; ægri, cùm sciant, se morbo minimè salutari teneri, etiam Medici probitate sanitati restitutos esse, celebrari gaudent. hoc namq; iureiurando affirmare audeã, Medicum ratione vtentem alterum nunquam inuidiosè calumniaturum*, &c. Et lib. de decenti habitu, vel decoro, ait.

Quos ex vestitu, & cæteris ornamentis quis

cognoscere poterit: quin etiàm, quò sumptuosius ornati fuerint, eò maiori odio auersandi sunt, & ab eis, qui eos conspexerint, fugiendi; ex his autem fuerit contrarium in his spectare, quibus non inest exquisitus, neq; curiosus ornatus, qui sese ex cultus venustate, & frugalitate, non tam ad superfluam curiositatem, quàm ad propriã existimationem, prudentiam, & animi moderationem comparārunt. Ad incessum verò eo sempèr sant habitu minimè diffluentes, aut superflui: in hominum concursibus graues, ad respondendum appositi, aduersus altercantes difficiles, in similium familiaritatib. contrahendis prospicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad respondendum arguti, & tolerantes, in occasione prudenter captanda apposiți, & accommodati, in victu frugales, & paucis contenti, & ad sustẽtandam occasionem tolerantes, oratione efficaces, qui, quicquid doctrina acceperint in mediũ proferant, & facultate dicendi vtuntur ad gratiam comparati, & pro gloria, quæ inde prouenit decertare parati: doctrinam suam ad veritatis lucem repurgantes: ad hæc igitur prædicta omnia præcipuè dux est natura. præclara enim res est, quæ ex opere, quod quis didicit, proficiscitur oratio: quid quid enim artificiosè factum est, à ratione profectum est: quidquid autem artificiosè dictum, nõ autem factum, viam, & rationem artis expertem arguit. opinabile siquidem sine ratione, inscientiæ, & nullius artis inditium est. Quapropter prædicta singula colligere oportet, & sapientiam ad medicinam traducere, & medicinam ad sapientiam; Medicus enim

Phy-

Physicus Deo æqualis habetur: nam neq; multum inter se differunt, & quæ ad sapientiam requirũtur, in medicina insunt omnia, pecuniæ contemptus, pudor, verecundia, modestia in vesti tu, existimatio, iudicium, lenitas, occursatio, mundities, sententiarum elocutio, vtilium, & necessariorum in vita purgationum cognitio, earumq; liberatio, &c. obseruare autem eum maximè oportet, ne multas corporis partes nudet: neq; cum plebeis de rebus multis, sed tantùm necessarijs confabuletur: hoc enim vis quædam ad eliciendam curationem esse solet. horũ verò nihil, vel nimis curiosè, neq; hoc ex opinione agat, &c. priùs quàm ægrum ingrediaris, fac cognitum habeas, quid agendum sit: pleraque enim non ratiocinatione, sed auxilio indigent; euenta per experientiam cognita prædicenda: id enim gloriam affert, & cognitu est facile. In ingressu autem te meminisse conuenit sessionis, demissi habitus, vestitus, grauitatis, breuiloquẽtiæ, vt quidquid perturbato animo facias, vt ægro assideas: in omnibus diligentiam adhibeas, vt ad eas, quæ obijciuntur, respondeas, & ad omnes perturbationes animi constantiam adferas: tu multus verbis cogites, & ad omnia subministranda te promptum exhibeas. crebrò ægrum inuise, diligentem considerationem adhibeas, vt ijs, qui decepti sunt, per mutationes, occuras. facilior enim tibi cognitio suppetit, simulque te promptiùs expedies.

Hipp. l. 6. epid. 4. tex. 9. *introitus, sermones, figura, vestis, ægrotantis tonsura, vngues, odores.* Gal. in comm. *Medicus non debet asperè erga laborantes se gerere, ne odio ipsis sit, neq; adu-*

lator

lator esse, ne sit contemptui, quemadmodũ enim ægroto medicum odiosum videri non conuenit, ita neq; contemnendum, sed humanus, moderatus, iucundusq; cum sit, grauitatem etiam seruare debet, nisi enim Medicum æger, vt Deũ quemdam admiretur, numquam illius præceptis obtemperabit. Antiquissimum igitur fuerit neq; adeò Medicum se submittere, atque adulari, vt sui contemptum pariat; neque rursum perindè se rusticum, atq; asperum exhibere. Id fiet, si & aspectu, & locutione, & omni corporis habitu Medici grauitatem retineat, ægrotantemq; his, quæ ipse præcipiat, morem gerere doceat. poterit sanè Medicus à proemio verisimili exorsus omnia ea deinceps ægrotanti recensere, quæ in hanc rem ab Hippocrate tradita sunt l. 1. Aph. ità dicentem: oportet autem non solum se ipsum præstare opportuna facientem, sed & ægrum, assidentes, & exteriora, & in l. 1. cõstat epid. ars tribus morbo, ægroto, & Medico; aduersari morbo ægrotum vnà cum Medico oportet: cumq; tres sint, Medicus, ægrotus, & morbus, si Medicum solùm cum morbo pugnãtem ægrotus deserat, vel etiam ad morbum transfugiens Medico repugnet, Medicum à morbo superari continget: at si morbo relicto, ægrotus Medico subsidium contrà illum ferat, duobus hominibus contra vnum morbum pugnantibus futuræ victoriæ spes est: sicut è contrà desperandum penitus est, si æger à morbo stans Medico aduersetur. non solum autem sermonũ à Medicis cum ægrotis habendorum talem esse sententiam conuenit, sed etiam vocis magnitudinem, & tonum, & omnem actionem sententiæ

re-

reſpondere ſermonum. Quod ſi quis cum eru-
dito Viro colloquatur, ne ſollæciſmis, barbariſ-
miſq; vtatur, caueto; nam & ex hoc Medici a-
grotis ſpernendi videntur. Et figuram corporis
totius in introeundo, atq; ſedendo Medicus ne-
que humilem præſeferat, vt contemptum me-
reatur, neq; faſtu quodam, atque ſuperbia tur-
gentem. Veſtis, & ipſa mediocris neque valde
ſumptuoſa, vt arrogãtiam indicet, neq; ſordida
& nimium vilis. & ſecundum qualitates ægro-
rum, & eorum genia Medicus ſe gerere debet,
ſic quãtum ad locutionẽ, vt quoad alia omnia.

Hipp. l. de affect tex. 36. *cùm ad ægrotum*
deuenieris interrogare oportet, quæ patiatur, &
ex qua cauſa, & quot diebus, & an venter ſe-
cedat, & quo victu vtatur. Corn. Celſ. l. 3. c. 6.
Adeò vt, eum primum Medicus venit, ſollici-
tudo ægri dubitantis, quomodo ille ſe habere vi-
deatur, am oueat: ob quam cauſam periti Me-
dici eſt, non protinùs, vt venit apprehendere
manu brachium, ſed primum reſidere hilari
vultu, peruncta riq; quemadmodum ſe habeat,
& ſi quis eius metus eſt, probabili ſermone leni-
re: tum deinde eius corpori manus admouere.
&c. & eodem loco paulo inferius: ob quam
cauſam Medicus neq; in tenebris, neque à ca-
pite ægri debet reſidere; ſed illuſtri loco aduer-
ſus eum, vt omnes notas ex vultu quoq; cubanti-
bus per ſpiciat, &c.

Prænotiones quædam.

Hipp. l. 1. Aph. 1. *Vita breuis, ars longa, oc-*
caſio præceps, iudicium difficile, experi-
men-

mentum periculosum, nec solùm se ipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, assidentes, & exteriora.

Gal. l. 4. acut. super tex. 18. *obscura lectio nihil docet.*

Gal. l. de optima secta ad Thrasyb. c. 1. *singula medica præcepta, atq; vniuersim omnia præcepta in primis vera esse debent: secundò, vtilia: tertiò, iactis principijs consentientia: ex his tribus legitimum præceptum dijudices,* & c. 2. *quæcumq; enim sensui euidentium rerum per se de se ipsis notitiam pariunt, sensu iudicantur vt album, & atrum; quarè Medici illi iure sũt deridendi, qui de rebus sensui euidentibus sententiam, non sensorijs, sed demonstratione aliqua ferre conantur. itaque rerum sensui euidentium quæcunque per se deprehendi valent, iudices sunt ipsa sensoria.*

Hippoc. lib. de aere, aquis, & locis in princ. *Quicumq; artem medicam integrè assequi velit, hæc illi omninò sunt agenda: primùm quidem temporum anni rationem habere debet, quantùm potentia quodlibet eorum valeat, non enim simile in illis existit, verùm differũt, cùm ipsa à se ipsis, tùm propter varias, quæ in eis fiunt, mutationes: deindè & ventorum calidorum, vel frigidorum habenda est consideratio, & aquarum: quarè si quis ad Vrbem sibi ignotam perueniat, circumspicere oportet eius situm, quomodo scilicet ad ventos, & solis exortum iaceat, non enim æquales vires sunt ad septentrionem sitæ, & ad austrum: hæc itaq; diligenter scrutari, ac simul quomodo habeant circa eam aquæ, nùm ne palustribus vtantur, & mollibus,*

aut

aut duris, & ex ſublimi loco prolabentibus, & ſcaturientibus ex petris, ſiuè ſalſis, marinis, & crudis terræ: etiam conſideranda eſt, &c. hominum inſuper dicta perquirenda, an otio diti ſint, aut exercitijs vtentes, & tolerantes labores, ciborumq; plus appetentes, quàm poculorum; qui hæc omnia probè quantum fieri poteſt cognoſcit, aut horum plurima, eum non latere poſſunt, cum in Vrbem etiam ignotam ſibi peruenerit, neque morbi regioni peculiares, & patrij, neq; communium natura, qualis nam ea fuerit, vt non poſſit in cognoſcendis morbis dubius hærere, aut errare, ſicubi ad morborum medicationem adhibeatur.

Gal.l. abſcripto, introductio ſeu medicus c. 7. *Primariæ medicinæ partes ſunt rerum naturæ contemplatio, cauſarum notitia, vel affectuum conſideratio, ſanitatis tuendæ ratio, ſignorum obſeruatio, & medendi modus.*

Gal.l.de conſt. artis med.c.7. *Ad hoc, vt aliquis in ſua arte ſit perfectus, & verum intelligat ſeptem præcepta obſeruare debet. Primum eſt, vt habeat acre ingenium, vt quodcumq; rationàle edoceatur præceptum, impigrè aſſequatur; Secundum, educatio à puerili ætate, atque exercitiũ, vt in primis verſatus ſit diſciplinis. Tertium, ad hæc aures omnibus, qui optimi ſua ætate eſſe viderentur, accommodaſſe. Quartum nullis ipſum laboribus parcere, vt præter diſciplinas, aliud nihil die, noctuq; meditetur. Quintum, quod paucissimis vſu venit, nempè veritatis amore captum eſſe, eique vni in tota vita, ſpretis cæteris omnibus, operam nauare. Sextum, ab ijs methodum quandam perdiſcere,*

qua

qua verum, & falsum discernitur. Septimum exercere methodum, qua non ipsam solum cognoscere, sed vti quoque ea licet.

De diffinitionibus Medicinæ.

HIppocrates sit diffinit Medicinam in libello de flatibus *Medicina est additio, & ablatio, additio eorum, quæ desunt, ablatio eorum, quæ supersunt, &c.*

Galen. l. artis med. c. 2. *Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum*, &

Auicenn. l. 1. fen. 1. c. 1. *Medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones cognoscuntur, prout sanum est, & à sanitate recedit, vt præsens sanitas conseruetur, & amissa recuperetur.*

Ad benè medendum tria medico scitu necessaria sunt.

Primò inquirendum, cognoscendumq; est, quid sit morbus, eiusque causa.

Secundò prognosticum de morbi euentu pronunciandum.

Tertiò cura, est instituenda ità hoc ordine opus hoc in quatuor partitur libros. In libro primo demonstrantur quædam conditiones Medico necessariæ: deindè differitur de rebus naturalibus, idest de modo, forma, & materia nostræ generationis, & de eis, quæ ad nostram spectant generationem: deindè de Anatomiis partium nostri corporis principalium.

Deindè etiam de morbis particularibus corpori nostri aduenientibus, ac de eorum causa, & materia.

In secundo libro tractatur de morborum pro-

prognosticis, & signis quantùm ad vrinas, & quantùm ad ideam,& alui excrementa, & signa à facie desumpta, & de regulis cibandorum ægrorum.

In tertio libro de eorum cura quantùm ad primum remedium materiam,chirurgicam scilicet, & de propinanda aqua frigida in morbis.

In quarto libro proponitur tractatus de febribus in vniuersali,& particulari. De Variolis,de Peticulis,de Theriaca, de Aloe,& de morborum diffinitionibus.

FLORVM MEDICINALIVM,

Seù

SENTENTIARVM, ET AVCTORITATVM
cum explicationibus, & Rationibu s

HIPPOCRATIS, GALENI, ET AVICENNÆ
Et Aliorum Summorum Auctorum

A'

HYACINTHO BOVIO

Nob. Feltrensi Phylosophiæ,& Med. D. Medico Physico Publico Eiusdem Ciuitatis, Collectarum.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quid sit semen. Quod etiam fœmina habeant testes. In qua parte maneant mares,& fœminæ: cùr dissimiles parentibus filij nascantur, quid sit primum genitum in animali.

Galenus lib. ascripto de historia phylosophica, de semine loquens secundum Varios phylosophos.

Aristoteles Excrementum vltimi alimenti semen diffiniuit, quod in se vim habet cõficiendi tale aliquid, quale est id, à quo proiectũ est.

Pithagoras Optimi sanguinis spumam esse asserit, vel nutrimenti partem quandam superabundantem, qualis & medulla, & sanguis est.

Plato Spinalis medullæ profluuium.

Epicurus Corporis, & animæ modicum quiddam auulsum.

Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus semen deriuari credit, vt ossibus, carne, & Venis. Et *paulo post, Pythagoras, Epicurus, & Democritus* Fœminas quoque semen effundere censent, seminales alueos cum habeant, qui in vterum ex aduerso profluunt, atque istud causam esse, vt & mulieres seminis vsum appetant.

Arist. & Zeno Humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen concoctum id semen esse dicunt, verùm ex congressus fatigatione quemdam veluti sudorem.

Hippoc. Fœminas non minùs maribus semen effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformationem fœtus non conducere, cùm extrà Vterum incidat, hinc mulieres aliquot, Viduas præsertim, absque virili concubitu semen interdùm emisisse.

De Conceptu.

ARistoteles Concipere fœminas arbitratur, Vtero menstruis expurgato, cum mensibus namque puri sanguinis quoque portionem quandam descendere, quæ virili semini congrediens fœtum exorditur: impediri verò conceptum iudicat, vteri immunditia, animi consternatione, mulierum sterilitate, Virorum impotentia.

Empedocles pro caloris, frigoriisue conditionibus mares, fœminasue gigni pronunciat: masculos in Oriente natos è terra, fœminas verò sub Septentrione, & Occidente.

Parme-

Parmenides oppositum sentit, Mares ob densitatem in Septentrione, fœminas ob raritatem in Meridie genitas.

Anaxagoras Tùm masculos procreari dicit, cùm dextræ partis semen in dextram vteri ceciderit, & siniſtræ in siniſtram, fęminas autem, cum locorum permutatio facta fuerit.

Cleophanes, cuius mentionem facit Ariſtot. Mares è dextro, fœminas è siniſtro testiculo prodire credit.

Hippocrates lib.5. Aph.48. Mares dextra, fœminæ siniſtra vteri parte magis gestantur.

Hipponax in naturam seminis causam refert, nàm si validum, & compactum extiterit, mares, sin imbecillum, & diſſluens fœminas procreat.

Cùr Diſſimiles Parentibus Filij naſcantur.

COmplures Medici casu, & fortuna ideuenire putant, nàm simul atque tàm maris, quàm fœminæ semen refrixit, diſſimiles parentibus nati redduntur.

Empedocles ad mulierum cogitationem, quàm inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit; siquidem illas, quæ pictam imaginem, statuamque aliquam eo tempore adamabant, imaginibus, statuisque similes fętus plerumque genuisse.

Stoici tacita quadam discordia radiorum, & simulacrorum mentis, quo tempore semen affluebat, parentibus filios diſſimiles reddi arbitrantur.

Galenus lib. de Theriaca ad Piſonem cap.11. Quidam deformis statura cupiebat habere pulcherrimum filium, vnde tempore coitus pulchram imaginem ante oculos poni iussit, & ita tempore coitus in illam intuens mulier, conceptum filium pulcherrimum genuit.

Ita Sacra Scriptura in lib. Geneseos c.30. in pa-

Ito, quod fecerat Iacob cum Labam eius Socero super pecudibus.

Quid primum in Vtero generetur.

SToici membra paritèr omnia compleri dicunt. Empedocles ſpinam primò, quæ carinæ ſpeciem inter corporis membra præſefert.

Alcmęon caput, in quo princeps animi facultas exiſtit.

Ariſtoteles cor, à quo venæ pulſatiles, & quietæ originem ducunt. Aliqui magnum pedis digitum, quidam vmbilicum malunt.

Hippoc. & Galenus tenent, cerebrum eſse primum genitum.

Auicennas dicit, licet Hippoc. & Galenus teneant, eſse cerebrum, re vera tamen eſse cor. De hac tamen re diſputare, & quæſtiones inſtituere nolo, cum quæſtio potiùs ad Phyſicum, quàm Medicum attineat.

CAPVT II.

A qua parte maximè deriuetur ſemen.

HIppocrates *lib. de genitura*. Plurimum materiæ ſpermatis in cerebro eſse, & quod deſcendit ex duabus venis, quæ ſunt poſt aures ambę, & propter hoc abſcindit phlebotomia ambarum generationem, & facit incurrere ſterilitatem: Sic ſanguis in venis aurium deſcendit ad nucham, & à nucha ad renes, poſt ad venas peruenit, quæ veniunt ad teſticulos, & de teſtibus peruenulos plurimos ad pudendum. *Et lib. de aere, aquis, & locis*; Iuxtà aures enim ſunt venæ, quas ſi quis incidat ſectione, ſterilitatem inducit, po

ſteà

ſteà verò, vbi ad Vxorem accedunt, neque cum ijs rem habere poſsunt. *Et idem Hippoc. lib. de genitura* Semen ex omni parte corporis, potiſſimum ex cerebro profluere docet.

Auicennas lib. 3. fen. 20. t. 1. cap. 3. ait, ex ſolo cerebro ipſi non videri eſse, quàm vis eius ſeminarium ex cerebro ſit, & eſt verum, quod dicit Hippoc. de eſse duarum venarum: Sed oportet, vt ex omni membro ſit ei fons, & vt ſit ex membris alijs reſudatio etiam ad iſtas radices, & propter illud eſt aſſimilatio, & propter hoc generatur ex membro diminuto membrum diminutum.

Ariſtoteles lib. 2. de generat. animal. cap. 7. Naturam genituræ cerebro ſimilem eſse aſſerit

Hippoc. lib. 4. de morbis primis verbis. Semen ex omni parte tum Viri, tum Mulieris Membris ad hominis generationem veniens, & in Mulieris Vterum illapſum, ex eoque tempore, accedente natura, humanam formam referens procreatur.

Galenus lib. aſcripto altero de ſpermate. Organa ſpermatis ſunt venæ, & arteriæ, in quibus ſanguis vertitur in ſperma hoc modo; ſicut enim in mammillis mulierum per quandam decoctionem ſanguis vertitur in lac, ſic & in arterijs, & venis ad nutrimentum earum vertitur ſanguis in calidam, & humidam ſubſtantiam flegmatis habentem figuram, & nutriendo venas, & arterias vertitur illa ſubſtantia in ſperma, quod mox in caput aſcendit cum magna venarum, & pororum ſubtilitate, & deinde deſcendit per duas venas, & duas arterias ad teſticulos. Solet autem contingere, quod ſperma deſcendens à capite poros narium, & aurium obturat, ita vt vitalis flatus exire indè, vel introire nequeat. Sperma retentum præter naturam idem operatur, quod venenum, creſcenſque in venis, & arterijs ſuis, dum nequit deſcendere in ſanguinis maſſam, nimiam generat paſſionem

in faucibus quandam, quæ dicitur ſtrangulatio.

Quod autem ſperma principalitèr ex ſanguine, ſecundariò ex alijs humoribus efficiatur, hac ratione probatur; quia multo coitu, ſpermate deficiente, ſanguis emittitur: ſi verò ſperma à capite deſcendens non impediitur, venit ad teſtes, ad vnum per venam viam, & arteriam, ad aliam per arterias, & venam alteram.

Hippoc. lib. de genitura in principio. Ex toto corpore venæ, & nerui in pudendum procedunt.

CAPVT III.

Pars Semenalis conſumpta non poteſt amplius ex alimento refici.

Galenus lib. de Marcore cap.6. Etenim ex ijs quidem qui extenuati fuerunt, quoſdam curarunt, ex ijs verò, qui Marcuerunt, nullos, etc.

Ita Auic. lib.1. f. 1. Doc.5.c.1. & Gal. lib. artis Med. cap.87. Deficientes verò partes quæcunque ex ſanguine ortum habent, corrigi quidem non eſt impoſſibile, quæ autem ex ſemine propemodum impoſſibile exiſtit, licèt tamen aliquando loco eorum alia facere, quæ vſum haud diſſimilem præſtent, etc. *& ibid. cap.96.* Quædam verò partes ſunt, quæ & ſi generari non poſſunt, licet tamen pro ipſis alterum efficere, quemadmodum ex oſſe ex toto ſub'ato, alteram ſubſtantiam in eius Sedem reponere à carne, atque oſſe differentem; eſt enim, quæ in eius gignitur loco, quædam veluti caro calloſa, vel callus carnoſus, & proceſſu temporis magis, ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio carnis potiùs imitetur naturam, etc.

Idem de conſt. artis med. capit.7. Verùm illi,

illi, qui artem humano corpori prospicientem constituit, præter cætera id quoque necesse erit, cognoscat, tùm valeat pars quæpiam in alterius vicem restitui, an poni pro alia nequeat: Carnem quidem si affectam resecueris, efficere aliam potes, reciso autem neruo, aut ligamento moliri aliud tale non poteris, nam carni ex sanguine, his ex semine generatio constat.

Hippoc. lib.6. Aph.18. Discissa vesica, aut cerebro, aut corde, aut septo transuerso, aut tenui quopiam intestino, aut ventriculo, aut iecore, lethale est.

Gal. in Comm. De corde ait manifestum esse, de alijs verò partibus in dubium reuocat.

Hipp. lib.6. Aph.19. Persectum os, aut Cartilago, aut neruus, aut genæ tenuis particula, aut præputium neque augetur, neque coalescit.

Gal. in comm. non coalescit, idest non conglutinatur.

Lib.6. Aph.24. Si quod gracile intestinum persectum, sit non coalescit.

Lib.7. Aph.28. Quando os, aut Cartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.

Gal. lib. art. Med. cap.86. Quæcunque igitur partes figura delinquunt. veluti blesæ, varæ, & obliquæ, hæ cum nuper natus, & adhuc tenellus est, formatione, atque alligatione ad naturalem statum traducuntur. quod si, aucto Infante, ad duritiem peruenerint, emendari non possunt: Sic errores quidem, qui ad cauitatem attinent, cum adhuc augeri perseuerant, correctionem admittunt, cum autem iam ad vltimum peruenerint, nullus est remedio locus.

Gal. lib. 1. de Semine cap.11. Omnia enim, quæ carneam speciem præseferunt è sanguine constiterunt. quæ Membranea sunt à Semine fuerunt producta: atque ideo, quæ à sanguine ortum ha-

bent, ſi corrumpantur, vtpotè quibus materia generationis copioſa ſuppetit, facile: quæ è Semine, vel nunquam, vel rarò admodum rurſus gigni ſolent: quamquam efficiens Seminis ipſius cauſa perfectis Animalibus meſt; nàm neque deſeruit animal, neque ſuarum facultatum, quas inſitas habet, oblita eſt natura: quas quippe, cùm non aliundè acquiſierit, ſed ex Semine habuerit, amittere nullo modo poteſt. Quid igitur in cauſa eſt. cùr ſi quis vel adipem, vel carnem à corpore noſtro exciderit, loco eius altera, vel adeps, vel caro rursùs generetur; arteria, vena, Membrana, colligamen, tendo, Cartilago, atque os, vbi ſemel perierint, iterùm renaſci nequeant? atque id quod maiorem admirationem parit, cur, cum horum aliquid nudatum fuerit, vélimuſque id tegere, & ad Cicatricem perducere, caro quidem circa vnum quodque ex his increſcat, ſimile autem ipſi illi, quod nudatum fuerit, nullo penitus modo, ne ſi ipſa quidem Pęonia medicamenta adhibeas aggenerentur?

CAPVT IV.

De compoſitione Teſticulorum. Qua ratione virga erigatur. Quod teſtes ſint roboris hominibus. Quod teſtes Semen efficiant Quod niſi Fęmina haberet Teſtes, non generaret. Qui cibi Semen generent.

GAlenus *lib. aſcripto de ſpermate de Comp. teſticulorum*. Teſticuli verò quatuor habent panniculos, quorum duo calorem, & humorem habent, alij duo habent acutionem, quæ acutio ſperma adiuuaret. habent quatuor vaſa etiam, ideſt ſupradictas venas, & arterias, qua-

tuor

tuor Seminaria, quorum duo ex recto Semine, alia duo sunt adenes, quæ sunt attrahentia,& purgantia sperma. Solet namque cum vero sperma-te descendere aquosum flegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur vel dormiendo, vel vigilando, quod semper liquefit: ex quo liquore acuto Testiculi magnum pruritum, & ardorem recipiunt, vndè generatur voluntas coeundi: habent etiam Testiculi neruos duos pendentes, & descendentes à principali Osse Colli, & fundamento corporis per dorsum, & renes, qui nerui alios habent neruos coniunctos alijs ossibus totius corporis.

Notandum autem est, quod vna vena est propria Spermatis vacua ab alijs, quæ recipit id sperma à quatuor alijs venis, illæ verò recipiunt ab alijs venientibus ab omnibus partibus Corporis, & ab omnibus ossibus medullam habentibus, quæ vena ducit illud sperma ad caput, vt suprà dictum est; quarum prædictarum venarum talis est natura: vna est iuxtà renes, altera est iuxtà Cor, & stomachum: tertia inpectore, & extenditur iuxtà pulmonem: quarta est propè formositatem hepatis, in quo est potestas sanguinis, vndè diffunditur per totum Corpus.

Galenus lib.4. de vsu part. Corp. hum. cap.9. Arteriæ enim, & venæ,quæ à locis, quæ ad Renes pertinent, ad partes genitales feruntur, matricum quidem fundum pręteruehuntur, lateralibus verò ipsarum partibus posteà inuectæ in duo diuiduntur: tùm autem pars alia illinc à lateribus ad testes fęminæ secedit, qui & ipsi matricibus adiacent, altera verò ad fundum progressa multipliciter in ipsum tota distribuitur: Committuntur autem hìc fines vasorum, quæ in siniſtrum sinum Matricis sunt diuisa,cum finibus eorum, quæ in dextrum eiusdem sinum sunt distributa: quo fit,

vt dextra Matrix exiguam quidem, ſed tamen Seroſam humiditatem adſumat, quæ humiditas præter dictum anteà vſum alium quem piam erat præſtatura maximum, vt quæ acrimoniam quandam, ac mordacitatem habeat. Quod humoris genus omnium maximè poteſt partes ipſas ad agendum excitare, voluptatemque, dùm ipſę agunt, præbere: quod ſi parua quædam, ac leuia magnorum, & mirabilium naturæ operum exempla, quo res ſit clarior, in hanc diſputationem oportet afferre: Eiuſmodi mihi quiddam accidere intellige, cùm humores hi Seroſi incaleſcant, quod maximè accidit, cùm humores acres ſub cuti animalis ſępè ſunt aceruati; titillant enim tunc, ac pruritum excitant, & ſuo motu voluptatem afferunt. Quando igitur non modò eiuſmodi humores vacuari poſtulant, eòque nos excitant, ac pungunt ad ſe ſe excernendum, verum etiam ſpiritus multus, ac calidus expirare gliſcit, incredibilem quendam exiſtimare oportet voluptatis exceſſum. Pretereà cum partibus his natura Senſum, quàm cuti longè exactiorem propter eandem vtilitatem tribuerit, mirum amplius videri non debet, neque cùr ipſis illinc voluptas maior accedat, neque cùr cupiditas ingens ipſam præcedat. Hæc autem cauſa etiam eſt, cur plerùmque à vaſis, quæ in dextrum renem inſeruntur, propagines quędam ad Matricem è directò ſitam feruntur. Cùm autem vtilitas horum Seroſorum excrementorum duplex ſit futura, prior quidem ad augendum in ſiniſtris partibus frigiditatem: Secunda verò cupiditatem, ac voluptatem ingentem in vſu inſtrumentorum excitandam: prior quidem Semper in ſiniſtris, Secunda verò aliquando dextris per longa vaſa ineſt. Accedit autem eò aliud præterea non ſpernendum quoddam ad alimentum à corporibus glandulosis, quæ vtia-

que

que parte Colli veſicæ ſunt locata, in quibus, & ipſis humor quidam ſpermati quidem ſimilis, verùm tenuior longè continetur.

Auicennas lib. 3. fen. 20. t. 1. cap. 1. de antomia teſticuli, & virgæ. Sunt duo Meatus vrinæ, & Meatus Spermatis. *Ita Hipp. lib. de Genitura, iterùm Auic. loco ſupràcitato*: Et ſcias, quod virgæ aduenit virtus erectionis, & ventoſitas à corde, & aduenit ei Senſus ex Cerebro, & aduenit ei ſanguis æqualis, & deſiderium ex hepate, & deſiderium Naturale quandoque fit ei cauſa renum, & apud me principium eius ex corde.

Galenus lib. 1. de Semine cap. 12. Arteria, & vena ad vtrumque teſtẽ deſcendere conſpicitur, non recto itinere, vt reliquæ omnes, ſed inſtàr Capreoli, aut hederæ varijs modis inuolutæ. *Et eodem lib. cap. 15.* Vndè patet, teſtes animalibus, & roboris originem eſſe, & caliditate multâ totum Corpus perfundere, atque id circò, qui ipſis priuantur, depiles non ſolùm Mento, ſed toto etiam Corpore euadunt, paruaſque non Secus, ac Mulieres, venas habent, ac quaſi aliud quid piam magis, quàm animalia ſint, nulla venereorum libidine afficiuntur, vt in hoc, vel corde ipſo præſtãtiores habeantur teſtes, qui præterquã quod Caliditatem, & robur animalibus exhibent, generis etiam perpetuitatis in cauſa ſunt: execta omnia in fœmineam degenerant naturam, & qui neruoſum robur in principio ſuo laxatur, vocem ſimilem fœminis emittunt. Itaque teſtium natura Seminarijs Meatibus appenſa eſt: Seminarij Meatus venæ, venæ originem in corde habent. *Hoc tamen Galenus refert ex Ariſtotele.*

Idem cap. 16. Semen igitur efficiunt teſtes, id quod efficere etiam Arterias, & venas demonſtrauimus, ſed illæ paucum multo temporis ſpacio, hi non ſolum multum, & citò, ſed exqui-

sitè confectum ; quippe cùm sinceriſſimam Seminis habeant qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quàm citiſſimè diffundunt.

Quid igitur mirandum, ſi quemadmodum ſentiendi, ac mouendi facultas à Cerebro in neruos, pulſandi à corde in Arterias diffunditur, ita quoque à teſtibus in totum Corpus vim quandam diſpergi dicamus? quæ quidem in maribus robuſti, ac maſculi habitus, in fœminis ipſius fœminęq naturæ in cauſa eſt. Ac propterea efficitur vt fęmina, exciſis teſtibus, mari caſtrato ſimilis euadat. Arteria, & vena, quæ capiti teſtis committuntur, ſimilem quemdam humorem iam habere conſpiciuntur, & ipſe etiam totus teſtis huiuſmodi humoris plenus reperitur. ex quo quidem teſte id, quod in ſupergeminali inuolucro continetur, attractum eſt, ſicut ex ſupergeminali effluit in Seminarium Meatum, cuius partem, quæ ad colem, *Varicoſum aſſiſtentem appellauit Herophilus, & lib.2. de Semine cap.1. refert hiſtoriam Mulieris Viduæ, quæ morbis ex vtero vexabatur propter retentionem Seminis, ita vt conuulſæ eſſe videretur, & cap.4. huius lib.* Primùm enim niſi habuiſſet teſtes fœmina, ne appetere quidem coitum potuiſſet.

Galenus lib 5. de ſimpl. Med. facult. cap.23. Igitur Semen efficiunt cibi quidem, qui benè nutriunt, & flatuoſi ſunt, totiſque ſubſtantijs familiares. Medicamenta verò flatuoſa, & calida: extinguant autem deſiccantia, & refrigerantia omnia, & quæ totis ſubſtantijs ſunt contraria: etenim cùm Seminis ſubſtantia ex bona ſuperfluitate generationem ſortiatur, ſitque etiam flatuoſa: benè nutriant, & flatuoſa ſint, neceſſe eſt, quæcunque Semen aut procreare, aut prouocare poſſunt.

CAPVT V.

Quare Eunuchi venerem non agant, & quare pueri: & cùr puellæ non purgentur. De Voluptate, & gustu mulierum in coitu. Quod concepto filio, Semen non intret in vterum: quod cùm Semen non remanet in vtero, non concipit fœmina. De situ matricis.

HIppocrates *lib. de Genitura*. At verò Eunuchi eam ob causam venerem minimè peragunt, quia genituræ transitus ipsis aboletur: per ipsos enim testes ei via est, & nerui tenues, & crebri ex testibus in pudendum feruntur, quibus assurgit, & demittitur; ijque in ipsa exectione, dum castrantur, rescinduntur, ideoque ad obeundam venerem inutiles existunt, qui verò istorum attritionem passi sunt, ijs genituræ transitus ipsis aboletur, idest ijs genituræ transitus via obstructa est: callum enim contrahere testes Solent, neruique à callo indurati, & hebescentes neque pudendum intendere, neque laxare possunt: at qui iuxtà aures Sectionem experti sunt, ij venerem quidem exercent, verùm Semen paucum, & imbecille, & infœcundum emittunt: maxima siquidem Seminis pars è capite secundum aures in spinalem medullam fertur: ipse verò transitus Sectione ad cicatricem perducta solidior euasit.

Pueris autem venæ exiles, & plenæ genituram ferri prohibent, neque pruritus eodem modo excitatur, nec proindè humidum in corpore agitatur, vt genitura excerni queat.

Virginibus quoque eandem ob causam intrà pubertatis Annos menses minimè prodeunt: vbi verò adoleuerint tùm Virgo, tùm puer, venæ, quæ ad pueri pudendum, & in Virginibus Vterum

rum feruntur, incremento accepto, ampliores reddantur, & aperiantur, viaque, & transitus per illarum angustias patet, tumque humidum agitari incipit, & spatia ampliora, in quibus agitetur, habet, pueroque, cum adultus fuerit, ob eam causam, & Virgini menstrua prodeunt, atque ita mihi ad hunc modum se habere comperta sunt.

At verò genituram ex toto corpore, & ex Solidis, & mollibus partibus, & ex vniuerso Corporis totius humido secerni asseuero. Mulieribus autem in Coitu, attrito pudendo, ipsis sentitur, & reliquo Corpore voluptas, calorque exoritur: Semen verò è corpore etiam emittit Mulier interdùm quidem in vterum, ex quo humidus redditur, non nunquàm verò foras, si plus æquo vterus dehiscat; illa etiam, vbi coire cœperit, toto tempore voluptatem percipit, dùm Vir Semen emiserit.

Mulieres, quæ cum Viris rem habent, Magis Sanæ sunt, nàm in Coitu vteri humidiores euadunt, qui, si plus æquo Siccescant, vehementèr contrahuntur, sicque contracti Corpori dolorem afferunt, simulque Coitus Sanguinem excalefaciens & humectans, causa est, vt menses facilius profluant, quibus minimè prodeuntibus, morbis obnoxiæ Mulieres redduntur.

Post coitum autem, si quidem Mulier minimè Conceptura sit, Semen ab vtriusque emissum promore foras, cum volet, profluit; sed intrò in Vtero manet, eo namque excepto, Vterus Clauditur, & retinet, simulque miscetur, tùm quod à Viro, tùm quod à muliere procedit.

Hippoc. lib. 5. *Aph.* 51. Quæ Vtero gerunt, ijs Vteris os comprimitur.

Gal. in Comm. Maximum hoc est Mulieris, quæ Concepit inditium, si obstetrix potuerit, im-

missio

missō digito, os vteri tangere, totum sui interius spatium contrahunt, & os claudunt.

Galenus lib. de dissectione vulua cap. 10. *quod est vltimum*. Quamuis enim reliquo etiam alio toto expurgationis tempore aperta ora hęc sunt, non tamen tunc concipere mulier vllo modo potest, cùm semen nequeat in vulua remanere, sed ab influentis sanguinis copia eluatur; at cessantibus, vel incipientibus menstruis, & ora aperta sunt, & menstruum non multum, neque vniuersum, sed paucum, & paulatim effluit, quasi ex humiditate quadam Sanguinea exudante; vndè efficitur, vt ob asperitatem vuluæ Semen adhæreat, satisque alimenti ex sanguinis confluentis paucitate habeat; antè enim quàm menses veniant, conceptus fieri propterea non valet, quoniam & alimento caret Semen, & adhęrentiam nullam inuenit; nàm cum eo tempore, occlusis vasis, vulua relinquatur, defluit, neque vniri cum tunica eius potest.

Hippocrates tamen inquit, quæcumque corpore mediocriter affectæ absque vlla manifesta causa quadrimestres, aut trimestres abortus faciunt, ijs acetabula mucco plena sunt, neque possunt præ grauitate fœtum continere, sed abortum patiuntur: *Ita Diocles, & Praxagoras, referente Galeno loco citato*.

Galenus lib. 14. *de vsu part. corp. hum. cap.* 3. *quod etiam repetit lib.* 15. *de vsu part. cap.* 1. In Fœmineo enim genere matrices ventri subiecit, qui locus est tum ad vsum venereorum, tum ad sperma recipiendum, & præterea ad fœtus incrementum, & perfecti exitum opportunissimus. neque enim locum illum in toto animalis corpore inuenias ad quoduis prædictorum accommodatiorem, sed is tum ad coitum est optimus, quod longè ab instrumentis, quæ faciei insunt, sit dissitus;

ſitus ; tum ad fętus augmentum opportuniſſimus, quod poſſit ſine moleſtia diſtendi plurimùm; tùm ad partus vtiliſſimus , quod ad inferiora , & ad crura exitus fœtus ſit futurus facilior ; quandoquidem matricum collum , quod iter ſpermati quidem intrò , embrio verò iam perfecto extrà natura parauit , in pudendum muliebre deſinit , quod cum animal concepit, clauditur adunguem adeò , vt ne minimum quidem , aut intrò foras laxet , aut foris intrò recipiat : qui in coitu , eouſque patet , ac tenditur , vt ſemen per latam viam progrediens, facilè in matricum ſinum perueniat. in partu verò plurimùm diſtenditur ſic , vt totum embrion ea via permeet . non igitur immeritò factum à natura eſt neruoſum, ac durum : neruocum quidem , vt plurimum viciſſim contrahatur, ſa dilatetur ; durum autem , ne quid in eiuſmodi mutationibus afficiatur , & ad ſperma recipiendum dirigatur .

CAPVT VI.

De vſu coitus , nimia coitus abſtinentia efficit homines melancholicos . Semen retentum generat venenum . De iuuamento coitus . Venus Siccis temperamentis non conuenit. De ſalubritate coitus . De nocumento coitus . De tempore coeundi. Non eſt turpe Medicos tractare de magnificatione virgæ, & coangustatione Vulvæ .

AVicennas *lib.3. fen.13. t 1. cap.3.* Et coitus eſt ex rebus magis nociuis ſtomacho , & dimiſſio eius eſt ex rebus magis conferentibus .

Semen retentum generat venenum .

GAlenus *lib.6. de locis aff. cap.5. loquendo de* Viduis conſuetis ad frequentem coitum, indè

ab

ab eius abſtinentia in Vteri præfocationem ſine reſpiratione illapſis, ita habet.

Itaque pereunte ob vteri affectum ſpiratione, quoniam vniuerſum corpus refrigeratur, quibus rebus omnibus priuatæ, quid probabilius probare quis poſſet, quàm ob retenta menſtrua, vel Semen cohibitum huiuſmodi mulieres Vteri diſpoſitionibus crucientur, ſiuè non ſpirantes, ſiuè ſuffocationes quis vocauerit, ſiuè etiam contractiones quædam contigerint: idque fortaſſis magis à Semine retento accidere poteſt, vtpote magnam vim obtinente: vt eſt enim in mulieribus humidius, ita etiam frigidius; proindè ipſum excerni Oportet, præſertim ſi naturaliter multo Semine exuberet mulier: id verò Viris quoque euenire ſolet, quippè non parua eſt horum differentia: ſunt enim uonnulli, quos protinùs à iuuentute concubitus imbecilliores efficit: alij, niſi aſſiduè coeant capitis grauitate moleſtantur, cibos faſtidiunt, ac febribus obnoxij fiunt, atque, vt deterior eſt ipſis appetentia, ità & concoctio minor.

Hiſtoria.

EQuidem noui quoſdam, quibus huiuſmodi erat natura, qui præpudore à libidinis vſu abſtinentes torpidi, pigrique facti ſunt: nonnulli etiam melancholicorum exemplo, prætermodum mœſti, ac timidi, cibi etiam tum cupiditate, tum concoctione vitiata.

Quidam Vxoris mortem lugens, & à concubitu, quo antea crebertimè fuerat vſus, abſtinens, cibi cupiditatem amiſit, atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit, vbi verò ſe ipſum cogendo plus cibi ingerebat, protinùs ad vomitum excitabatur, meſtus etiam apparebat, non ſolùm has ob cauſas, ſed etiam vt melancho-

lici

lici ſolent, citrà manifeſtam occaſionem: verùm hic quàm celerrimè eſt liberatus, ad priſtinam conſuetudinem reuerſus. hæc ergo conſideranti mihi apud me ipſum viſa eſt longè maior ex retento Semine, quàm ex menſtruis corporis noxa euenire poſſe; præſertim in his, in quibus ipſum ſuapte natura prauioris ſucci eſt copioſius, & qui in otio ſunt educati, quique, cùm anteà ad libidinem reliqui feciſſent, affatim continere cœperunt: equidem perpendi in ijs naturalem excernendi cupiditatem ipſam huius rei cauſam eſſe. Ita Diogenes narrat extitiſſe Virum modeſtum, & continentem, libidini tamen indulſiſſe, non à copulata illi voluptate, velut à bono aliquo illectum, ſed vt noxam, quæ à retento Semine prouenire ſolet, excitaret: cùm meretrix adire pollicita, quum diutiùs ceſſaret, ipſe manu pudendis admota, Semen proiecit, ac venientem deindè mulierculam remiſit, inquiens, manus Hymæneum te præuenit. at planè conſtat modeſtos Vi-ros, non ob voluptatem, ſed vt ab impedimento præſeruentur, libidini indulgere: ſicut coetera animalia ad coitum excitari arbitror, non quod exiſtiment voluptatem boni cuiuſpiam ſpeciem præſefere, ſed vt Semen, quod ob retentionem ipſa moleſtat, excernant: haud ſecùs ac deijcendi ſtercoris, excernendæque vrinæ deſiderio ſuaptè natura moueri conſueuerunt. Cogitanti itaque mihi aliquando ſuper hac re, tale quoddam accidens apparuit in Muliere ex longo tempore Vidua, quæ præter coetera mala, neruorum quoque diſtentione vexabatur, ac dicente obſtetrice, Vterum eſſe retractum, remedijs ad huiuſmodi affectus conſuetis vti decreuit, quibus adhibitis, partim ob ipſorum Calorem, partim etiam, quod inter curandum manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione cum labo-

e,

bore, & voluptate veluti per coitum vsui venire solet, excreuit crassum, plurimumque Semen atque ità à molestia sua liberata est Mulier: proindè manifesta coniectura assequutus sum, vitiato Semine, maiorem, quàm mestruis esse vim ad noxàm vniuerso corpori inferendam. Itaque licèt hæc aliquando profluant è Viduis, suppressum nihilominus Semen molestiam, noxamque ipsis inferre potest: quibus verò nequaquàm persuaderi potest, exiguum in vna parte contentum tantorum accidentium, quæ vniuerso corpori eueniunt esse causam. ij omninò immemores esse videntur eorum, quæ quotidie contingunt, &c.

Quàm enim homo suapte natura probis humoribus abundans, ac sanorum more educatus derepente moritur, vt letali sumpto veneno fieri solet; deindè corpus, aut liuens, aut nigricans, aut varium, aut diffluens, aut putredinem molestam solet: hunc venenum sumpsisse aiunt: igitur si eiusmodi affectibus nos infestari fateamur, qui ex nobis met ipsi, accepto, suæ originis impetus similes sint ijs, qui pernitioso epoto veneno eueniunt, nihil mirum, si vitiatum semen, aut mestruum huiusmodi, quum retinetur, aut putrescit, corporibus, vt afficiantur, idoneis, grauia inferunt accidentia: quippè facilè intelligitur à canibus quantam habeant vim efficiendæ aptitudo. quàm enim reliquorum animalium nullum rabie corripiatur: atque tanta fit in ipso humorum corruptio, vt solum eius sputum si humanum corpus contigerit, rabiem excitare possit: vt igitur ab exiguo initio, sputi videlicet qualitate, aucta quædam in corpore dispositio, quoniam ad magnitudinem notatu dignam peruenerit discerni potest: idque post sex menses, quam nonnumquam antè id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodem modo vitioso humore in animalis corpore genito paulatim

tim tractu temporis principalium partium aliqua consentit, à qua deinde vniuersum corpus celeritèr alteratur, &c.

Gal. lib. 6. de sanit. tuenda cap. 3. in fine. At Venus siccis temperamentis est inimicissima, vitandæque quàm maximè his sunt exustiones, lassitudines, & sollicitudines, & vigiliæ, & motus omnis celer: iracundia verò cùm bilioſas naturas maximè accendat, acutas febres parit, &c. *Et cap. 4. eiusdem libri.* De Veneris vsu dictum est suprà, e am omnibus, qui sicco temperamento sunt, inimicam esse: nunc etiam ex hoc numero potissim ùm aduersa est ijs, qui suprà siccitatem frigidi quoque sunt, tùm verò qui genitura naturaliter abundant.

Galenus lib. artis med. cap. 86. Venereorum verò iuxtà Epicuri Sententiam nullus est vsus Salubris: re vera autem confert, si tantùm interualli in eorum vsu adhibeatur, vt neque resolutio aliqua sentiatur, & ipse se ipso homo quodam modo leuior factus, ac melius spirare videatur. Tempus verò ad vtendum opportunum, cùm omnium in rerum circunstantium exquisita mediocritate corpus fuerit constitutum, cùm scilicet neque suprà modum plenum, neque vacuum extiterit, neque in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit corpus: quod si ab errare contingit, paruus sit error: Melius autem est illi calefacto, quàm refrigerato, & pleno, quàm vacuo, & humectato potius corpore, quàm exsiccato vti venereis.

Auicennas lib. 3. f. 20. t. 1. cap. 10. de iuamento coitus. Coitus bonus est ille, qui fit in hora, quam superfluitatum sequitur euacuatio, & alleuiat corpus, & præparat corpus ad augmentum, & Coitus quidem confert melancholiæ, & pluribus ægritudinibus coleræ, nigræ propterea, quod

dilatat,

dilatat, & expellit fumum ſpermatis aggregatum à parte cerebri, & cordis, & confert doloribus renum repletorum, & ægritudinibus flegmatis omnibus in eo, cuius caliditas innata eſt fortis, quam non deſtruit exitus ſpermatis. Et quandoque abſcindit materias apoſtematum accidentium in partibus inguinum, & teſticulorum, & omnem, cui adueniunt apud dimiſſionem coitus, & conſtrictionem coitus tenebroſitas viſus, & vertigo, & grauitas capitis, & dolores emunctoriorum, & ancarum, & apoſtemata eorum, qui temperatus eſt, ſanat. Et plurimùm quorum complexio requirit coitum, cùm ipſum dimittunt, infrigidatur corpus, & reliquæ diſpoſitiones, & cadit appetitus cibi, ità vt cibum etiam non recipiat, & expellat eum vomitu. Et omnem, in cuius corpore eſt vapor fumoſus, coitus alleuiat ab ipſo, & confert ei, & remouetur ab eo, quod timet de nocumento coarctationis vaporis fumoſi, & quandoque accidit viro ex dimiſſione coitus, & abundantia ſpermatis, & frigore eius, & conuerſione ipſius ob ventoſitatem, vt mittat ſperma ad cor, & cerebrum vaporem malum ventoſum, ſicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Et idem.

Auic. cap. 11. *eiuſdem libri. De nocumento coitus.* Coitus euacuat de ſubſtantia cibi poſtremi, quare debilitatem affert. Euacuat de ſubſtantia ſpiritus rem plurimam propter delectationem, & propter illud, qui plus delectantur, plus ſunt cadentes in debilitatem. Et coitus quidem velociter facit peruenire illum, qui plurimùm eo vtitur, ad infrigidationem ſui corporis cauſa ſui, & reſolutionem caliditatis innatę, & mortificationem virtutis. &c. Dimiſſio enim coitus eſt conuenientior res ei, qui habet ſtomachum debilem.

Et

Et in coitu quidem ſunt figuræ malæ, ſicut ſi aſcendat mulier ſuprà Virum.

Et coire cum infantibus noxium eſt, propterea quod ſemen non attrahatur ex virga.

Et ſcias, quod retentio ſpermatis eſt mala valdè, & quandoque perducit ad conſtrictionem vnius duorum duorum. Et oportet, ne coitus fiat neceſſitate fęcis, aut mingendi mota neque cum exercitio, & motu, aut poſt paſſionem animalem fortem. *Et eodem lib. 3. f. 20. t. 1. cap. 12.* oportet ne coitus fiat ſuper repletionem, prohibet enim digeſtionem, & facit cadere in ægritudines, quas efficit motus ſuper repletionem, & debilitat: Quod ſi fiat, tunc oportet, vt moueatur poſt ipſum paulatim, vt deſcendat cibus in ſtomacho, & non natet, deinde dormiat.

& oportet quantum poſſibile eſt, ne coeat aliquis, cum adeſt vacuitas iterùm; hoc enim eſt nocibilius, & oneroſius, & magis attrahens liquefactionem, & hecticam arefactiuam. Coitus eſt faciendus, cùm cibus deſcendit à ſtomacho, & completur digeſtio prima, & ſecunda, & mediatur diſpoſitio in digeſtione tertia, & oportet, ne coitus fiat niſi à deſiderio ſano, quod non excitet aſpectus, aut mtuitus, aut pruritus, aut ardor, ſed commouet ipſum mnltitudo ſpermatis ex repletione, & adiuuat totum illud ſanitas virtutis. Et oportet, vt vitetur coitus poſt Sacietatem nauſeatiuam, & poſt fortes euacuationes. *Et in cap. 13. de ſpermate generante, & non generante.* Sperma Ebrij, & Decrepiti, & Infantis, & multi coitus non generat, & ſperma habentis membra debilia raro generat ſanum.

Vide totam illam ſen, ſi delectaris ſcire generationis rodos, & alia, ita etiam ſi vis ſcire embrionis generationem, & quod primum in anima- generetur, & quomodo, vide *Hippoc. libro natura Pueri*,

Pueri,& Galenus in lib. de semine,& in lib.de fœtuum formatione, & Auicennas lib.3.fen.21.t.1. cap.2.

Auic.lib.3.f.21.t.2.cap.24. Non est turpe medico, cum loquitur de magnificatione virgæ, & coagustatione receptricis, & delectatione Mulieris, & illud ideò, quia sunt ex causis, quibus peruenitur ad generationem: Multoties enim est paruitas virgæ causa,vt non delectetur ea mulier, quoniàm est diuersa ab ea, qua assueta est, quarè non emittit sperma,& quando non emittit sperma non fit filius,& quandoq; est illud causa,vt fugiat à suo pari, & quærat alium, & similiter quando ipsa non est angusta, non conuenit ei suus par ipsa iterum non conuenit pari, & indiget vnusquisque eorum permutatione, & similiter delectatio vocat ad emissionem festinam. Mulieres enim secundus plurimum tardant in emittendo sperma, & remanent non complentes desiderium suum, quarè non fit generatio. Hæc omnia supradicta ita intelligat lector, vt memoria retineat Christianum hominem malle mori, quàm fędari.

CAPVT VII.

De formatione fœtus in vtero: Quando pueri & fœminæ sint perfecti in Vtero.

Hippocrates, libro de natura infantis. Pleræque autem iam mulieres fœtum masculum paulò antè trigesimum diem abortione reddidere,sed is indistinctus conspectus est, qui verò paulò post, aut eo ipso die reiecti sunt, omnes distinctis membris visi sunt: Sic etiam fœmella pro ratione duorum, & quadraginta dierum, si

quan-

quando abortus perierit, membrorum distinctio apparet. Quod autem fœmella posterùs concrescat, & membrorum distinctionem recipiat, in causa est ipsius genitura imbecillior, & humidior, quàm mascula. Postea autem quàm summæ corporis pueri partes ramos foras emiserint, vngues que, ac capilli, & radices egerint, tunc sanè etiam mouetur: Ad idque masculo trium mensium tempus conceditur, fœmellæ verò quatuor: Sic enim vt plurimum contingit, etsi etiam quidam pueri ante hoc tempus moueantur; Primùm quoque mas mouetur, quod fœmella sit robustior, primùm quoque concrescit masculus, cùm ex validiori, & crassiori genitura constet.

Auicennas lib. 3 fen. xxi, t. 1. cap. 2. Et Dixerunt, non inuenitur in abortu Masculus ante xxx. dies, & fœmella, quæ completur, ante quadraginta dies.

CAPVT VIII.

Quomodo Gemelli procreentur. Quod ex vno veneris congressu gemelli generentur, & cùr.

HIpocrates *libello de natura Pueri in fine.* Gemelli autem ex vno veneris congressu procreantur ad hunc modum. Vteri sinus plures, & incuruatos habent, hos quidē longius, illos verò pudendo viciniores, & animalia, quæ plura gignunt, plures habent sinus, cùm genitura ad duos sinus diuisa peruenerit, eamque Vteri receperint, neque sinus alter ad alterum transmiserit, ea vtroque sinu separata, membranę vestitum, vitamque eo modo accipit, quo vt vnus fętus. Quod verò ex vno congressu, gemini procreantur,

tur, hoc argumento conſtat, Canis, Sus, & alia animalia vno congreſſu duos, & plures fœtus pariunt, quorum quiſque in vtero ſuo ſinu, & membrana conditur.

Auicennas lib. 3. f. 21. t. 1. cap. 2. & cauſa in geminis eſt multitudo ſpermatis, ita vt non ſpargatur ad duos Ventres matricis ſparſione replente, totum ſecundum ſingularitatem, & quandoque accidit propter diuerſitatem expulſionis duarum eiectionum, quando peruenit illi diuerſitati motus Matricis in attractione, nam Matrici apud attractionem accidunt motus ſequentes, ſicut illi, qui deglutit bucellam poſt bucellam: quoniam expelluntur ex eo ad profundum Matricis impulſiones, eſt vna quæque impulſio cum attractione ſpermatis deforis, & inquiſitio Matricis ad aggregandum inter duo ſpermata, & illud eſt res, quàm ſentit ille, qui ex coeuntibus ſollicitus eſt. Fœminæ enim delectantur in coitu ex motu ſpermatis, quod eſt in eis, & delectantur ex motu ſpermatis Viri in ore matricis earum deſcendendo ad Ventrem Matricis: immo delectantur propter ipſam motum, qui accidit matrici.

Galenus in lib. aſcripto de ſpermate. Quantitas autem infantis formatur ex quantitate matricis hoc modo: Si matrix longa, & ſtricta fuerit, longus, & gracilis puer erit, & ſic in cęteris: Sunt autem in matrice ſpermacula ſeptem, & tot creantur pueri, in quot ex illis ceciderit ſperma: in dextram matricis partem ſi ſperma cadat, maſculus fiet infans, illic enim calor, & humiditas per hepar, calor, & ſiccitas ex felle vigent. Si autem ſperma viri debile ſpermati mulieris fortiori aſſociatum illuc venerit, infans licèt maſculus, muliebris tamen eſt fragilitate membrorum, & animi moribus. Poteſtque fieri etiam ex prædicta ſpermatis Viri fragilitate cum forti mulieris

ſpermate infans vtriuſque ſexus. Si autem ſperma in ſiniſtram matricis partem cadet, fit fœmina, ex ſplenis, & flegmatis qualitatibus; & ſi ſperma virile pręualet, fit virilis, ac fortis fœmina, quandoque pilos agramones habens. poteſtque, vt diximus ſuprà, de virili fœmineum ſperma hoc ſimiliter nimis fragile vtriuſque ſecus infantem reddere. & nota, quod ſi ſperma viri forte ſit, maſculus eſt, ſi debile, fœmina. & fœtus ligatur in vmbilico matricis, & per eundem locum recipit nutrimentum, dum eſt in matrice, & non per os: vmbilicus enim fœtus vmbilico matris continuatur.

CAPVT IX.

Fœtum in Vtero ex optimo nutriri ſanguine: Vitioſum expulſionem ad partum vſque reſeruare.

Galenus lib. de atra bile cap. 8. ait, natura, quæ fœtum format, augetque, vtero gerendi tempore optimum ſanguinem trahit; relinquitur verò portio deterrima in venis, quæ poſt partum excernitur: vti ſingulis menſibus ſuperflua, & inutilis non ſolum quantitate, ſed etiam qualitate, quæ Sanguine ſecundum naturam habente magna ex parte nigrior eſt.

Hippocrates libello de natura Infantis. Fętus in vtero ad ſe trahit, quod dulciſſimum eſt in ſanguine, ſimulque lacte modico fruitur: optimo enim nutritur ſanguine fętus, potiſſimum cùm paruulus eſt; quoniam tunc multo eget alimento; quando verò adoleuit, & auctior eſt redditus, ampliore alimento ipſum vti oportet, quia plus indiget, id circò ſimul cum illo optimo etiam

quod

quod ita optimum non est, ipsum exsugere non inconuenit.

CAPVT X.

De communitate venarum Mammarum cum Vtero. Quod lac est menstruo germanum.

HIppocrates *lib.5. Apho.37.* Mulieri vtero gerenti si Mammę graciles repente fiant, abortit.

Galenus super hoc commento. Communes enim quędam venę sunt Mammis cum vtero, quibus sanguine destitutis Mammę gracilescunt, & alimenti inopia interdùm fœtus enecatur, nonnumquàm verò ad exitum excitatur: vt *Hipp. lib. de nat. Infant. his verbis expressit*: alimentum, & augmentum, quod à Matre descendit, non amplius Infanti sufficit, vbi nouem exactis mensibus fœtus grandior factus est, trahit enim quod dulcissimun est in sanguine ad se se, simulque lactis parte fruitur, quæ vbi rariora, & pauciora ipsi fuerint, & infans vegetus, & robustus fuerit, præsenti non contentus alimento calcitrat,& se cõuolutans crebra manuum, pedumq; impulsione disruptis membranis, initium partus Matri affert.

Galenus lib.5. de simp. med. fac. cap.22. communes quin etiam vberibus, vteroque venę sunt non exiles: itaque vbi ad alterutram partium sanguis defertur, altera siccescit, proindè, quibus menses mediocriter feruntur, ijs lac in mammillis non colligitur, quibus verò hoc large suppetit, ijs planè menses supprimuntur.

Hippoc.lib.5.aphor.50. Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.

Gal. in Commentario. Vult autem quàm maximam esse cucurbitulam, vt fortiorem faciat ex vtero ad superiora reuulsionem per communes id venas artificiosè moliitus. *Et idem Galenus in lib. de vena sect. aduersus Erasist. cap.* 5. Prætereà cùm mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illicò lac huic euanescit.

Gal. lib. 4. *de vsu part. corp. hum. cap.* 8. *quod repetit etiam in cap.* 9. Porrò quid causæ sit, cur Mammæ tantum habeant cum matricibus consensum, id iam explicabo: etenim mirabilem quandam id quoque naturæ artem indicabit, cùm enim partes vtrasque ad vnum opus obeundum comparasset, ipsas coniunxit per vasa, quæ, dùm de thorace ageremus, ad mammas venire memorauimus; venas, & arterias ad hypochondria, ac totum hypogastrium deducendo: post autem ijs, quæ à partibus infernis sursum feruntur, coniungendo, à quibus venæ ad matricem, ac scrotum perueniunt; ità igitur lac menstruo germanum esse, ait *Hippocrates in lib. de nat. Infantis*, inquiens, vt plurimum enim, quæ pauca menstrua demittunt, eas sine lacte esse contingit.

CAPVT XI.

Quod Vteri habeant plurimas, & ingentes venas: Quando à partu non purgantur Fœminæ, putrescente sanguine in vtero, febrem synochum accendi, & eleuatis sursum vaporibus, fieri capitis dolorem. De periculo mulieris à partu non purgatæ. Nutrices non debent vti coitu.

GAlenus *lib.* 6. *epid. commentario* 1. *supra tex.* 2. inter omnes corporis partes, plurimas,

mas, & grandissimas venas Vteri habent, cumque eos menses, aut à partu purgamenta suppressa, aut phlegmone aliqua vt cùmque orta malè accipiunt, ipsos sanguine compleri necessum est, quodeindè putrescente, si febris excitetur, inter synochorum species ipsa connumerari opus est: nàm id genus febris ex putrido sanguine accendi ostensum est: hę verò Calentium vaporum vim haud paruam in caput demittunt: verùm capite quauis de causa horum vaporum pleno, grauitates maximè in sincipite hominem vexantes apparere, illi, quibus artis opera curę sunt, prius quàm à me audierint, notum habuerunt.

Hippoc. lib. 2. de morbis mulierum. Cùm mulieri partus purgamenta non fuerint purgata, aut menses non prodierint, contingit, ipsam febrire, & horrorem habere, & ventrem magnum esse, *& in lib. de natura Pueri.* Nisi enim à partus purgamentis mulier repurgetur, magno morbo tentabitur, vitęque periculum incurret, nisi quis celeri adhibita curatione, conuenientem purgationem promoueat.

Hippoc. libro 1. *Epid. agroto* 4. narrat historiam Vxoris Philini, quæ filiam pepererat, quia non benè fuerat purgata, die vigesima à partu obijt.

Gal. commentans superhoc. Mulieri enim huic ex retenta à partu purgatione & morbus constitit, & mors: illud certè in omnibus mulieribus, quarum impedita à partu est purgatio, sciendum, & memoria tenendum est, nonnullas esse, quæ in extremum mortis discrimen veniant: perpaucas admodùm, quæ modicè infestatę sunt; propterea quod plurimis Vterus inflammetur; quibusdam in ipso partu sanguis effusus diuersa sit qualitate, his bilioſus, illis melancholicus, alijs virulẽtus,

aut pituitosus, aut mediocriter bonus, sed inculpatus haud vnquam.

Hippoc. lib.3. epid ægroto 14. affert historiam mulieris in Cyzico gemellas laboriosè enixę, cùm non admodùm partus purgamenta processissent, primùm febris corripuit acuta, capitis, & cerui-cis grauitas, &c. decimoquarto conuulsionibus multis est affecta, extrema erant frigida, neque amplius ad mentem redijt. die decimo sexto voce defecta est: decimo septimo pleuritide perijt.

Hippoc. lib. 1. *prorrect. tex.* 48. si mulieri à partu alba cum febre retineantur, surditasque fiat, atque lateris acutus dolor, perniciosè vehementer insaniunt.

Gal. in commentario, quod est. 1. *prorrect. commentario* 2.48. Purgatio est, atque etiam ex nominis ratione, purgatio vitiosorum, quæ gestationis vteri tempore in venis aceruata sunt, absumpto quidem in fœtus alimento vtili, qui in ipsis erat, Sanguine, sed permanente vitiosiore, qui singulis mensibus anteà per vterum excernebatur: cùm igitur is vacuatus non fuerit à mulieris puerperio, aut vterum ipsum phlegmone agit magnum, aut ad superiorem aliquam sedem versus, parti excipienti proprium affectum, periculumque infert.

Hippoc. lib 5. apho.57. menstruis abundantibus accidunt morbi, & deficientibus fiunt ab vtero morbi.

Si menstrua plura fiant, accidunt morbi, & si non fiunt, ex vtero morbi contingunt.

*Galenus lib.*1. *de sanitate tuenda cap.9.* à Venere omninò abstinendum esse, quæcumque lac præbebit, moneo, nam, & menses viri consuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat, quin etiam aliquæ in vtero concipiunt,

piunt, quo nocentius puello adhuc lactanti nihil est; interim enim, quicquid sanguinis est optimum, in fœtum tùm absumitur. Quippè is, cùm proprium in se vitę principium contineat, & huius moderamine agitur, & assiduè conueniens sibi alimentum trahit. Vtero ipsis veluti radici adhærens, nec vsquàm ab eo nocte, dieque discedens. Interim verò non minor modò, verùm etiam deterior rationabilitèr redditur ipsius grauidæ sanguis: quo fit, vt lac ipsum tùm peius, tùm verò exiguum in mammis illis colligatur, quarè, si quæ infantem lactat, vterum gerit, ego magnoperem suaserim aliam inueniendam Nutricem.

CAPVT XII.

Deijs, qua spectant ad Ventriculum: Ventriculus est concoctionis instrumentum. Munus Ventriculi est commune toti corpori. Stomachus est valde sensibilis, & multa mala ab eius affectibus oriuntur. Habet plurimos neruos à cerebro.

GAlenus *in libro de sympt. diff. cap.* 4. est igitur Ventriculus coctionis instrumentum, quod in se, vti diximus, conueniens nutrimentum retinet: excernit autem quicquid est alienum; præterea quod attraxit, id retinet, & quod retinet, alterat.

Auicennas lib. 3. *f.* 13. *t.* 1. *cap.* 1. *de Anatomia Ventriculi.* intrinsecè verò pars concaua plus est carnosa, & calidior, vt sit plus digerens; & os eius est neruosum plus, vt sit vehementius sensibile, & aduenit ei ex neruis cerebri ramus, acquirere faciens sensum, vt percipiat famem, & diminu-

tionem ; & illo non indigent quidem reliqua , quæ
sunt post os stomachi ; & stomachus non indiget
sensu , nisi quod eget , vt excitet ipsam , quando
vacuus est à cibo ; nam , cum extremitas prima
est sensibilis , acquirens nutrimentum sibi ipsi ,
& alijs , non eget illud , quod est post ipsam , il-
lo . Quoniam ipsa sufficiens est ad deferendum
onus alterius , & iste quidem neruus descendit ab
alto reuolutus super meri , & inuoluitur super
ipsum vna inuolutione , cum est propinquus sto-
macho , deindè continuatur stomacho , & loco
stomachi vehementioris gibbositatis superponi-
tur vena magna procedens in longitudine ipsius ,
& mandat ei ramos plurimos , qui cum eo ligan-
tur , & diuiduntur in ramos subtiles constitutos in
ordine vno . Et adhęret ei arteria similiter , &
procedit ex arteria sicut illud , & innititur vna-
quæ què earum super reflexionem siphac , & con-
texitur ex summa earum Zirbus . Et stomachus
quidem digerit caliditate , quæ est in carne sua
innata, & caliditatibus alijs acquisitis à corporibus
vicinis .

Galenus lib. 13. *meth. med. cap.* 13, *loquendo de phlegmone iecoris , & Ventriculi* . Æquè pro-
fectò , & si Ventriculus sic laborat : quippè mu-
nus eius toti animali est commune , accedítque
omnibus animalis partibus maximum incom-
modum , siuè non probè concoctum alimentum
sit , siuè non ritè in sanguinem conuersum . Ar-
tuum verò partes tantùm alimenti capiunt , quan-
tò sunt nutriendę ; quo fit , vt siuè ex malo , quod
probè in Ventriculo sit concoctum , alimentum
ad eas partes perueniat, siuè ex alcia, siuè ex ptisa-
na non multum interfit, in iecinore verò quantùm
referat nutrimentorum differentia ,, tùm quod
maximam in vtramque partem vim habeat , hinc
discas licet .

Auicen-

Auicennas lib.3. f.13. t. 1. cap.15. & plurimùm quidem, quod inuenitur in ſtomacho, aut generatur in eo, eſt flegma, & cauſa in hoc eſt, quod chylus eſt naturæ propinquæ flegmati. &c. & ſtomachus vehementis ſenſus paratus eſt loedi, & impediri à quacunque re.

Galenus lib.1. de cauſis ſimpt. cap.7. primis verbis, reliquum igitur eſt de his ſymptomatis, quæ circa os Ventris contingunt, diſſerere: ſunt enim hęc quoque ex tactorio genere: cęterùm nullum membrorum aut ità exactum habet ſenſum, aut ita vtrumque principium vna ſecum afficit, ſicut os Ventriculi: nominatur autem in conſuetudine non vulgò ſolum, ſed etiam à Medicis, ſtomachus: &c. inducit prætereà & diſpneam, & apneam, & epilepſiam & deliria, & melancholiam; atque hęc quidem ſocietatis ratione: inappetentiam verò, & diminutam, & deprauatam per ſe ipſum &c. dicendum ergo de omnibus, initio à proprijs eius ſymptomatis ſumpto: ſequuntur hęc ipſas naturales particulę functiones, quarum vtique gratia maximos à cerebro requirebat neruos, propter quos etiam excellentiam hanc ſenſus præter cœteras particulas poſſidet, &c.

Auicennas de Anat. Ventriculi ait, quod Ventriculus habet neruos à ſexto pari demiſſos, vt ſenſum recipiat. *Sequitur Galenus vt ſuprà.* Nam quoniam cute tenus vnum quodque animal in ambientem aerem digeritur, accidit, vt membra, quæ ſub ea ſunt prima vacuentur, quorum ingenita vis ex proximis ſibi alimentum trahit, id ſcilicet, quod vacuatur, reficiens: Deinde rurſus illa ex alijs, quæ ſunt ſibi proxima: atque ità ſemper per continuum veluti choro quopiam translatione celerimmè facta, ad venas,

quæ ad ventriculum pertinent, vacuatio peruenit. Hæc verò, & solent paritèr, & natæ sunt ex ventriculo nutrimentum trahere, perindè vt stirpium radices, quæ in terram sunt demissæ, ab ea, &c. Cùm enim hoc opus vniuersum naturale sit, non animale, similiter in stirpibus, & animalibus perficitur: Ac in stirpibus quidem terra perpetuò paratum, largumque alimentum rigantis ritu subministrat, quàmdiù Cœlitùs temporum status pro natura se habet.

Si quando terræ squaloris excessu siccatus est humor, stirpes nutrimenti penuria marcescunt: Animalibus autem, vtpotè terræ non affixis, præter vtique pauca quædam, natura Ventrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit, quemadmodum stirpibus terram. Dedit autem animalibus, & penuriæ sensum, quo scilicet ad cibum, potionemque proritata in tempore expleantur, vocatusque ciusmodi desiderium, appetentia: Fit autem ex penuria, cùm scilicèt venæ ex ipso Ventriculo veluti emulgentes, sugentesque aliquid trahunt: Non ferens autem eum suctum Ventriculus, sed veluti diuulsus offensæ eius medelam cibum comparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos conuertuntur, atque ex ijs nutrimentum trahunt, nequaquam ex Ventriculo, fitque post cibi sumptionem, vt, & venæ simul ad cibos se conuertant, & Ventriculus ex ijs quantùm priùs per venas est haustum, in seipsum trahat, ac suctus quidem ipsius sensus, fames est. Reliquorum autem duorum alterum venarum suctum præcedit, vocaturque appetentia. Est autem appetentia naturale opus, non animale. Talem autem appetentiam vacuatio præcedit,

Et in lib. 3. de sympt. causis cap. 2. Ac venter quidem cùm pro naturæ lege se habet, trahit quidem ad se supernè per stomachum, deorsùm verò excernit;

cernit: Cùm præter naturam eſt affectus, etiam ab inferioribus aliquid capit: Nàm & clyſteris aliquid nonnullis in Ventrem ſubijt, ità vt vomerent: prætereà ſtercus in letalibus ileis. Satiùs enim eſt ſi extimemus, eum in eiuſmodi affectibus non trahere, ſed quod ab inteſtinis violenter retrudentibus aſcendit, dum traxit, recipere. Quippè in inteſtinis complexio, compreſſioque eſt, qua vſa nutrimentum ad inferiorem ſuum exitum propellunt: In quibuſdam tamen affectibus cum conſtringendi, complectendiq; motus infernè incipit, ea, quæ in ijs continentur, ſurſùm feruntur: qua ratione acer quoque ſuccus quiſpiam, qui ad ſedem aliquando fuerat delatus, ac vel in foro, vel alio quopiam loco verſatis, aut negotio aliquo, quod deſerere non licuit, diſtrictis violenter retentus, rurſùm eſt ſurſùm ductus, Ventremque momordit, ac caput vaporando impleuit. Principio quidem motus animalis ab organo ſphincter, ideſt muſculo ad imum inteſtinum accepto, ab hinc verò vnoquoque inteſtino retrò id à ſe ad ſuprà ſe poſitum trudente, ſimili modo, ac prius in præceps trudebat. Ad eundem modum crepitus quoque deſcendere prohibitus interim reuertitur. Ergo mirum non eſt, clyſmatis quoque aliquid, & ſtercoris ex tam violenta inteſtinorum conſtrictione ad Ventrem aliquando præter naturam renocari, deindè ad properare. &c.

Eſt igitur naturale quoddam opus alimenti ipſa ex Ventriculo in iecur, ex iecore verò in totum corpus digeſtio. Hanc perfici monſtratum eſt, ſingulis particulis conueniens ſibi alimentum trahentibus. &c. *Et in lib. 1. de cauſis ſympt. cap. 6.* Siquidem Venter viſceribus, veniſque ſubſeruit, itaquè quales hæc ſuccos requirunt, tales appetit. Porrò huic pro diſcernendi inſtrumento lingua proſtat, ijs ſcilicèt ſuccis maximè gaudens, quos

Ventriculus desiderat; huiusce autem societatis tunica, qua vestitur, maximè est causa, ac delectatur quidem lingua diuersis in temporibus succis, qui sibi extrinsecus admouentur, sanè alijs, atque alijs: delectatur autem nonnumquàm etiam, dulce, quod habet in se ipsa, sentiens. Porrò dulcis hic succus pituitæ species est. Quoties autem effusum à venis sanguinem lingua, vt dulce sentit, tale quidem patitur, quale ab extrinsecis admotis: at in odorandi facultate, externorum quidem tùm iucundorum, tùm tristium sensus perindè se habet, vt in gustatrice, &c.

Gal. lib. 3. de symp. causis cap. 1. de concoctrice facultate ventriculi agens. Rursus Ventre minimè affecto non concoquit animal, vel propter cibi, ac potus immodicam copiam, vel propter qualitatem alienam, vel propter intempestiuitatem, vel incongruum ordinem, vel vitiosum excrementum, vel somnum exiguum. Verùm quæ à vitiosis ciborum qualitatibus, & excrementis, quæ in ventre habentur, consistunt, cum corruptione sunt inconcocta, sicut interim quæ parùm conuenienti ordine, & in tempestiuè sunt sumpta. Porrò corruptellæ, quæ quidem nidorosæ sunt, ex calidioribus, magisque biliosis veniunt cibis: acidæ verò ex ijs, qui frigidiores natura sunt, magisque pituitosi. Similiter autem & in excrementis fit, aciditas quidem creat, quæ pituitosa sunt, & frigida; nidorosus verò, quæ calida, & biliosa: tarditatem verò concoctionis efficiunt ea, quæ egrè quidem corrumpuntur: coeterùm plus valent, quàm virtus, aut somnus.

Auicennas lib. 3. f. 13. t. 1. cap. 3. ex rebus magis nociuis, & inimicis stomacho, est repletio, & propter illud non augetur corpus gulosi, quoniam cibus eius non digeritur, quarè non crescit ex eo corpus, *& lib. 3. f. 13. t. 2. cap. 4. & eodem lib. & fen.*

sen. t. 3. cap. 1. & stomachus etiam quando non digerit omninò peruenit ad lubricitatem intestinorum, aut ad hydropisim; verùm tamen non conuertitur, nisi ad hydropem timpanitem, cum stomachus in ipsa habeat impressionem tantæ quantitatis, qua faciat vaporationem cibi, & non digerat.

CAPVT XIIII.

Appetitus non à calore, sed à frigiditate prouenit: De alteratione cibi in Ventriculo.

A *Vicennas lib.* 1. *f.* 1. *t.* 4. *c.* 3. Ideoq; caninus appetitus ex frigiditate sæpius contingit.

Galenus lib. art. med. cap. 57. Calidiorem natura Ventriculum melius quidem concoquere, quàm appetere.

Gal. lib. 2. *aph. comm.* 20. Plura igitur appetimus, cùm os Ventriculi, in hoc enim vis appetendi præcipuè consistit, frigidiorem habuerit temperaturam. *Et in libro* 1. *de sympt. causis, cap.* 7. *in fine ferè*. Itaque etiam non parùm ad esuriem frigiditas eorum, quæ in ventre habentur, confert, cùm & corpora eorum, tunicasque vacuet, & cogendo, constringendoque ad appetentiam irritet. Non esuriendi verò continens in primis causa est caliditas, vt quæ solida corpora laxando resoluat, atque ad tractum imbecilliora reddat, atque vna quidem caninæ appetentiæ causa est vitiosus hic succus, qui acidus est.

Gal. lib. artis med. cap. 58. frigidus verò natura Ventriculus ad appetendum quidem plurimùm viget, ad concoquendum verò minimè, tales præsertim cibos qui frigidi sunt, & non facilè alterationem accipiunt: citò itaque in ipso acescunt;

arquè

atque ideò acidæ eructationes plurimùm abundant.

Galenus lib. 3. de natural. fac. cap. 7. de alteratione ciborum in Ventriculo. Minimè igitur potest conueniens in animali nutrimentum esse, quod ab ijs, quæ in animali sunt, qualitatibus, non vincitur: Porro vinci aliud non est, quàm alterari; at quoniàm particularum aliæ viribus sunt firmiores, aliæ magis imbecilles, vincent quidem omnes nutrimentum id, quod animali est conueniens, non tamen omnes æquali modo: Ergo vincet etiam Venter, ac nutrimentum alterabit, non tamen sic, vt iecur, & venæ, & arteriæ, & cor. Quanta igitur sit Ventris alteratio, agè iam videamus: Sanè ea maior est, quàm quæ in ore perficitur: Minòr verò ea, quæ in iecore, & venis: horum namque alteratio nutrimentum in sanguinis substantiam mutat. Quæ in ore igitur mutat quidem id in alteram speciem manifestè, non tamen ad perfectionem transformat: Discas id ex ijs, quæ ex cibo in dentium interuallis relicta per totam noctem hæserunt. Quod si viscera quoque, quæ illi adiacent, tamquam maguo lebeti plures ignis foci, pariter existimata sunt: A dextris quidem iecur, à sinistris lien, supernè cor, & transuersum septum, & eleuatum, & assiduè motum; h s etiam ampliùs omentum, quod prædicta tegit; ingentem quandam ciborum, qui in Ventriculum sunt deuorati, alterationem fieri credas. Quo autem pacto mutari facilè in sanguinem possent, nisi tali essent mutatione præparati? Monstratum namque suprà est, nihil in contrariam qualitatem totum simul migrare: Ergo quomodo fiet sanguis ex pane? Nisi hæc alteram prius mutationem sint adepta? Iam quomodo in tenuibus intestinis confestim creabitur stercus? Quid enim quæso in his efficacius ad alterationem dicas ijs, quæ sunt circà Ventrem?

Nùm

Nùm tunicarum numerum, an circompoſitorum viſcerum vicinitatem, an moræ ſpatium, an innatum quendam inſtrumentis calorem? Atqui nullo horum ſuperant inteſtina Ventrem. &c.

Et lib. 3. de natural. facult. cap. 8. In vehementiori appetentia Venter omnibus animalibus ſurſum procurrit, adeò vt nonnulli cùm primùm incipere eum affectum ſentiunt, foras repere ſibi ventrem dicant: alij verò cibos, quod ad huc mandunt, nec dum ſatis eos ore confecerunt, eripit planè inuitis. Ergo in illis animalibus, quæ natura ſunt guloſa, quibuſque oris laxitas eſt ampla, ac Ventris ſitus propinquus: Auiditate perurgente, Venter eorum in os ſurſum rapitur. Fieri autem id alitèr prorſus nequit, niſi venter cibos per gulam veluti per manum ad ſe trahat.

CAPVT XIV.

Calor iecoris, omenti, cordis, ſepti tranſuerſi, venæ, & arteriæ magnæ ad Ventriculi concoctionem confert: vt tenet Gal. lib. 3. de natural. facult. cap. 7. De ſubſtantia peritonæi, & eius vtilitate.

A *Auicennas lib. 1 f. 1. Doct. 4. cap. 2 propè principium*. Deindè poſtquam ſtomachum cibus ingreditur, integra ingreditur digeſtione, non per ſtomachi calorem tantùm, ſed propter calorem membrorum, quæ ipſum circundant, & à dextris quidem hepar, & à ſiniſtris ſplen: Splen namque calefacit, non propter ſui ſubſtantiam, ſed propter arterias, & venas multas, quæ in eo ſunt, & ab anteriori quidem eſt Zirbum adipinum, quod citò ſuſcipit calorem cauſa adipis, & ad ſtomachum reducit, & ſuperius quidem cor, mediante diaphragmate ab eo calefacto.

Dal.

Gal.lib.4.de vſu part.cap.9.de omento. In reliqua anteriori e parte ipſius ventriculi nihil habebat propriæ vtilitatis gratia illic locatum, quo ad id abuteretur; vndè eam non piguit ob ipſam Ventriculi calefactionem etiam parte anteriori generari, & extendere per totum ipſum Ventrem corpus aliquod denſum ſimul,& leue,& calidum: denſum quidem, vt intus concludat innatam caliditatem: leue, vt ſine dolore, ac compreſſione calefaciat, calidum,quia tale oportuit eſſe, quod gratia calefaciendi factum fuerat; ſed ſi leue ſimul, ac denſum erat futurum, id membranoſum eſſe oportebat: quæ enim particula in animali eiuſmodi corpore inueniatur denſior, ac leuior? ſi verò calidum, & vaſa quàm plurima, venas, & arterias, atque pinguedinem quamdam copioſam circumfuſam, quæ certè, quod calida res ſit, dignoſcitur, & ſenſu ipſo, vtentibus vice olei: indicat enim id non minimum, quod facilè inflammam tranſmutatur, tanquam ad flammę naturam proximè accedat. Atque iam planum tibi factum eſt his verbis, omentum ex duabus quidem tunicis denſis, & ſubtilibus ſibi ipſis incumbentibus, quàm plurimis verò arterijs, & venis, & pinguedine non pauca conflatum. Quod autem calefaciendi gratia factum ſit, euidenter diſcas licet in illis, qui vulnus in epigraſtrio,id eſt abdomine acceperunt; in quibus per vulnus excidit omentum, deindè liuidum factum cogit Medicos partem lęſam adimere: omnes autem hi frigidiorem ſentiunt Ventriculum, minuſque concoquunt, ac pluribns operimentis extrinſecùs egent. Quemadmodum certè & nos aliquando totum ipſum abſcidimus cuidam gladiatori ità vulnerato: homo autem ſanatus quidem confeſtim eſt, ſed tamen adeò facilè & patiebatur, & lędebatur à frigiditate externa, vt non ſuſtineret nudum habere

bere ventrem, sed lanis assiduè esset obuolutus: cùr autem in homine hęc particula longissimè protendatur, extensa per omnia intestina, an quia coctiones intestinorum sunt imbecillę, &c.

De peritonæo ex eodem capite.

Substantia certè corporis membranosa est peritonęum, vtilitates verò ipsius plures sunt animalibus: Prima quidem, vt operimentum omnium subiectarum partium, tùm Ventriculi, tùm intestinorum, & quæ sub septo transuerso sunt viscerum. Secunda autem vt septum inter hæc ipsa, & musculos extrinsecùs incumbẽtes: Tertia vt sicci nutrimenti excrementa citiùs subeant: Quarta vt ne flatibus distendantur facilè intestina, & Ventriculus: Quinta, vt omnia, quæ sunt sub phrenibus, colligentur ab eo, & velut pelle quadam vnumquodque priuatim tegatur. Prima sane vtilitas exigua est, cùm possint, quæ sunt intrà peritonæum à corporibus, quæ extrinsecus sibi incumbunt, satis muniri, musculi enim illic sunt magni, super quos tùm adeps multus, tùm cutis crassa est. Reliquæ verò vtilitates omnes quidem sunt memoratu dignæ, nonnullæ verò ex ijs etiam admodùm sunt magnæ, magnumque momentum animalibus præstant. Quæ igitur, vt diaphramatis vtilitas ipsius, ita habet. Cùm multi, & magni Musculi in epigastio sint gratia effationis vocis, egestionis, & mictus, &c. haud verò contemnendum est, & id quidem peritonęi auxilium; quandoquidem, (si imbecilliora hæc, & infirmiora fuerint, quàm vt amplectantur vndiquè cibaria) vaporoso, & flatuoso spiritu à quibus vis impletur ventriculus, & quæ circùm ipsum sunt, partes, quam ob rem euidenter, & necessariò consequitur, alimentum non concoqui, & tardam fieri distributionem: robusta verò si fuerint vniuersa, & amplectatur vndique ventriculus, intestina, & peritonæum, & si

valdè

valdè flatuosa, quæ comesta sunt, fuerint, concoquuntur tamen, ac distribuuntur facilè; partem namque flatus ipsi ructus vacuant, alia deorsum penetrat, quod autem vaporosum simul, & vtile fuerit in venas assumitur; ad ea igitur omnia vtile est peritonæum.

Gal. lib.4. de vsu part. cap. 10. Peritonęum circumtenditur tum singulis intestinis, ac visceribus, tùm arterijs omnibus, ac venis. *Et lib.4. de vsu part. cap.* 11. omentum ratione suæ pinguedinis fouet simul ventrem, inungitque membranas, ac per inediam calori natiuo suggerit alimentum. *Et in cap.*17. *eiusdem libri* multos sanè, ac sæpè vidimus, quibus, cùm morbis grauibus, atque diuturnis essent conflictati, maxima intestinorum pars putredine erat tentata, adeò, vt cumpluribus locis tunica omnis interior esset exesa, attamen vixerunt ij, & superstites fuerunt, quod non fecissent, nisi secunda quædam alia extrinsecùs corruptę tunicę accessissent.

CAPVT XV.

De consensu oris Ventriculi cum gula, lingua, palato, & omnibus, quæ continentur in ore. De ijs, quibus ex stomacho caput dolet: De morbis, qui proueniunt per communitatem Ventriculi.

*GAlenus lib.*4. *de vsu part. Corp. hum. cap.*3. Atque adeò tunicarum natura Ventriculo quidem, & stomacho similis est: interna namque tunica in ventriculo simul, ac stomacho membranosior villos rectos supernè deorsum tendentes habet: externa verò carnosior transuersos villos: siquidem Ventriculus trahat oportet ad se ipsum

per

per ſtomachum cibũ,& potum,tamquàm manibus rectis his villis,propellat verò tranſuerſis : inteſtinis verò, attractrice enim non indigebant facultate, ſoli ad propellendum idonei ſunt facti villi. Quin etiam continua eſt interna Ventriculi, & ſtomaci, & omnium, quæ in ore ſunt, tunica. Siquidem id magis conferebat tum ad attractionem contentorum in ore ciborum, tum etiam,vt lingua deorſum trahatur cum muſculis, &c.

Gal. lib.3. prognoſtic. ſuper textu 30. Didicimus enim ex diſſectione, vnam eſſe omnem hanc tunicam perpetuam per omnia ſibi, & Ventriculi, & gulę, & linguę, & palati, & totius oris : hęc igitur eſt, quæ labra concutit, quoties ab acriori bile collecta in ore Ventriculi mordetur : talis enim humor prę leuitate fluitare natura aſſolet, & ob eam rem ad ſtomachum redundat, reliquens Ventriculi fundum, ac facilè vomitur:quod ſi rigor quoque prehendat, tunc hominem magis etiam vomitio non ſolùm citiùs dimouet ſed etiam bilis efficere vomitionem : quin etiam, ſi quid bibat, aut eſitet per illud tempus homo adhuc citiùs vomet, quia pariter cum bile ingeſta cibaria in Ventriculo vitiantur.

Galenus lib.4. de vſu part. cap.1. Communiſſima ſanè, & maxima, primaque omnium via ab ore fert ad Ventriculum, quaſi ad promptuarium quoddam omnium particularum commune, in medio animali poſitum: nomen autem ingreſſus huius proprium quidem ęſophagus, commune autem eſt ſtomachus: omni enim Ventri collum prępoſitum inſtàr iſthmi cuiuſdam anguſtum, ſic nominatur. Promptuarium autem hoc alimenti vniuerſi ſubit primum in cibarijs laborem, ſine quo hæc ſunt inutilia, in nullamque rem animali commoda ; purgat enim ex ipſis, vt præparandi tritici periti, ſi quid terræ, aut lapidum admiſtum ſit,

quæ

quæ pernitiosa corporibus esse solent : ità vt Ventriculi facultas, siquid fuerit eiusmodi, pellit infernè, reliquum verò omne, quod fuerit naturæ vtile, vt lius adhuc ab ipso redditum venis, quæ tùm ad ipsum ventriculum, tùm ad intestina perueniunt, distribuit.

Hippocrates lib.4. acut. textu 6. quod si os amarum sit, vomere confert, & aluum subluere.

Gal. in comm. Bilis amaritudo amarum os reddit, nempè communem, vnamque efficiunt tunicam, & quæ ventri interna est, & omnis eam, quæ subiungit. Non ergo sine ratione Sermonis huius scriptor bilem tùm per vomitum, tùm per clysteria euacuat.

Galenus libro 2. de facult. nat. capit.9. quis porrò non intelligit, quod vbi plurima in Ventriculo flaua bilis continetur, perpetua siti vrgemur, contràque, quod ex vomitu protinus à siti magis vindicamur, quàm si plurimam hausissemus potionem.

Gal. lib.6. Aph. comm.32. lingua verò admodum humida ex natura existente, & Ventriculum talem esse par est. Vt qui alteram sui tunicam communem ad linguam.

Auicennas lib.1. f.1. d.4. cap.2. primis verbis: Nutriens masticatione aliquam habet digestionem: superficies enim oris superficiei stomachi contigua existit, ac si vna esset superficies: estque in eo virtus digestiua, cumque masticatum tetigerit, aliqua ipsum conuersione permutabit, & in hoc quidem auxiliatur saliua, acquisita per digestionem, in qua cadit calor innatus.

Galenus libro 5. de vsu part. capit.4. quis quæso ignorat bilis flauę facultatem admodum esse & mordentem, & omnia abradentem: at quis vmquàm succum hunc copiosiorem deiecit, qui

prius mordicationem in inteſtinis non ſenſerit? ad hæc cui non liquet quod vomitum bilioſum, neceſſariò præcedant alij quidam affectus, tùm verò oris ventriculi mordicatio? quandoquidem ſi flauæ bilis facultas omnibus eſt perſpicua, in promptu eſt, ipſam omne Ventriculi officium, ſi ad eum confluxerit, euerſuram, qua enim ratione pura primis inteſtinis accedens, & morſu commonet, prohibetque, alimentum in ipſis morari: ad eundem etiam modum ventriculum ſenſu, quàm ieiunum, exactiori præditum coegerat alimentum prius propellere deorſum, quàm planè concoctum eſſet: ſiquidem motus vehementes crudos cibos cogunt excernere: ſatis igitur conſtat, in quauis corporis conſtitutione, ſi bilis copioſior in ventriculum influat, alimenta in ipſo conſiſtere non poſſe: ſi igitur humor iſte ad os Ventriculi irreperit, vt quod maximè eſt ſenſile, morſi ab ipſo anguntur, vehementer nauſeant, ac vomunt: ex quo concluditur, quod ſi plurimus humor iſte adventriculum confluxerit, corruperit vtique, ac perturbarit ipſius actionem. Acerba enim eſt, atque acida bilis atra, & contrahere ipſum, ac conſtringere, non vt flaua ſubuertere nata eſt: conſtat ergo, quod quemadmodum hæc noxia eſſe memorabatur, propterea quod vetaret cibos diutius in Ventriculo concoqui, pari modo, atram bilem non modò non lędere comperimus, ſed etiam actionem ipſius propriè promouere: nàm Ventriculum intendit, ac contrahit ad ſe ipſum, cogitque cibos ad vnguem circumplecti, atque arctè retinere, quouſque fuerint percocti.

Auicennas libro 1. *f.*2. *d.*3. *capit.*2. Capitis enim ſecundum plurimum ſuarum diſpoſitionum ſunt ęgritudines per ſocietatem ſtomaci.

Gale-

*Galenus lib.2.de comp.med.sec. locos cap.*1. De ijs, qui ex ſtomacho capite dolent. Quidam enim etſi pauxillus quiſpiam humor acris in Ventre, & præſertim circà os eius congregetur, ſtatim capite dolent, atque ob id, ſi diutiùs famem tolerant, offenduntur: Augetur enim ipſis inediam ferentibus eiuſmodi humorum malitia. Eos igitur, qui hoc modo affliguntur ſanare oportet, ità vt nihil remediorum capiti adhibeamus, quandoquidem neque propriùs eſt hic cap ti affectus, ſed ab humorum in ipſum adſcenſu affligitur, quemadmodum alij in ſuffuſorum ſymptomata ob eiuſmodi causã incidunt. Quæ igitur erit horum cura? Vt videlicèt affligentes in Ventre humores celerrimè euacuemus: euacuantur autem ad vomitum procliues facilè ab aquæ potu.

*Gal. lib.3. de morbis vulgaribus comm.*1. Suprà ægrum quintum ſuprà Herucratem igne correptum, cui caput cœpit dolere. Itaque ex his in caput liquet inuaſiſſe quandam humorum abundantiam: Declaratum ità eſt frigidioribus, & pituitoſioribus ſuccedere ſomnos veternoſos, lethargigaque mala: Calidioribus autem, aut prorsùs mordacibus, vigilias, & deliria: Proindè cùm vigiliæ eum tenerent cum ſurditate, & capitis dolore, lumbique ſuſpicari replentes caput, homines conſentaneum erat mordaciores eſſe. Vſu venit porrò ijs, vbi calida febre, & flagrante cerebrum offendunt, ſequi, vt didiciſti, deliria, nàm rei natura demonſtrat, ſiccos temperamento homines, & virtute mordaces in cerebrum elatos concitare vigilias, & phrenitim: Id quod in commentario de locis affectis oſtendi.

*Auicennas lib.3.f.*1.*t.*2.*cap.*6. De ſpeciebus ſodę factæ per communitatem agens, ait. Et matrix ex eis eſt, quibus communicat cerebrum fortitèr, & Mirach etiam, & hepar, & ſplen, & velamen, & renes, & extremitates omnes, & partes dorſi, valdè tamen

men cerebro communicare videtur vterus propter vaporum ad cerebrum per arterias ascensum.

Galenus lib. 5. apho comm. primo. Potest igitur, vt dixi, per consensum cum ore Ventriculi conuulsio fieri.

Cal. lib. 1. de locis affectis cap. 3. in fine. Quippe corruptionis ciborum tres primæ, ac veluti generalissimæ sunt differentiæ. vna quidem fit per proprios ventriculi morbos, altera à vitiosis humoribus in ipso accumulatis: Tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hæc igitur quæ suaptè natura vel nidorosa, vel acida, aut fœtori, aut putredini, aut omninò corruptioni fuerint obnoxia, aut ex præparationis modo ad huiusmodi dispositionem aliquam deducta, certum est, ea in Ventriculo corrumpi, atq; hoc modo cruditatem fortasse fieri dixeris. &c.

Alexander Trallianus lib. 7. cap. 5. Os Ventriculi, quod sanè & stomachum, quidam autem cor appellabant, vbi offensionem acceperit, infinita, & varia accidentia hominibus inferre solet: Nam morbum comitialem, conuulsiones, grauem soporem, tristitiam intempestiuam, metum, melancholiam, alienam appetentiam, cibi fastidium, nauseamque, vomitus, ciborum corruptiones, intestinorum tormina, vteri, & vesicæ dolores, interim etiam vigilias, dolores, desipientiam, & extremorum frigiditatem inducit: Adeò est sensile, vocatque in consensum doloris vicinitate quidem cor, cognatione autem cerebrum. Frigidam oris Ventriculi intemperiem manifestò licet indè cognoscere, si æger non sitiat, appetatque magis cibos, quàm potus. *Idem Alex. Trall. lib. 7. cap. 7. in princ.*

Sciendum est, cibi quoque fastidium, aut ex intemperie quadam, aut humoribus in stomacho contentis excitari: Necesse igitur est, vnum ex tribus

bus perficere,aut humores euacuare , aut contemperare,aut mutare,& cùm ipsi crassiores existunt , extenuare:Quà proptèr ipsos,aut vomitu , aut per alvum euacuabis,si itàque Æger ad vomitum procliuis fuerit,per superiora : maximè verò ad eiusmodi remedium confugiendum est,si humores tenues,& non admodum crassi fuerint , videanturq; adhærescere.

CAPVT XVI.

Ex consensis pulmonum , iecoris , oris Ventriculi , & septi transuersi deliria possunt fieri.

Galenus lib.3.epid.comm.primo supra tex.20. Septum transuersum delirium infert promptissimum,quàm ob rem maiores id præcordia nominarunt.& itèm os Ventriculi,quotiès insigni afficiatur inflammatione: Aliæ verò partes ibi , quæ aliquam ex prædictis affectionem traxerunt in periculosam incidunt affectionem.

Describens Hippoc. Pestilentem constitutionem multarum gentium communem , intrà quam plurimi , & varij morbi vulgares , & pernitiosi extiterunt.*Lib.3. epid.comm.3. tex.*11. ità inquit:Febres ardentes,& Phrenitici.

Gal.super hoc comm. Ardentes febres extiterunt, inuadentibus in iecur , & Ventriculum biliosis excrementis : Phrenitici verò , ijsdem caput petentibus.

*Hippoc. lib.6. Apho.*12. A pulmonis inflammatione phrenitis:malum.

Gal. in comm. Quando à calido humore fit inflammatio , quæ multos vapores transmittit ad caput , Cerebrum implet vaporibus , & facit phrenitim.

Ga-

Galenus lib. 6. De tuenda valet. cap. 10. corrumpuntur enim pituitosi humores, si diù sint in Ventre morati, adeò vt, & ipsum erodant, & simul vitiosos interim halitus ad caput submittant. Nàm si pituitosus succus à capite in frigidum natura Ventrem decurrat, facilè his succurritur, si mane aliquid simplicis medicamenti sumpserint: Quod diatriton pipereon dicitur: Sed & piper solum ad exactum contritum læuorem aquæ mistum bibere his licet. Ad quem vsum melius, stomachoque aptiùs album piper est. Porrò absinthij potio his est aduersissima, vt quæ pituitosum succum ipsorum Ventri affigat, cum detergendi vim non habeat, quæ adeò sit æstimanda: Sed nec aloe valdè his conducit, cum ei bilioſi trahendi humoris facultas sit: Eoque excogitata salubriter est Compositio, quam picram vocant, quæ acrimonia, caloreque eorum, quæ in se habet, crassos, & lentos dissecat ac digerit, cuius generis est cinnamomum.

Gal. lib. de atra bile cap. 8. Porrò à nobis demonstratum est, pituitosum humorem ex pituitosis cibis in prima ventriculi concoctione fieri, vt biliosum, & melancholicum in iecore. *Et lib. 6. epid. comm.* 1. *suprà tex.* 5. *inter initia*. Itaque pituitosi vomitus fiunt, huiusmodi enim succus in Ventriculo coaceruatur plerumque ex ciborum multitudine, & multo magis, si isti crassi, naturaque pituitosiores extiterint.

CAPVT XVII.

De Corde. Quæ sint partes principales nostri corporis & earũ officia. A qua parte oriantur nerui, à qua arteriæ, à qua venæ. Cor est in medio thorace: Cor non eget cerebri opera ad motum pulsuum, neque cerebrum cordis ad se mouendum & sentiendum, ad quem finem arteriæ pulsent, & de necessitate euentationis caloris per earum motum.

Galenus lib artis med. cap. 9. Partes nostri corporis principales sunt cerebrum, cor, hepar, & testiculi, ab his verò ortum habent; atque eisdem subministrant, nerui quidem, & spinalis medulla cèrebro, cordi verò arteriæ, hepati venæ, ipsa verò seminaria vasa testiculis: quæ autem à se ipsis gubernantur sunt cartilago. os, copula, seù ligamentum, membrana, adenes, ideſt glandulæ, adeps. caro simplex: Reliquæ verò partes, cùm vnà cum istis habeant ex se ipsis regimen, arterijs, neruis, venisque insuper egent. Capillorum autem, atque vnguium, neque regimen vllum est, sed generatio tantummodo.

Galenus lib. 8. *de vsu part. corp. hum. cap.* 4. *in principio*. Demonstratum autem est in libris de placitis, principium quidem neruorum, & sensus omnis, motusque voluntarij esse cerebrum, hepar venarum, cor verò arteriarum, & caloris natiui.

Hippoc. libello de alimento. Venarum origo tàmquàm radix hepar est, & arteriarum cor: ex his per omnia sanguis, & spiritus peruagatur, calorque per hæc permeat.

Galenus lib. 6. *de decretis cap.* 6. Conuenit sanè, vt arbitror, sicut arteriarum omnium cor principium statuimus, ità venarum omnium, & vmbilici & inuoluci: iccur statuamus, nàm vasa, quæ à de-

rinaris

riuatis ab alio deriuantur,eandem,quam illa,à quibus deriuant habere necesse est. Quantum igitur ex dissectione conspicitur, cùm euidentiora originis inditia iecur habet, multò magis ipsum venarum, quàm cor arteriarum, principium statuendum est:Neque prætereà illud te latet,venas si originem à corde traherent, pulsum habituras fuisse.

Galenus lib. de multitudine cap.3. Docui etiam eodem volumine,nempè de decretis,arteriarum facultatis veluti fontem cor esse, neruorum cerebrum,iecur venarum.

Gal libello de vsu pulsuum cap.1. Ac primum visum cor est, ex quo nascuntur, prodeuntque arteriæ, atque etiam cum illo motum custodiunt.

Auuicenas lib.3 .f.11. t.1. cap.1. De anatomia cordis. Et Cor quidem positum est in medio medij pectoris,quoniam est temperatior locus, & declinat magis parum ad sinistram, vt elongetur ab hepate,& habeat hepar locum amplum.

Galenus lib.6.de vsu part corp.humani cap.7. in principio. Cor igitur ipsum ex ijs, quæ iam diximus,in medio thorace oportuisse locari; & in fine capitis, cùm igitur cor caloris natiui, quo animal regitur quasi fons,ac focus sit, omnis eo modo ipsius pars principatum tenet, at magis hæ,quarum vtilitas toti animali vitam conseruat. Sunt autem hę duorum vasorum orificia in sinistro ipsius Ventriculo, quem medici spirituosum appellare consueuerunt; horum enim duorum orificiorum per minus quidem cor ijs,quæ in pulmone sunt, arterijs, per maius autem omnibus, quæ toti animali sunt diffusæ,est continuum.Minus autem his momentanea sunt ea,quæ in altero ipsius ventriculo, quem sanguineum appellant, insunt, sunt autem quàm alia,hæc quoque præstantiora,maioriſque momenti, quorum quidem sanguinem in ipsum

cor intromittit,alterum ex ipso in pulmonẽ deducit:Cùm autem memoratorum iam vasorum, atq; orificiorum, qudoque memorabilem habeat magnitudinem, non fuit alienum, cor his etiam partibus,maximum esse,mediumque obtinere thoracem,qui locus idcircò erat tutissimus, quod plurimum abest ab ijs, quæ extrinsecus nocere possunt. Quandoquidem,quæ conterunt, atque incidunt,quæque refrigerant, ac calefaciunt, aliaque id genus animalibus exitiosa multo ante thoracis partes,ac pulmonisviolent,necesse est, ac perrumpant,quàm prius ipsius cordis,ante quàm ad quoduis prædictorum perueniant. *Ità Arist.lib.3. de part.anim.4.*

Galenus lib. 2. de decretis cap. 6. Neque cor ad pulsuum motum cerebri opera indigere,neque cerebrum cordis, vt est sentire, & per voluntatem fungi officio suo queat.Cor enim ad propriam motionem cerebro non egere, vel indè perspicuum est,quod si iugulares venæ, arteriæ, nerui laqueis intercipiantur, nihilominus tamen adhuc cor pulsat, nec non omnes per totum animalis corpus distributæ arteriæ ab eo officio non vacant. &c.Quin etiam cerebri facultatum primam originem non esse in corde,cognoscere ex eo licèt, quod cum ijdem nerui,vel præciduntur, vel laqueis comprimuntur,mutum animal tantùm redditur:inspirat, & expirat, nullo ablato impedimento. *Et lib. de causis morborum cap. 3.*Ostensum enim à nobis est hoc in volumine,quod scripsimus de vsu pulsuum, ob eum finem arterias pulsare, vt calor naturalis in omnibus animalis partibus moderatus conseruetur. *In lib autem de vtilitate respirat*:Scriptum à nobis est, quod hæc quoque insitum cordis calorem moderatum conseruat.Sicut igitur,si extinsecam flammam à communicatu circumfusi aeris separes,interiectu fumuli,vel cucurbitæ,vel cuiuspiam

piam alterius rei similis, statim extinxeris, eo modo, si animalibus caliditatem cohibueris, atque intercluseris, ita vt nullum cum aere exteriori habeat communicatum, statim exitium afferes. Caliditas igitur cordis per faucium meatum aeri extrinseco communicat, quod si hunc interceperis, euestigio strangulabis ipsam, atque animal enecabis.

Calor verò, qui in omnibus est arterijs, quæ per totum animalis corpus diuiduntur, per cor quidem ipsum, in quantum facilius communicat, & per vniuersam cutim in ambientem nos aerem respirat, refrigerium quidem, cum illæ se attollunt, accipiens, cùm autem residunt, id quod fuliginosum est, expellens, quorum vtrumque natiuam eius mediocritatem conseruat: Et si quidem stipatæ sint arteriæ, siuè ob sanguinis redundantiam, siue earundem ora obstructiones aliquas patiantur, ità vt nullam habeant transpirandi viam, calorem extingui necesse est. Quod verò ità affectum est, corpus emori.

CAPVT XVIII.

De Pulmone, & Thorace. Dexter cordis ventriculus gratia pulmonis est factus, & pulmo est vocis, & respirationis instrumentum. De necessitate, & vtilitate respirationis. Animalia, qua non habent pulmonem, neque in corde duos habent ventriculos. De motu pulmonis. Per quas vias aer attrahatur ad corporis euentationem. Respiratio est maximè necessaria ad vitam. De officio pulmonis, & thoracis.

GAlenus *lib. 6. de vsu part. cap. 9.* Nàm dexter cordis vẽtriculus gratia pulmonis est factus

pulmo verò ipſe reſpirationis ſimul,& vocis eſt inſtrumentum. *Ariſt.lib.3.de part.anim.cap.6.*

Galenus lib. 1. *de vocal. inſtrum. diſſect. cap.* 2. Thorax ergo,& pulmo vocem non faciunt, eorum tamen motiones,hæc ipſa duo membra, dùm inter reſpirandum mouentur,non vocem,efficiunt; relinquitur ergo, vt quæ tamquam ſpiritus meatus ſunt, vocem faciant.

*Gal.lib.de vtilit reſpirat. cap.*5. Demonſtratum enim eſt, impoſſibilem eſſe ſaluam caliditatem citrà reſpirationem.Moderata verò reſpiratio omnibus alijs membris per arterias contingit: Cerebro verò, & cordi duo præcipua adiacent reſpirationis organa,illi nares,huic pulmo:Cœterùm, vt pulmo moueretur,thorace opus habuit, & propterea, vt cordi copulatur quidem,pulmo primum reſpirandi organum exiſtit,vt verò à thorace mouetur, ſecundum:ob id igitur,vbi ſanguis melancholicus, & bilioſus in vitioſos vapores ſoluuntur,alter ad melancholiam,alter ad nephritim perducit,propterea etiam inæſtuoſis febribus facilè delirant, nàm tametſi bonus tùm ſit ſanguis, ob multitudinem tamen caloris fumoſos vapores emittit.

*Gal.lib.*16.*de vſu part c.*4.Cum igitur larinx ſit primum,ac principaliſſimum vocis inſtrumẽtum, ex tribus quidem chartilaginibus conflatum, habens autem in ſe ipſo medio epiglotidem, ac muſculos circiter viginti ei ferè rei ſeruientes. &c.

*Et lib.6.de vſu part.cap.*11. Quocircà quæ animalia pulmonem non habent, eadem neque in corde duos habent ventriculos, ſed illis ſolus is ineſt,qui motus arterijs omnibus dux eſt.

*Et eodem lib.6. de vſu part. cap.*10. Demonſtratum enim eſt in libris de pulm. motu, pulmonem ipſum ex ſe ſe motus omnis expertem à thorace moueri continenter,nàm dùm thorax contrahitur,

con-

contrahitur & ipſe pulmo.&c. Porrò pulmonis corpus leue eſt,ac rarum, & velut ex ſpuma quadam ſanguinea conflatum, ob eamq; cauſam puro ſanguine,& vaporoſo, ac tenui indiguit, non autem quomodo iecur limoſo,& craſſo.

Et lib. de vocalium inſtrum. diſſect. cap. 3. Itaque per thoracis dilatationem ſpiritus in pulmonem attrahitur primaria quidem ratione ob caloris circà cor exiſtentis refrigerationem, ac prætereà ob corporis perſpirationem,& ipſius animalis ſpiritus nutritionem: Secundaria verò ob vocem: Nàm illius ſpiritus,qui in pulmone confectus eſt, pars tenuior, ſinceriorque à corde attracta primas illas vtilitates præbet, ſuperflua verò, ac recrementitia recurrendo excernitur.&c.

Hippocrates libello de morbo Sacro. Cum enim ſpiritum ore, & naribus homo recipiat, primùm quidem cerebrum petit, deindè magna ex parte in Vẽtriculam,pars quidem ad pulmones,pars etiam ad venas, indè per venas ad reliquas partes diſpergitur. Spiritus,qui ad Ventriculum fertur refrigerat,nil aliud confert, quod etiam ad pulmones delatus præſtat:Aer verò,qui ad venas peruenit cerebrum ſubiens ad ventriculos accedit, ſicque intelligentiam, & motionem membris præbet. Quarè, vbi pituita à venis aerem excluſerit, eamque maximè admiſerint,voce defectum, ac minimè intelligentem hominem efficiunt.

Hippoc. lib. de flatibus. Tanta corporibus omnibus ineſt ſpiritus neceſſitas, vt ſiquidem alijs omnibus & cibis, & potionibus quis abſtineat, duos, & tres, vel plures dies poſſit vitam ducere: At ſi quis ſpiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte homini pereundum ſit: Adeo neceſſarius eſt vſus ſpiritus in corpore.

Galenus libro 6. de locis affect. cap. 5. Quippè in confeſſo eſt, ſpirationem à vita, & vi-

tam à ſpiratione ſeparari non poſſe, adeò vt viuentem non ſpirare, & ſpirantem non viuere ſit impoſſibile.

Galenus lib. 7. de adminiſtr. anatomia cap. 1. Pulmo igitur, cor, & thorax principaliora ſpiritus inſtrumenta ſunt, mox arteriarum genus duplex. *Et Gal. lib. 7. de vſu part. c.* 5. In principio. Quocircà in pulmone deſiderari nihil poſſit, quominus aſperarum arteriarum beneficio vocis ſimul, ac reſpirationis ſit inſtrumentum: Quippè quarum cartilagines ipſæ vocis ſunt inſtrumenta, quæ verò eas iungunt vincula, reſp rationis, *Et eodem lib. 7. de vſu part. cap. 6.* Vocis quidem inſtrumentum eſſe diximus aſperæ arteriæ cartilagines: reſpirationis autem vincula membranoſa. Quod verò ex ipſis eſt compoſitum, tracheam, reſpirationis ſimul, ac vocis eſſe particulam.

CAPVT XIX.

De cerebro. Cerebrum eſt principium neruorum, & motus. Animalibus, quæ non habent caput, principium ſui motus eſt in thorace. Frigiditas cerebri non poteſt temperare caliditatem cordis propter diſtantiam. In cerebro reſidet memoria, & cognitio. Quid ſit anima, & ſpiritus. Muſculi ſunt inſtrumenta motus voluntarij. De ſubſtantia nerui.

Galenus lib. 3. de vſu part. corp. hum. cap. 21. Cerebrum namque in nullos vſus muſculis indiguit: Ipſum enim in omnibus animalibus motus voluntarij alijs partibus eſt principium.

Et lib. 8. *de vſu part. cap.* 2. At cancris, & alijs molli

molli crusta intectis caput quidem non inest ; particula tamen, quæ sensuum dux est, ac motus voluntarij, omninò certè illic in thorace est locata, vbi omnia ipsis insunt sensuum instrumenta. Itaque, quod in nobis est cerebrum, id sanè animalibus erit pars ea, ad quam prædictorum quodque refertur. &c. Existimare enim caloris, qui cordi inest gratia, cerebrum extitisse, vt eum scilicèt refrigeret, Caloriſque, ac frigoris modum temperet, omninò est absurdum. Non enim cerebrum tàm longè à corde natura locasset: Sed vel omninò cordi circumdedisset, quemadmodum & pulmonem, aut in thorace saltem omninò locasset &c.

Et lib. 7. de decretis Hippoc. & Platonis cap. 3. Demonstratum est geniti animalis à tribus principiis fieri dispensationem, quorum vnum in capite collocatum id habet munus, per se quidem vt imaginationem, memoriam, intellectionem, cogitationemque causet, per aliud verò vt sentientibus animalis membris sensus, ijsq; quæ per appetitionem mouentur, motus orignem præstet: Alterum in corde situm est, cuius opera per se sunt animæ tenor, & in ijs, quæ ratio iusserit, inuicta constantia: eiusdē in perturbationibus est quasi feruor quidam insiti caloris, cum anima vindictam sumere de eo cupit, qui videtur offendisse, quæ ira appellatur: Per aliud etiam id efficit, vt membris sigillatim omnibus calorem, arterijsque illamicationis, pulsusque agitationem suppeditet: reliqua facultas in iecore sedem obtinet, vniuersam que in animalibus nutritionem procurat, cuius maxima pars, & nobis, & sanguineis omnibus sanguinis est procreatio: ad eandem hanc pertinet iucundarum rerum fruitio, in qua cum vehementius, quàm par est, mouetur, in continentiam, intemperantiamque efficit. &c. Erasistra-

tus ità habet. Speculati sumus naturam cerebri, quod quidem erat bipartitum, sicut in coeteris animalibus, & Ventriculum oblonga forma collocatum, atque hi in contactu partium commuui perforati erant tramite in vnum coeuntes, ex eoque in cerebellum tendebant, in quo quidem alius erat paruus sinus. At verò singulæ partes membranulis dispositæ, munitęque sunt, vt ipsum quoque cerebellum, siuè occipitium per se ipsum. Cerebrum quoque, quod ieiuno intestino persimile, multiplici est sinuositati implexum. Multò magis tamen cerebellum multis, varijsque an fractibus fabricatum cernitur, vt qui id videat, cognoscere facile possit, quem admodum in reliquis animalibus, vt Ceruo, lepore, & si quid aliud est, quod in cursu omnibus alijs præstat, conspicimus, ad id munus vtiles neruos, & musculos optimè fuisse fabricatos: sic in homine, quia omnibus cogitatione antecellit, varietatem hanc in cerebro, ac multiplicitatem extitisse: neruorum item ortus omnes è cerebro erant, & vt semel dicam, omnium, quæ in corpore sunt principium esse, cerebrum apparet. Nàm & sensus narium continuato quodam foramine Cerebro committitur. Similter aurium ad linguam etiam, & oculos de Cerebro ortus feruntur: his verbis Erasistratus fatetur, se id, quod prius ignorauerat, tunc perspicuè inspexisse, omnes scilicet neruos è cerebro exoriri. de quatuor etiam ipsius ventriculis, quos vno ante anno non nouerat, exquisitè scripsit, &c. quin etiam si cerebrum ipsum quomodocumque incidas, non prius sensum, & motum amittet animal, quàm aliquem Ventriculum vulnus penetrauit, &c. ex quibus rebus sensui patentibus suspicari posset aliquis alterum ex duobus, vel si incorporea est anima, spiritum illum, qui in cerebri ventriculis continetur, primum animæ quasi domicilium esse, vel

si est

si est corpus anima, eundem illum spiritum esse animam. Sed quoniam videmus, collisis ventriculis, animal paulò post rursus sentire, & moueri, neutrum horum sentiendum est: rectiùs verò est, si existimemus, in ipso quidem cerebri corpore habitaculum animæ esse, qualiscumque substantia eius fuerit, nondum enim de hoc consideramus, sed primum ipsius instrumentum ad sensus omnes, & item ad motus, qui ex appetitione fiunt, hunc esse spiritum. Vndè fiat, vt inanitus animal minimè vita priuet, sed stupidum sensu, motuque erepto, tantisper reddat, quoadusque rursus collectus restituatur. At si spiritus animæ substantia esset, fieri nullo modo posset, quin simul, atque ipse esset euacuatus, continuò quoque animal interiret. Consentaneum igitur rationi est, spiritum hunc in cerebri ventriculis oriri, atque id circò eò coire, & arteriarum, & venarum non paruam multitudinem, ex quibus videlicèt plexus illi existunt, qui choroides à secundarum similitudine appellantur. Atque ipsum esse, vt dixi, animæ instrumentum, &c. Spiritus igitur, qui in arterijs continetur, vitalis est, & dicitur: qui in cerebro, animalis, non quod substantia animæ sit, sed quod primum est eius habitantis instrumentum, qualiscumque substantia fuerit. Sicut verò vitalis spiritus, & in arterijs, & in corde gignitur, materia generationis ex inspiratione, & humorum exalatione sumpta: ità animalis ex vitali perfectius concocto oritur. Quippè cum oporteret, ipsum exquisitissimam omnium immutationem adipisci, &c. & in fine cap. cùm igitur nerui à cerebro, cerebrumque operientibus membranis oriantur, per interiorem partem, quæ à cerebro exit, sensus, & motus omnibus partibus suppeditatur: reliquæ duæ exteriores à membranis progerminantes, idem officium neruis exhibẽt.

quod ipſæ membranæ cerebro præſtant : vndè quamuis vtraſque neruo detraxeris, nullam noxam contrahet membrum, id quod neruus pertingit. Idem fiet etiam cerebro vtriſque membranis denudato.

Galenus lib. 1. *de motu muſcul. cap.* 1. Inſtrumenta motus voluntarij muſculi ſunt, quorum adeò magna multitudo eſt, vt ne numerari quidem facilè poſſit.

Gal. lib. 7. de placitis cap. 5. At neruum eandem cum cerebro ſubſtantiam habere conſtat, niſi quod quatenus compactiore materia conſtitutus eſt, ne facilè à quolibet pateretur, eatenùs à cerebri natura videtur receſſiſſe, & quatenùs compactus induruit, eatenùs aſſiduo cerebri auxilio indiget. Nàm ſi talis, quale eſt cerebrum, prorſus remanſiſſet, nulla eius ope indiguiſſet. Natura enim ità comparatum eſt, vt ſubſtantiarum proprietates facultatum etiam ſibi conuenientium proprietates ſecum habeant: Vndè fit, vt quantùm vnuſquiſque neruus ex ijs, qui propriè ſenſifici appellantur, à natura cerebri receſſerit, tantùm etiam ſit à virtute, facultateque eius remotus.

CAPVT XX.

De Hepate.

Caro hepatis eſt pracipuum ſanguificationis inſtrumentum, & venarum principium. De nutritione iecoris, & de quatuor eius officijs. De officio vena caua: de officio iecoris in nutriendo corpus, de anat. hepatis, & eius officio ex Auicenna.

Alenus lib. 4. *de vſu part. c.* 12. *de propria hepatis ſubſtantia agens.* Oportet enim, vt diximus

mus in compositis corporis particulis, quibus aliqua actio commissa esset (Quas sanè & instrumenta vocamus) scrutari per anatomen eiusmodi particulam, cui nusquam in corpore alia sit, similis eamque propriè totius instrumenti actionis auctorem putare: alias verò partes esse communes, vt & nunc in hepate, quod supponitur venarum principium esse, & primum sanguificationis instrumentum, quærendum, quæ nam tandèm sit hæc particula, quæ venarum est principium, & generationis sanguinis causa. Nàm neque venis, neque arterijs, neque neruis causam hanc tribuere licet (communia enim sunt hæc totius corporis) sed neque membranæ extrinsecus visceri ipsi circumfusæ, quam à peritonęo paulò antè dicebamus ortam esse.

At qui, nisi hæc sint, reliquum adhuc fuerit, recipientes bilem particulas, & id, quod est velut caro hepatis, considerare: aut enim alterum eorum, aut vtrumque actionis præcipuè totius instrumenti est causa, &c. Restat ergo id, quod est velut caro hepatis, quod sanè propria substantia visceris, esse primum sanguificationis organum, & venarum principium. Quin etiam, si quis eius considerauit naturam, proxima sanguini Manifestò apparebit. Si enim animo cogitaris, portione tenuiore exhausta à calore, ipsum sanguinem crassiorem factum nihil aliud inueniat esse, quàm hepatis carnem, &c. caro namque hepatis, quæ est proprium ipsius corpus, primũ sanguificationis est organum, & venarum principium: quapropter & venis, quæ ad Ventriculum, & vniuersa intestina pertinent, inest facultas quædam sanguinis effetrix, qua succum, qui ex cibis distribuitur, venis in sanguinem mutare, naturale est, priusquã adhepar perueniat: poros verò, qui sunt in vesica bilẽ recipiẽtes perspicuum est, gratia separandæ bilis factos esse.

Gal.

Gal. lib. 8. *de comp. med. sec. locos cap.* 6. de virtute hepatis. cùm igitur hoc viscus habeat non vnam, sed plures facultates actionum, quas vitæ tempore operatur, easque tot numero, quot sunt actionum species: contingit sæpè vnam ipsarum præcipuè loedi, sepè duas, & tres, atque omnes quatuor simul. Actio nàmque ipsius vna quidem attrahere cibum, & alimentum in se se, altera verò obuoluere, & continere, donec permutans ipsum sui ipsius faciat partem: est igitur hæc ipsius facultas principalissima, & ferè prima, concoquere videlicèt, & permutare, & alterare, atque similare sibi ipsi alimentum, quam alterationem vocamus: quæ verò iuxta hanc alterationem remanent recrementa, ea per aliam facultatem, quam excretiuam, & expulsiuam nominamus, expelluntur. Ostensum autem est, quod hæ facultates omnes in omnibus sunt per omne vitæ tempus. Omnes enim familiare sibi attrahunt, & alienum excernunt, attractumque temporis progressu alterant, quo tempore etiam retinent, & constringunt: vocatur alteratio ipsa vsque quo in similitudinem partis, quæ nutritur, transmutatur, concoctio: vbi verò iam parti apponitur, nutritio: cùm igitur hepar præ imbecillitate ex ventre, & intestinis alimentum trahere non poterit, liquida, & nondùm iusto modo ex siccata per sedem excernuntur, & siquidem venter simul cum hoc viscere fuerit imbecillis, ac non probè concoquens, cruda, si verò validus fuerit, concocta quidem, sed liquida, propterea quod nulla, aut omnino modica digestio, ac distributio ad hepar est facta: si verò traxerit quidem hepar in se ipsum ex Ventre, & intestinis alienum, sanguificare autem ipsum præ imbecillitate nequit. Quemadmodum in Ventre multiformis contingit corruptio eorum, quæ cruda remanent, sic etiam circà hepar. &c.

Gale-

Galenus lib. 2. *de nat. humana comm.* 6. Nemo enim animantem re ipsa conformauit quàm natura, in quo venę de ventre, atque intestinis in tora, in quo venę de ventre, atque intestinis in totum corpus alimentum ferant: si quidem omnes in vnum locum, scilicèt iecoris partes portas, concurrunt, ac rursum indè venę, quæ in viscere sunt, alimentum allatum excipientes ad cauam venam adducunt, & à qua sanguis in corpus vniuersum dispensatur, &c. tù igitur sanguinem venæ cauæ similimi assimilares, risu lo autem eum, qui ab ipsa per corporis particulas fertur, neque sic àsimilitudine aberrares.

Gal. lib. 6. *de decretis cap.* 8. *in medio cap.* quemadmodum enim ipsum iecur tùm ex Ventre, tùm ex intestinis per venas alimoniam attraxit, ita, quæ post ipsum const tuta sunt per alias venas in se illam eandem è iecore exigit, tùm deinceps ex his alia: atque hoc tantisper vsque dùm in omnia animalis membra alimentum digeratur: atque ità fit, vt frequenti, continuaque illa successione vnumquodque membrum alteri sequenti materiam præparare, ac percoquere videatur: eodem modo iecur redd tum à ventre succum sibi ipsi similem effic t, &c.

Gal. lib. 16. *de vsu part. cap.* 13. inuenias igitur venas quasdam sine arterijs, sed arteriam nullam sine sua coniuge vena, intelligere autem hic oportet, arteriam coniugem non eam, quæ tangit, nàm quæ tangit, aut quæ per membranas eis est coniuncta, inest enim id quoque plurimis, sed eam quæ propter eundem vsum extiterit: quemadmodum enim arteria, quæ ex sinistro cordis ventriculo producitur, truncus est arteriarum, quæ in toto sunt animante, omnes enim arteriæ ab ea ducunt originem: eodem modo venæ quæ in totum animantis corpus sunt diffusę à vena caua sunt exortæ, velut rami quidam à trunco.

Ani-

Auicennas lib. 3. f. 14. t. 1. cap. 1. de anat. hepatis, hepar est membrum, quod generat sanguinem, quamuis mesaraicæ conuertant quandoque chilum ad sanguinem conuersione aliqua propter illud, quod est in eis de virtute hepatis, & sanguis quidem secundum veritatem est cibus conuersus ad similitudinem hepatis, quod est caro rubea, quæ ipsa sit sanguis verus congelatus, & est vacuum à villis neruorum, in quo nascuntur venæ, quæ sunt radices earum, quæ procedunt ab eo dispartitæ in ipso sicut villi, & sicut sciuisti in anatomia, venatum quietarum, quæ sunt sugentes à stomacho, & intestinis, mediantibus ramis portæ, nominatæ mesaraicæ, ex concauitate, & decoquitur illud illic in sanguinem, & mittit illum corpori mediante vena concaua orta ex gibbositate eius: & mandat aquositatem ad renes ex via gibbositatis, & mittit spumam cholericã ad fel ex via cõcauitatis etiam, &c. & primum, quod oritur in hepate, sunt duæ venę, quarum vna est in latere concauo, & plurimùm iuuamenti eius est in attractione cibi ad hepar, & nominatur porta: altera est in latere gibboso, & iuuamentum eius est applicatio nutrimenti ad membra ex hepate, & nominatur concaua, &c. & tu iam sciuisti, quod generatio sanguinis fit in hepate, & in ipso fit separatio cholerę, & melancholiæ, & aquositatis &c. & in hepate quidem forti sunt quatuor virtutes naturales, cuius plurimum digestiuæ est in carne ipsius, & plurimum aliarum virtutum est cum villis eius: & non est longiquum, quando sint in mesaraicis omnes illæ virtutes, &c.

C A-

CAPVT XXI.

Vena habent vim conficiendi ſanguinem, licet inteſtinis concoquendi vis inſit. De officio venarum meſeraicarum. Quomodo, & per quas partes corpus nutriatur. De ortu vena caua. A corde oritur calor naturalis.

Galenus lib. 4. de vſu part. corp. hum. cap. 17. in principio. Quem admodum igitur venis, cùm eas diſtributionis inſtrumenta feciſſet, facultatem ſanguinis generatricem indidit, nedùm per eas fertur, tempus ipſi alimento fruſtrà periret, ad eundem modum, & inteſtinis diſtributionis in venas gratia inſtitutis facultas quædam concoctrix ciborum ineſt, quod fieri omninò non poterat, (vt in commentarijs de facultatibus naturalibus conſcripſimus, demonſtratum eſt) quin ſingulæ animalis particulæ virtutem quandam haberent alteratricem. Iam verò inteſtinorum ſubſtantia haud multum à Ventriculo eſt diuerſa, quo fit, vt ſi facultatem alteratricem ipſis quoque inditam fuiſſe oportet ipſi ventriculo aſſimilem, in his quoque cibum concoqui neceſſariò conſequatur; nàm vt in hepate eſt veluti officina ſanguificationis, ità in Ventriculo concoctionis: quod autem neque ſuperfluorum prorſum delationis, neque concoctionis gratia, ſed vt id omne, quod in ventriculo in chilum eſt mutatum, aſſumatur in venas, conſtructa fuerunt inteſtina, hinc diſcas licet.

Gal. lib. 1. de facult. natural. c. 4. Ac quod agentis cauſę ſubſtantiam ignoramus: facultatem eam, ſiuè potentiam quandam ſanguinis factricem dicentes, in vētriculo coctricem; in corde pulſificam, ac in ſingulis reliquarum particularum propriam quandam eius, quam edunt, actionis. Itàq;, ſi certa ratione, & via quot, & quæ facultates ſint inuenturi ſumus: incipiendum nobis ab ipſis operibus eſt. ſin-

gula

gula namque opera ab aliqua procedunt actione, hanc verò omninò aliqua præcedit causa.

Et lib.4. de vsu part. cap.2. de venis mesaraicis. Hæ autem veluti Baiuli in ciuitatibus repurgatum in promptuarium frumentum in aliquam communem Ciuitatis deferunt officinam, concoquendum, & vtile ad nutriendum mox futurum, simili modo prius elaboratum in ventriculo alimentum venæ ipsæ deferunt ad aliquem coctionis locum communem totius animalis, quem hepar nominamus. Ingressus autem in locum hunc multis angustis vijs diuisus vnus est, & vena porta vocatur. Venæ Mesaraicæ sunt sicut ancillæ deferentes nutrimentum ad hepar, & venas quidem non deducere solùm nutrimentum ex ventriculo, sed attrahere simul, & hepati præparare modo, quo ipsum simillimo: quippè quum natura sint ipsi adsimiles,&primum germen ex illo ducant. *Ita lib.4. de morbis circa principium*.

Auicennas l.3.f.14.t.1. c.1.de anat.hepatis. Venę Mesaraicæ sūt rami venę portæ,& tu iam sciuisti,quod generatio sāguinis fit in hepate, & in ipso fit separatio coleræ, & melancholiæ,& aquositatis.

Galenus lib.9. meth. med. cap.10. de Platonis sententia. Gubernant animal, *vt in libro de Hippoc. & Platon.* placitis est demonstratum, tres diuersi interse generis facultates toti corpori ex suo quodam, veluti fonte quæque distributæ:eas Plato animas vocat, propriam cuiusque substantiam innuens: est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria,ac cum stirpibus commun s,quæ iecur veluti pro fonte habet: canales verò ad hoc in totum corpus sparsos, ipsas venas;hanc seu appetitricem, seù naturalem, seù altricem voces, nihil interest: veluti nec si animam, aut facultatem: altera est, quæ non modò, vt stirpibus, aut vita præditis, sed etiam, vt animalibus anima est

inſita, hæc ſedem habet in corde, ipſo quoque inſiti caloris quodam ceù fonte: abhoc fonte canales arteriæ ſunt, vocanturque hæc multis ſanè nominibus: nàm & facultas, ſiuè virtus vitalis, & facultas ſiuè virtus animoſa, & anima vitalis, & anima animoſa dicitur. Tertia anima ratiocinatrix in cerebro domicilium habet, ea voluntarijs actionibus vnà cum ſenſibus præſidet: vtitur, & hæc particulis quibuſdam, ſeu canalibus, nempè ipſis neruis, ſenſum, motumque per hos in totum animal tranſmittens. Ergo has facultates ſeruare nihil planè eſt aliud, quàm vitam ſeruare.

Gal. lib. 2. de rat. vict. in morb. acut. ſuper tex. 10. Vena caua ex gibba, hepatis ſurſum ad dexteram cordis aurem ſanguinem ferens, partibus quidem interincentibus exiguum ipſius diſtribuit, ſed cordi ipſi plurimùm elargitur: deindè ab eo, tàmquam ab initio progreſſa, ad collum recto feſtinat tramite, atque in duas rectas ſcinditur in Thoracis parte venas, eaſque inſignes, quas iugulares vocant. Propagantur autem ab ipſa prius, quàm ad cor ipſum pertingat, inſignes quidem venæ ad ſeptum tranſuerſum: paruæ autem ad inferiorem Thoracis partem, quæ octo coſtis conſtat, contendentes: pars autem hæc ab vna, quæ coniugio caret, nutritur vena, quæ in quibuſdam animalibus ſuprà cor adnaſcitur, in quibuſdam verò, vt hominibus ex ea emergens, humiliùs, depreſſiùſque per cor defertur, atq; in ſpinam cõtorquetur. Vena igitur, quæ ad inferiorem Thoracis partem defertur, vtrinque coſtis octo ad ſeptum vſque diſtribuitur.

Galenus lib. de fœtuum formatione cap. 3. At propterea duæ iecoris portæ in fœtibus contingere, ex magna enim vena, quam per vmbilicum ferri videmus, omnes totius corporis venæ, partes item omnes ipſarum, & progerminationes exiſtunt, altiore porta affecta, vt omnes, quæ in iecore

re sunt, venæ gignerentur, absoluto autem iecore, ex venis, quæ in gibbis partibus sunt, quasi radicibus quibusdam stirpis, colligitur. Hæc autem est maxima venarum, quæ in corpore sunt, quam ideò ob præstantiam, qua omnes antecellit, cavam, magnitudinem eius significantes, nuncuparunt. Hippocrates iecorariam dixit à iecore, vndè eam exoriri videbat. Hæc igitur vena in vtramque partem per animalis longitudinem ità protenditur, vt altera eius pars deorsum mediæ spinæ adhærens feratur: Altera sursùm per medium thoracem ad collum ascendit; hæc tamen ascendendo primos ramos non paruos, eos quidem in septum transuersum diffundit, superiùs indè alios exiles prorsus, & intersepientes thoracem membranas, & cor inuoluentem tunicam emittit: tùm in dextrum cordis ventriculum, & thoracem dispergitur. Eodem tempore existimandum est, ab inferioribus portis venas in omnes circàventrem partes discisas generationis causam ipsis exhibere. Dum verò superior iecorariæ pars cor adit, inferior deorsum tendens discisa ramulos, & ad renes, qui primi iecori proximi occurrunt, & ad loca spinæ iuxtà lumbum mittit. Quemadmodum, & partem spinæ, quæ suprà septum est, & thoracem, ab ascendentis iecorariæ ramulis materiam ad sui procreationem accipere verisimile est, quo tempore etiam cor formatur. &c. Cùm verò duo sint cordis ventriculi, in dextrum sanguis ex iecore mediocri caliditate præditus, in sinistrum longè calidior ex arterijs ingreditur. Quos vtrosque ventriculos, dùm iam habuerit cor, & vtrasque has materias, vtpotè perfecta iàm ipsorum substantia, pulsat, secumque eadem agitatione arterias etiam mouet. Vndè fœtus non ampliùs, vt planta solummodo, sed vt animal iàm administratur: nullum autem animal, vel exangue planè calidum, vel planè calidum exangue est

Nàm

Nàm in ſanguine,qui in venis eſt,abſq;cordis calore tepida quædam caliditas inſita eſt , vt propterea etiam in iecore. Cor verò quaſi ignis quendam focum animalia ſortita ſunt.Sine corde enim ſanguineorum animalium calor perſimilis caliditatis eſt, quæ in domibus æſtatis tempore ſentitur.Sed quēadmodum domus,incēſo in ipſa igne, calidior redditur , ità animalium corpus ex corde caliditatem maiorem acquirit,quàm ea ſit,quæ in venis , & iecore inſita eſt,& ſanguine etiam,qui in venis,& iecore continetur.In arterijs quidem multum huiuſmodi humorem ineſſe Eraſiſtratus putat. Nos vero exiſtimamus , quemadmodum etiam apparet, ſubtiliorem , & feruentiorem in ipſis ſanguinem contineri : Talis quippè vel vulneratis arterijs effluere cernitur .

CAPVT XXII.

Aquoſa humiditas eſt neceſſaria tanquàm vehiculum ad deferendum nutrimentum per totum corpus.quomodo corpus nutritur.de ſitu Ventriculi.vnica eſt venæ tunica,arteriæ duplex. Lingua eſt guſtandi organum, & de eius ſubſtantia. De tonſilibus,de naribus,de officio aſperæ arteriæ,faucium.De vtilitate ſyſtoles,& diaſtoles.De vſu ſingulorum inteſtinorū,pulmonis,& aſperæ arteriæ.

GAl.lib.4.de vſu p.c.5.Neq; enim ex Ventriculo in venas commodè tranſumi poterat chilus iàm ex cibis factus,neq;facilè pertrāſire venas, quæ ſunt in hepate & multę,& anguſtæ,niſi tenuis quædā, & aquoſa humiditas tamquàm vehiculum ſuiſſet ei admiſta.Hūc itaq;vſum præſtat animalibus aqua , ſiquidē ex ea nutriri nulla particula poteſt,diſtribui verò ex Ventre,quod nutrimentū eſt, nō poterat, niſi deductum ſuiſſet à quopiam ità liquidum : *Et lib.4.de vſu part.cap.7.* Cùm enim

totius

totius corporis particulæ nutrimentum ex venis à caua prognatis trahant, ipsa rursùs caua ex venis, corporis hepatis, hæ rursùm ex his, quæ sursùm ad portas feruntur, illæ rursùs ex Ventriculo, & intestinis: nulla autem iàm supersit amplius particula, à qua Ventriculum capere oporteat, animalibus ipsum extrinsecùs replere fuit necesse, in eoque differunt iam à plantis, &c. positus autem est ventriculus, non statim post os, tametsi id postulabat alimenti certò susceptio sed quem vocamus Thoracem, & quæ in ipso sunt viscera præposuit natura, vt illę quidem in inferioribus partibus effluuia habet superfluorum: hic verò attrahens per os, & rursum emittens aerem, & respirationis fiat conditor, *& lib. 6. de vsu part. cap.* 11. Nàm venæ vnica est tunica, & ea quidem tenuis: arteriæ verò neque simplex, neque tenuis, sed duę ipsi in sunt tunicæ, quarum interna quidem crassa est admodùm, densa, & dura, atque in fibras transuersas diuidua, exterior verò tenuis, rara, ac mollis, qualis etiam est venæ tunica.

Galenus lib. ascripto introductio: seù Medicus cap. 11. Lingua maximè carnosa, in quam duplex neruorum genus ab imma parte cerebri prodiens inseritur: alij molles appellati gustandi sensum ad principium: alij duri motum arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua in est lingua, quæ cùm deglutimus, reccurrens arteriam claudit, ne quid ex firmioribus humidis in ipsam delabatur. Cuius rei quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad radicem linguæ vtrinque conspicuæ: duæ his proximæ penitiores, &c. porrò cùm duabus animal materijs gubernetur, alimento, & spiritu, ad hunc quidem percipiendum, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo partes sunt aptissimæ, nares sanè, & os respirationi seruiunt, gurgulio, ne frigidus in

fauces

fauces aer cumulatim irrumpat, aſpera arteria, vt eundem in pulmones deducat, quorum in pectore ſedes eſt. per os, & omnis fit reſpiratio, ſumittentes quidem ſe, vt ſpiritus emittatur: attollentes verò vt idem recipiatur: porrò ex ſpiritu in pulmone elaborato quicquid maximè neceſſarium eſt, ad ſiniſtrum cordis ventriculum defertur: quidquid inutile eſt, illac, quà inſpirauimus, effluat. Nutrimenti vaſa ad excipiendum, & inſtrumenta ad elaborandum inſtituta hæc ſunt, os, dentes, ſtomachus, ventriculus, ieiunium, & tenuia inteſtina: os quidem & dentes cibum extenuant, molliuntque, ſtomachus appetit, & deglutit, appenſus autẽ aſperæ arteriæ ad ſeptum tranſuerſum vſque porrigitur. Ventriculus omnis eſt ad concoctionem: incipit velut à media chartilagine, vbi ventris os ſitum dicitur. Subſidet leuitèr iecinori latitudine græcorum literam C referens, & altero extremo ad inteſtinorum partem vergit, quoniam portæ modo, ne nutrimentum ex eo confeſtim delabatur, prohibet. Ieiunum, & tenue inteſtinum digeſtioni dicatum eſt, in ſinus multos implicitum. Committitur autem meſenterio, quod venæ in id deſcendentes inter texunt, per quas digeſtio plurima fit ad portas hepatis. Ei verò tenuius inteſtinum eſt ita connexum, vt pars eius eſſe videatur, quippe ieiuno explicato per ſimile eſt; differt tamen, quod vacuum ſit, nec vaſorum copiam habeat, deinde cęcum inteſtinum alimento recipiendo accommodatum. Huic adhęreſcit laxius inteſtinum, quod excrementa ex diſtributione ſegregata ſuſcipit. Pertendens autem in dextram ſuprà vmbilicum inter iecur, & lienem, & deorſum rurſus fertur, totumque amplexum Abdomen in rectum inteſtinum deſinit. Cum igitur duo meatus à lato oris ſpacio incipiant: alterum iuxtà priorem colli partem bronchum vel

aſperam

aſperam arteriam nominamus, alterum ſtomachum; vndè verò initium capit arteria, & vbi aperitur, fauces. Cœterùm totus meatus ex chartilaginibus anuli modo, vel circuli compoſiti conſtat. Quo firmus continuæ animantis reſpirationi maneat, ne comprimatur, quarè etiam oſtium eius ſemper pateſcit. Nàm cibi abſtinentiam tolerare potes diutiſſimè, non inſpirare, ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purum hunc ſpiritui tranſitum natura dedit, ne impedimenti quid ſentiat. Enim verò, ſi quid vel potus in arteriam imprudentibus delabitur, ſtrangulationes, & tuſſes ſtatim excitantur, donec à ſpiritus impetu excuſſum efferatur. Iàm verò aſpera arteria ſpiritum pulmoni tranſmittit, quas ipſas quoque bronchia nominant. Stomachus interiùs, quàm arteria exiſtens ceruicis vertebras annexus longiſſimè cum aſpera arteria porrigitur, ſed bronchus illi adiunctus, cùm cibum deglutimus, recurrens exactè ipſum lingula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porrò hæc lingula non modò os claudit, ſed etiam cibum à lingula veluti ventilabro purgatum, & arteriæ orifitio ſuperimpoſitum ad ſtomachum pontis modo deijcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet. Dùm appetit quidem ſe attollit, & quæ offeruntur, deglutit, dùm verò accepta quaſi elidit, & ad ſubiectas partes expellit, ac ventriculi orificio contiguo per tranſuerſum ſeptum tradit, & ſubmittitur, per quem anguſtum exiſtentem meatum in ventrem alimenta deſcendunt. Ventriculi naturale officium eſt, vt alimentum ſibi commiſſum concoquat, quod à concoctione primum ptiſanæ cremori perſimile eſt. Verum per eum, qui adhuc arctior eſt, alimentum ieiunio inſtillatur, quod, cùm tenue ſit inteſtinum in flexuoſiſſimos orbes natura implicauit, ne ex facili videlicèt diſ-

ſeca-

ſeccaretur, diuellereturque. Meſenterium anfiactus,& orbes eius amplectitur, atque ipſos ſuſtentat: quàmquàm id non ſolùm hũc præſtant vſum, ſed etiam venas duas ſub iecore emergentes,fulcit, quæ poſt in diuerſas partes deducuntur, & meſenteręo inſeruntur,quo & ipſi, ſunt enim tenues, ruptionis periculum effugiunt.

CAPVT XXIII.

De inteſtinis, propter quid ſint plura numero, & de eorum vſu, vtilitate, & officio: Inteſtina habent plures venas. Lac,& ſemen fiunt ex ſanguine exactè cocto.

A*Vicennas lib. 3. f. 16. t. 1. ca. 1.* Sublimis Deus in hominum commodis creauit inteſtina, quæ ſunt inſtrumenta expulſionis ſuperfluitatum ſiccarum plurium numerorum, & inuolutionum, vt ſit cibo deſcendenti ex ſtomacho mora conueniens in illis inuolutionibus:Nàm ſi creaſſet loco inteſtinorum inteſtinum vnum,aut breuis quantitatis,ſepararetur cibus velociter à ventre, & eſſet neceſſarium homini omni hora ſumere cibum ſecundum continuitatem, ſed ſequeretur illud continuatio egerendi ad neceſſaria. Et numerus quidem inteſtinorum eſt ſex: Primum eſt Duodenum: Deinde ieiunium: Tertium eſt longum, quod nominatur ſubtile,& inuolutum,ideſt ileon:Quartum eſt monoculum,ideſt cæcum:Quintum colon: Sextum rectum. Et iſta omnia ligata ſunt cum dorſo cum ligamentis ſtringentibus ea ſecundum neceſſitatem ſituum ipſorum. Et creauit ſuperiora ſubtilis ſubſtantiæ,quoniam neceſſitas,quæ eſt in eis,eſt digeſtionis, & penetrationis virtutis hepatis ad ipſa, plus eſt, quàm neceſſitas in inteſtinis inferiori-

bus, & quoniam illud, quod ipſa continent, ſubtile eſt. &c.

Et inferiora incipientia à Monoculo ſunt groſſa, ſpiſſa, pinguia intrinſecùs, vt ſint reſiſtentia feci, quę nõ induratur, & reſoluitur, niſi propter multitudinem illic. &c. Et ſuper ſuperiora quidem non eſt pinguedo, verùm tamen non vacua fuerunt in creatione ſua à glutinatione ſuperficiei ſuæ intrinſecæ cum humiditate viſcoſa, mucoſa, quæ eſt in eis loco pinguedinis. Et inteſtinum duodenum cõtinuatum eſt fundo ſtomachi. Et habet orificium ſequens ſtomachum. Et hoc omninò eſt oppoſitum meri; nàm ſicut meri non eſt, niſi ad attrahendum ad ſtomachum ſuperius, ſimiliter illud non eſt, niſi ad expellendum inferius à ſtomacho: & eſt ſtrictius, quàm meri, & non fu t neceſſarium in creatione ipſius, vt dilataretur, ſicut dilatatum eſt meri propter duas res, quarum vna eſt, quoniam res, quæ penetrat in meri eſt groſſior, & durior, & maioris quantitatis & illud quod penetrat, in hoc inteſtino eſt leuius, & planius, & ſubtilioris quantitatis propter digeſtionem ſuam in ſtomacho, & commixtionem ſpumæ aquoſæ ſecum. &c. Et creatæ ſunt in inteſtino duæ tunicæ propter conſeruationem, vt non imbibant ipſum corruptio, & putrefactio. &c. Et pars inteſtini ſubtilis, quod ſequitur duodenum nominatur ieiunum: & in hac quidem parte eſt in tium inuolutionis, & repletionis, & quod ſint ei viæ plurimæ, & nominatur hoc inteſtinum ieiunum; quoniam ipſum inuenitur ſecundum plurimum inanitum, & vacuum. Et cauſa in hoc eſt connexio duarum rum, quarum vna eſt, quoniam illud, quod attrahitur ad ipſum de multitudine chili, veloc ter ſeparatur ab eo. Portio namque eius attrahitur ad hepar, quoniam plures venarum meſeraicarum continuatæ ſunt huic inteſtino, quoniam hoc inteſtinum

ſum eſt propinquius hepati, quàm alia inteſtina. Et non eſt in aliquo inteſtinorum de ramis meſaraicæ, quantum eſt in eo, & poſt ipſum in duodeno. &c. Et continuatur con ieiuno inteſtinum longum inuolutum, habens reuolutionem vnam poſt aliam, & iuuamentum in inuolutione ſua eſt, vt ſit cibi in ipſo mora, & cum mora continuatio orificiorum ſugentium poſt continuationem, & hoc inteſtinum ſuperiorum, quæ nominantur gracilia, & digeſtio in eis plus eſt, quàm in inteſtinis inferioribus, quæ nominantur groſſa. Summa enim operationum inteſtinorum inferiorum eſt præparatio fęcis ad exeundum, quamuis etiam non euacuentur à digeſtione: Sicut non euacuantur à venis hepatis venientibus ad ea propter ſuctionem, & attractionem. Et continuatur cum inferiori gracili inteſtinum monoculum, & eſt, ſicut ciſtis, ex quo recipit illud, quod ad ipſum venit deſuper, & ex ipſo iterum educit, & expellit illud, quod expellit, & ſitus eius eſt ad poſteriora parum, & eius declinatio eſt ad dextram: & creatum quidem fuit, vt ſit ei locus fęci, in quo comprehendatur, & non cogatur ſurgere omni hora. &c.

Inteſtino monoculo ab inferiori parte continuatur colon, & eſt inteſtinum groſſum ſpiſſum. &c. Et iuuamẽtum in hoc inteſtino eſt aggregatio fæcis, & expreſſio eius, & gradatio ad expellendum poſt ſubtilem per ſecretionem fęcis ex cibo, ſi fuerit in eo. &c. Et inteſtinum rectum eſt poſtremum inteſtinorum & continuatur cum inferiori parte colon, deindè deſcendit ex eo ſecundum rectitudinem, & continuatur cum ſphincteri ſubſtentatum ſuper deorſum. &c. Et iuuamentum huius inteſtini eſt expulſio fęcis ad exteriora.

Galenus lib. 4. de vſu part. cap. 17. Nunc verò inteſtinorum circumuolutionem, cum innumerabilem quandam venarum multitudinem ex hepa-

te sibi ipsis habeant insertam, omnem in ventriculo coctum succum sursum mittunt. tunc autem paucis orificijs venarum] paucum assiduè cibi in chilũ versi assiduè adaptans, tardam, & diuturnam faceret distributionem &c. quibus certè animalium non insunt eiusmodi inuolucra, sed intestinum à ventriculo simplex vsque ad anum protensum habent, insatiabilia omnia, ac gulosa, plantarumque modo cibo assiduo adhærent.

Lib. 4. de vsu part. corp. hum. cap. 18. de crassis intestinis agens quemadmodum intestinum tenue distributioni destinatum est, eiusque gratia existit, quamuis etiam concoquat alimentum, ac propellat, ità & crassum intestinum non repentinæ excretionis causa comparatum est, quamquam in multis animalibus, quibus hoc intestinum inest, videre licet inferiore ipsius parte nihil latitudine à se se discrepare. & cap. 19. Primum namque toti mesenterio venas effecit intestinis nutriendis ipsi dicatas, haud quaquàm ad hepar traijcientes.

Galenus lib. 16. de vsu part. cap. 10. Lac enim, & semen ex sanguine exactè cocto generantur, coctionis autem perfectionem tempus moræ, ac consuetudinis cum vase fluente ipsis tribuit.

Galenus lib. 3. de nat. fac. cap. vltimo. Est que qualis sanguis carnibus, talis ossibus medulla.

Anatomiam splenis, & eius affectus vide inferius in capite trigesimo quinto.

CA-

CAPVT XXIIII.

Anatomiam partium maximè conferre tùm ad cognoscendum, tùm ad curandum morbum. Pro locorum affectorum differentia variatur etiam curatio.

GAlenus *lib. 2. de administ. anat. cap. 2. & lib. 1. de locis aff. cap. 4. in principio*. quarè in his negligenter versari non oportet, sed mente adhibita dijudicandum est, quæ quæstiones tamquàm logicæ prætermittendæ sint, contrà, quæ ad affectę sedis notitiam conferant, atque idcircò accuratiùs tractari debent. hinc etiam & id, quod futurum est, præsagire, & affectum iam factum curare poterimus. &c.

Partes affecta sunt illa, quæ variant morborum curationem.

Hippocrates lib. 6. Apho. 5. Dolores, qui sunt in Lateribus, & pectoribus, atque alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.

Galenus in comm. Perdiscere oportet non modò locum dolentem, qualis nam sit, sed & magnitudinem doloris, in eo quanta sit. hoc autem confert, & ad loci pacientis dignotionem, & ad præcognitionem eorum, quę circà ægrum futura sunt, & pręterea ad curationis inuentionem. si ergo in latere magnus fuerit dolor, primùm hic esse non potest, quin patiatur membrana, quę subcingens nominatur: secundò autem non est absque periculo: deindè, & maiori indiget curatione: siquidem ad clauiculam dolor pertingat, venæ sectione: si verò ad hyppochondrion, purgatione: quemadmodum ipse in libro de victus rat: in morb. acut. edocuit: sin autem mediocris fuerit dolor, & prætereà non

pungat, vt qui in membrana ſub cingente eſt, neq; ad clauiculam, aut hippochondria pertingat: contigit, ipſum carnoſis coſtarum partibus fieri: atque ideo neque eſſe periculoſum, neque magno auxilio indigere: licet in ſingulis alijs partibus doloris magnitudo eſt conſideranda: veluti ſi renum pars carnoſa patiatur inflammationem: dolor eſt grauis: quemadmodum ipſe inquit in epidemijs, ita illum nominans, qui velut cuiuſdam ponderis loco incumbentis inuehit ſenſum: alijs verò partibus, quæ ſunt in rene patientibus, dolor ſentitur acutus: dico autem alias partes tunicam hanc obtegentem, & ventrem eius interiorem, & eas, quæ ad hanc terminantur arterias, & venas, ac præterea exortus meatuum vrinariorum. Sic præterea ſe habet res etiam in hepate: nam eius pars carnoſa inflammationem patiente, grauis fit dolor: tunica verò circumducta, vel vaſis, acutus, & ipſius doloris acuti quantitas maior, ac minor cauſæ facientis affert indicium, humor ſiquidem bilioſus, & acris dolorem auget, ſicut ſpiritus flatuoſus non habens exitum: ex ſoluit autem pituituoſus. Non ſolum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium, ſed etiam quantitatis. Augetur autem cuiuslibet cauſæ efficientis opus, eius aucta ſubſtantia. Si igitur vniuſcuiuſque doloris volens à nobis magnitudinem conſiderari, hunc aphoriſmum ſcripſit *Hippocrates, ſufficienter ipſius vſum expoſuimus*. Si verò non ſolùm quoad magnitudinem dolorum differentiam dicit fore conſiderandam, ſed generalius adhuc quiddam, ac veluti vniuerſalius oſtendit, conſulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inſpicere: maiorem & adhuc fructum vtilitatis percipiemus. Fietque huiuſmodi ſermo: non ſimpliciter partium dolorem conſiderare oportet: neque arbitrandum, eandem eſſe in omnibus diſpoſitionem: veluti ſit

priùs

Priùs quidem Dion, posteà verò Theon costam doluerit: non eodem modo vtrumque se habere existimandum, sed discere oportet, num quid multum in vicem differant, an quodammodo similes existant. Fit autem hoc ex duobus perspicuum, & ex doloris specie, & ex vehementia: ex specie, si pungenti similis, vel tendenti, vel torporem inducenti &c. ex vehementia, quis sit maior, vel minor.

Galenus lib. 1. de locis affect. in principio. Non solùm Recentiores Medici, sed Veterum quoque non pauci corporis particulas locos nominare consueuere, ac affectus ipsis euenire solitos dignoscere studuerunt: propterea, quod pro locorum differentia curationem quoque variari contingat: velut in curanda vrinæ suppressione, nisi nouerimus, primam vrinæ secretionem in renibus fieri, deindè eam per vreteres ad vesicam peruenire, ac, demùm indè excerni, quemadmodum iam anteà in dispositionibus naturalium actionum ostendimus, nihil huiusmodi inuenire poterimus. Verùm hucusque processisse haud satis esse videtur, quin potiùs perpendere, quæ nàm sit dictorum causa, propter quam vrina supprimatur. Sed verissimum est, quod Erasistratus dicere solebat, Oportet, hominem exercitatum ratione esse, qui voluerit, non solum affectus ipsius qualitatem, sed affectum quoque locum probè dignoscere. Intelligitur autem ex ipsa, quod in primis per artem secandi corpora acuratè cognoscere oportet, qualis sit cuiuslibet partis essentia, deinde verò & actionem, id est societatem, quam cum proximis habet, quæ etiam in positionis vocabulo comprehenditur, intelligere. Quin etiam ipse quoque partium vsus ad affectorum locorum inuentionem magnificè conducit &c.

Et in lib. 3. de locis affect. cap. 7. in principio fere, loquendo de Cura morbi comitialis. Nam

ſatis fuerit ad probè curandum noſce ſedem affectam eſſe cerebrum, atque in eius ventriculis humorem craſſum, vel viſcidum comprehendi, igitur quemadmodum hæc ad curationes, quarum & affectas ſedes, & earum diſpoſitiones inquirimus, ſunt vtilia, ſic craſſorum quoque humorum differentiæ, vtrum videlicet pituitoſi, an melancolici haud mediocriter ad curationem conferre videntur.

Galenus lib. 7. meth. med. cap. 13. tradens indicationes, quæ à lœſæ partis natura ſumuntur. Prima quidem indicatio à loci laborantis temperie ſumitur, quod calefaciendi, refrigerandi, ſiccandi, vel humectandi, vel aliquid horum coniunctè cum alio faciendi menſuram præſcribit: ſecunda ex eo ſumitur, quod actio eius omnibus animalis particulis ſit communis, aut quod communem virtutem ſubminiſtret: tertia ab ipſa partis figura: quarta ab ipſius poſitura: quoniam autem non par eſt actionum dignitas adægros ſernandos, ſedaliæ magis, aliæ minus vtiles ſunt, vtique ad portionem actionum, dignitatis etiam cuiuſque partis proſpiciendum eſt robori. maxima igitur eſt cordis officij dignitas, atque ægrotantibus maximè omnium neceſſaria. Cerebri verò aduitam quidem par eſt momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, cum neceſſe omnibus non ſit neruorum, ac muſculorum opera vti. At verò iecoris opus omnibus particulis perneceſſarium eſt, non tamen adeò ſaltem perpetuam neceſſitatem habet, ſicuti ipſius cordis. Intelligens ergo omnium particularum tùm functiones, tùm vſus, haud difficulter inuenies, quatenus cuiuſque robur cuſtodiri oporteat. Ad eumdem verò modum & quæcumque partes alijs authores facultatum ſunt, harum quoque robur ſeruare decet pro facul-

tatis

tatis earum vſus portione, quo videlicèt animalibus partibus ſubminiſtrent, ſanè de his particulis illud arbitror, didiciſti, cerebrum neruis, ac muſculis; cor arterijs, iecur venis ſuppeditare virtutem.

Galenus lib. 14. *meth med. cap.* 5. *in principio*: Mihi verò iàm tempeſtiuum eſt de affectarum partium differentia mentionem facere, quam ſemper in omnibus tùm morbis, tum ſymptomatis in memoria habendam eſſe cenſui. Diximus autem non pauca de indicatione, quæ ab ijs ſumitur, in libro, qui hunc præcedit. Siquidem omnium, qui præter naturam ſunt, tumorum, in quibus vtique adhuc non ſunt geniti pori, prima curationis indicatio vacuatio eſt.

Et lib. 13. *meth. med. cap.* 20. In ſumma verò, ſi quis eam, quæ à partibus ipſis præſtatur, indicationem adimat, nihil obſtat, quominus medicinam, non ſex menſibus, ſed ſex diebus totam perdiſcat. at verò, nec ſi quæ à partibus ſumitur, indicationem adijcias, iàm totum, quod exigitur adcurationem, habeas, ſi etiam methodos de medicamentis didiceris. Itaque eas aggrediatur oportet, quiſquis conſumatè ſanaturus eſt morbos.

Lib. 13. *meth. med.* 15. An ſibi ad communem phlegmonas curationem pauca ex particulis ipſis accedere differentia videtur? mihi verò maxima videtur. Et indè recitat hiſtoriam Theaginis Philoſophi, quem inflãmatione iecoris laborantem ſolis relaxantibus medicamentis vſus Attalus Methodicus enecauit. Vide hiſtoriam, quia digna eſt.

Galenus lib. 4. *de locis Affectis cap.* 4. Etenim, ſi ex arte, quæ corpora ſecare docet, ad quam particulam deſcendant ſinguli nerui à ſpinali medulla prodeuntes, cognoueris, affectas ſedes quàm facillimè inuenies. nàmque ſæpè numero vidiſtis ex huiuſmodi notitia manifeſtè iuuari laborantes: quippe non ſolum crura, & manus

temere, ac frustra multi Medici tota die, noctuque calefacientibus medicamentis perficiant, negligentes locum, vbi vel spinalis medulla, vel aliquis ex ipsa emergens loeditur.

CAPVT XXV.

In quouis morbo semper parti præcipuè laboranti est prospiciendum: partes affectæ variant morborum curationem: non est satis cognoscere, quod sit euacuandum, sed oportet habere cognitionem partis curandæ.

Galenus lib.3. de locis affectis cap. vltimo narrat historiam Pausaniæ Sophistæ Sirij, qui dum Romam veniret ex casu à vehiculo percussus est circa septimam ceruicis vertebram, vnde duorum sinistræ manus digitorum sensum amisit: *Galenus ait*, se coniecturam fecisse, quod circa septimam ceruicis vertebram facta fuerit dispositio scirrhosa, à qua parte oriuntur nerui, qui sensum digitis præbent, ideò *Galenus* Ceruici remedijs localibus emollientibus applicatis, liberauit Pausaniam à stupore digitorum, summa cum admiratione omnium illorum, qui localia applicabant digitis, & non ceruici.

Lib.3. de locis Affectis cap.6. Vt si vel crus, vel altera manus fortè fortuna cõuellatur, totius membri conuulsio, neruorum, qui ad ipsum perueniunt, originem affectam fuisse declarat, rami cuiuspiam exemplo in arbore: quod si vniuersum corpus afficiatur, communem originem omnium infrà faciem neruorum, quæ arbori caducæ proportione respondet, affectam esse, putandum est, quæ sunt primæ spinalis medullæ partes. Proinde exercitatissimi quique Medici huic remedia

adaptant,

adaptant, cordis verò in hac affectione nullam omninò mentionem fecerunt. Si verò simul cum vniuerso corpore facies conuulsa videatur, non solum exortum spinalis Medullæ, verùm etiam cerebrum ipsum curamus.

Ita Lib. 1. *de loc. aff cap.*6. *affert historias.* Partes affectæ variant morborum curationem. Quod ab affectibus verò conferentium indicatio non proueniat, per hæc demonstrare licet. Eodem affectu v. g. phlegmone differentes corporis sedes occupante, vt oculos, aut iecur, aut gulam, non eadem curatione, sed diuersa vtendum: oculo namque inflammato opium conuenit, gulæ autem, veteri ventriculi, & iecori, & aliud quidpiam: at oleum oculo nocet, in alijs verò inflammatis partibus dolorem mitigat. Ex his manifestè concluditur, ab affectibus conferentia non indicari: idem enim in omnibus eidem affectui remedium admoueretur, si quidem affectus conferentium esset indicatiuus.

*Galenus lib.*13. *meth. med. cap.*11. Non esse solùm illud satis, quod euacuandum sit, inuenisse: non enim ratio solùm, verùm vsus ipse indicat, aliam alij parti vacuationem congruere: siquidem ex ijs, quibus oculi tentari phlegmone Cœperint, nonnullos sola purgatione per aluum vno die sanatos vidisti. Quam rem, si quis facere in iecore, cum phlegmone laborare incipit, tentet, magnam incitabit phlegmonem. Et ità alia affert exempla.

CAPVT XXVI.

De consensu partium inter se.

INter stomachum, & cerebrum est consensus, vt *Gal. lib.*5. *de locis aff. cap.*6. *in principio*, & in

lib. de vene sect. adu. Erasist. cap. 9. in illo casu famoso iuuenis Grãmatici, qui ob lœsionem oris ventriculi in morbum comitialem incidit.

Inter septum transuersum, musculos intercostales, & neruos consensus obseruatur à *Galeno lib.* 4. *de locis affectis cap.* 4. in casu Athletæ, qui ob septi tranuersi imbecillitatem sine intermissione mouebat musculos intercostales.

Inter ceruicem, & digitos manus consensus est ex *Gal. lib.* 3. *de locis affectis cap. vltimo* in casu Pausaniæ, qui dùm Romam veniret, ex casu à vehiculo percussus est circà septimat ceruicis vertebram, sic, vt duorum sinistræ manus digitorum sensum amiserit: Galenus ait, se coniecturam fecisse, quod circà septimam ceruicis vertebram facta fuerit dispositio scirrhosa, à qua parte oriuntur nerui, qui sensum digitis præstant, ideò *Galenus*, ceruici remedijs emollientibus admotis, liberauit Pausaniam à stupore digitorum.

Inter instrumenta vocis, & ceruicem consensus inueritur à *Galeno lib.* 1. *de locis aff. cap.* 1. vbi refert, cuidam vocem fuisse ferè amissam ob ceruicis lœsionem ab externo aere frigido factam; ità inquit. Equidem vocem fuisse vitiatam memini vt penè perderetur, infrigidatis vehementer neruis reccurrentibus, cùm per hyemem in opere quodam chirurgo ceruix fuisset incisa, quod, cum intelligerem, calorificis remedijs naturalem temperaturam neruis restituens, vocem reuocaui.

Inter splenem, & Ventriculum est consensus ex *Gal. lib.* 6. *de locis affectis cap.* 1. vbi ait: quociescunque lien melancolicum succum pro naturæ instituto non purgat, illum transmittit ad Ventriculum, & tristitias melancholicas efficere.

Inter ventriculum, & hepar est consensus, dum

bilis

bilis plus iustò confluit ad ventriculum, vel per meatum fellis, vel peraliam viam, affectus proprius est in iecore, illoque ablato, statim, cessare solent affectiones: quomodo verò cognoscatur, habetur ex *Galeno lib.* 1. *de locis aff. cap.* 5.

Cerebri, seù spinæ obseruatur consensus cum toto corpore ex *Galeno lib.* 4. *de locis affectis cap.* 4. versus principium, vbi inquit. Porrò solet imbecillitas accidere, interdum cerebri vitio, vt potè à quo, & sentiendi, & mouendi facultatem recipit; interdùm ipsa dumtaxat spinalli medullà primario affectu laborante, idque ob peculiarem intemperiem, vel toti ipsi, vel diuersis ipsius partibus aduenientem.

Inter lienem, & renes reperitur consensus ex *Hippocrate lib.* 2. *epid, sect.* 2. *textu* 27. vbi refert casum Bionis, qui cùm liene elatum, durumque haberet, per vrinam expurgatus est, & à melancholia est liberatus: ait, quia Bion multum minxit à tumore splenis liberatus est.

Inter renes, & intestinum Colon est consensus ex *Galeno lib.* 6. *Epid. Comm.* 1. *suprà tex.* 6. Renes colo, & colon renibus committitur per peritonæum.

CAPVT XXVII.

De effectibus tristitiæ: dicuntur nonnullæ historiæ aliquorum, qui propter timorem mortui sunt.

Auicennas tract. primo de viribus cordis cap. 6. Tristitiam debilitare virtutem, & facere ad multiplicationem melancholiæ, & ad augmentum tristitiæ.

Lib. 3. *fen.* 13. *t.* 3. *cap.* 3. & ex causis corruptionis digestionis, & destructionis eius est mœstitia, sicut

ex

ex cauſis bonitatis digeſtionis eſt gaudium, *& lib. Primo f.3. d.2. cap.7.* Accidentia præterea animæ horribilia, & motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent.

Galenus in libro artis Med: cap. 85. *vltimis verbis*, Liquet autem ab ipſis caueri oportere omnes animi immodicos affectus, videlicèt iræ, triſtitiæ, excandeſcentiæ, timoris, inuidiæ, hæc enim alterant, atque à naturali ſtatu corpus auertunt.

Galenus lib. 1. *detuenda ſanitate cap* 8. qui agit de Infantium exercitatione, ac de cura, quæ circa eorum mores, ac animi motus adhibenda eſt. Medico verò, ne corpus facilius in morbos dilabatur, incumbit, quando iracundia, fletus, iræ, triſtitia, cura immodica, & multæ ſuper his vigiliæ febres accendunt, ac grauiſſimis valetudinibus initia præbent, veluti è diuerſo cogitationis, mentiſque ſegnities, ac animus omnia deſes decoloratos, ac ſœpè ex atrophia graciles ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt. Hunc calorem præter cœtera intra ſanitatis fines cuſtodire oportet: cuſtoditur autem modicis tùm animi, tùm corporis exercitijs.

Plato in libello in Charmide inquit. Animi paſſiones tantum poſſe in alterandis corporibus, vt nullus ferè fiat morbus, qui ab animi paſſionibus non proueniat.

Galenus lib. 2. *de ſympt. cauſis cap.* 2. Deijcit virtutem timor, non ſecus etiam quis ſerpentum conſpectum fugiens tremens redditur: quid, qui formidabilem magiſtratum adit, nonne toto corpore tremit? quem ſi loqui iuſſeris, ne vocem quidem non tremulam edit? tamquam igitur animi affectus, vbi debilitatem motrici facultati intulit, tremulos facit, ſic & corporis morbi, cùm vires labefactant, tremoris ſymptomata inducunt. Quippe talia omnia frigidam intemperiem creant, non

rarò

raro quidem in toto corpore, & ipso neruorum principio. *& lib.2. de cauſis ſympt. cap.5.* itaque etiam ex ſubito timore non nulli iam interierunt, cum ſcilicet animulus eorum naturaliter imbecillus vehementi paſſione detentus, ſemul, & confeſtim extinctus eſt, & ſuffocatus. Quippè extingui eum accidit propter affectus ipſius naturam, vt cuius generatio inrefrigerãdo conſiſtat; ſuffocari autem, & quod totus ſanguis vnàm comeet atque ad principium deferatur. At ab irã nemo interijt, vt potè nec calore perfrigerato, nec eius robore ſoluto: ex gaudio tamen ingenti non nulli puſillanimes perierunt, æquè atque ex timore, non enim vnà cum robore, & feruore mouetur extrorſum animalis facultas, ſed contra, ſi quid prius habuerit roboris, id nunc remittit, atque reſoluit: Ergo cùm plurimùm relaxata, reſolutaque extrorſum fertur, digeritur: dolor autem, cùm animum contra cogat moueri, ſimilia maximo timori affert ſymptomata. Quippè ſub eo & calor abit, & perfrigerantur, & rigent, tremuntque, ac pulſu ſunt paruo, atque eodem priuantur, demum moriuntur: ſimiliter ijs, qui perterrentur, refugit enim in his quoque ad principium innatus calor, reſoluiturque pariter, & extinguitur: Cùm autem mortem afferant huiuſmodi perturbationes, paſſioneſque, nihil profecto miri eſt, ſi animi exiſtant deliquia. Quominus etiam mirum eſt, ſi reliqua, quæ animi deliquia ſequantur ſymptomata, inuehunt, cùm coetera, tùm excrementorum præter voluntatem exitum.

Galenus lib.12. meth. med. cap.5. Spiritus ſubſtantia vna cum ſolidis corporibus ſic nobis cuſtodienda in morbis eſt, vt tùm qualitate, tùm quantitate, quo ad fieri licet, naturaliter ſe habeat. Alteratio verò in ſpiritu, tùm ex vitioſis prouenit ſuccis, tùm ex ambientis aeris malitia, qui alias, alia

de cauſa

de causa in hanc est mutatus: præterea venenatis facultatibus, aut animalium, quæ virus eiectant venenis: sunt porrò affectus animi, timor subitus, & vehemens, præterea, quæ contraria huic timori est, voluptas maxima, idest excessus gaudij: scimus enim amborum occasione perijsse quosdam: iam reliqui magni timores omnes, & cum his maximæ voluptates, & si non iugulant, at certè facilè resolubilem, infirmumque spiritum reddunt: tristitia verò, & anxietates, & ira & cura eo genere sunt noxæ, quo frequentes vigiliæ, quoniam vires resoluunt, ac in ijs quidem omnibus ipsa per se ipsam mouetur anima; in corporibus autem actionibus ipsa corpus mouet. resoluitur autem eius robur vtroque motuum suorum genere, si modum excedant.

Galenus lib. primo de præsag. ex puls. cap. 8. Dissoluunt verò facultatem inedia, vigiliæ sollicitudines, mærores, vacuationes immodicæ per alvum, vel persudorem.

Hippoc. lib. 6. *Epid. sec.* 6. in principio. Labor, cibus, potus, Venus, omnia mediocria.

CAPVT XXVIII.

De damno, quod infert ieiunium, idest fames: ieiunium est inimicum naturis biliosis, inedia caput replet: narratur historia iuuenis ex inedia, & exercitijs in hecticam lapsi: cum fame non oportet laborare: non solum sanis est infensa inedia, sed & ægris.

HIppocrates *l.* 4. *de rat. victus morb. acut. tex.* 24. Præterea, qui bis die cibum sumere consueuerunt, ij, nisi pransi fuerint, imbecilli, & infi-

infimi fiunt, timidique ad quoduis opus, & cardiaci, nempè his viscera pendere videntur, cadlidum mingunt, & viride, idest pallidum, stercuisque exuritur, sunt, quibus os amarescit, oculi cauantur, & tempora saliunt, partesque frigescunt extremæ: ità idem Hippoc. lib. de prisca med. pereadem verba.

Galenus in comm. lib. 4. de rat. vict. acut. super tex. 24. Nempè corpus magis tùm siccescit, tum igneſcit ijs, qui consuetum reliquũt prandium; alijs verò amaricare, ait, vt pote ijs, qui biliosiorem habent: his verò caui fiunt oculi ab eandem, qua excrementum aducitur, caulam siccescentes. quod autem in amaræ bilis naturis ventriculus calor in id, quod igneum est, digrediatur, propterea & tempora palpitant, partes prætereà corporis extremæ frrgidiores fiunt, quod venter biliosis repleatur humoribus, quorum morsu, atque contristatione affectus virtutem dissoluit, corporisque extrema refrigerat.

Hipp. l. 4. acut. tex. 29. Taliem verò molestiam ferunt, qui parte superiori pichrocoli existunt.

Galenus super comm. Iam & ego paulò ante dixi pichrocolos, id est amaræ bilis naturis homines subitariam eam, quæ à victu ad abstinentiam fit, digressionem pituitosis difficilius, molestiusque ferre: bilescit siquidem ocyùs his totus, tùm corporis, tùm ventris habitus, qui igitur præter consuetudinem non prandent, si & toto corporis habitu, & superiori ventre pichrocoli fuerint, his necessario contingunt quæ paulo ante dixit omnia.

Galenus lib. de vena sect. adu. Erasistrateos cap. 9. At si quis Medicus in artis operibus diligenter versabitur, ipsa experientia edoctus quantopere stomachi inanitio ad auertendum paroxismum epilepticum faciat, sine

ne-

negotio cognoſcet. Diſpiciet etiam illos, qui ob ſolam ſtomachi læſam actionem epilepſijs corripiuntur, ex inedia vehementer lœdi: velut & Dioſoro Grammatico vſu venit: is enim, ſi quando in quodam ludo literario exiſtens, famem diutiùs ſuſtineret, illicò epilepſia correptus conuellebatur; huic itaque præſentaneo remedio ſuccurrebamus, iubentes, vt circà tertiam, aut quartam diei horam panem ex vino temperato aſſumeret: hoc quoque præſidio vſus annis permultis ſanus degebat: quippè qui huius ſolius rei curam gerebat, vt cibos in cana aſſumptos quàm optimè concoqueret: aliquando autem, cùm propter ciuilia quædam negotia in foro ad meridiem vſque ſine cibo perdurare cogeretur, humi proſtratus denuò conuulſus eſt. Iſte igitur, veluti indicaui, propter ſtomachi vitium epilepſia vexabatur. Manifeſtum etiam eſt, quod ſtomachus lœſus, ſi modò ad hoc idoneus fuerit, alias partes non paucas vnà ſecùm exacerbet, ac ad conſenſum trahat. Cœterùm inedia inter ea, quæ caput replent, adeò eminet, vt ex illa tenſio vehemens circà brachia, manuſque oriatur. neque tamen ea quoque ad euacuandum ſatis virium obtinet: quin potius, ſi qui ſtomachum affici aptum habuerint, ijs inſignem læſionem infert.

Auicennas lib. 3. fen. 1. t. 2. cap. 9. de regimine vniuerſali in ſoda. Verùm tamen nimia parcitas comeſtionis in ſoda calida nocumenta facit, augmentum in ipſa faciens. *Et idem Auic. lib. 1. f. 3. D. 2. cap. 7. de regimine eius, quod comeditur & bibitur.* Famem quoque tolerare ſtomachum quandoque malis replet humoribus.

Hippocrates lib. 6. epid. 3. tex. 28. Bilioſi paucitate cibi ſitim ad augent, & laſſitudinem.

Galenus lib. 10. *meth. med cap.* 4. Operibus quidem, dùm homines ijs monſtramus, qui ſi biduò pa-

patiantur inediam, necesse est, febricitent, ità scilicet, vt nonnulli, vbi concitati ad iram sunt, vel mœrore, vel vigilijs affecti. *Et eodem lib* 10. *meth med. cap.* 5. Calidis, ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac febrium parat ssima causa: voco naturas calidas, & siccas non solum, quæ à primo ortu tales ex proprio temperamento sunt, sed & quæ posteriùs ex calido, siccoque victu, & plurima dimotione, & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida, siccaque, & ex tempore æstiuo, & ex cœli statu calido, siccoque, sint acquisita. Calida, & sicca temperamenta, siuè ex prima origine, siue ex victu, & immodico calore, & animi perturbationibus, & regione, & cœli statu inedia vehementer lœdit. Igitur media siccis, calidisque corporibus, valentibus quidem noxia est: ijs verò, qui in calida, & sicca ætate febre laborant, quæ scilicet ex vstione, aut labore immodico, aut vigilijs, aut comprehensis iam animi motibus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed si quid quam aliud planè pernicioſa: quippè vel febres ardentes ex ea inducunt, à quibus, nisi prius mors occupat, in hecticas migrant, atque ab his in marasmum, vel protinus ab initio, ardentibus præteritis, in hecticas.

Et lib. 10. *meth. med. cap.* 3. Narrat historiam Iuuenis, qui ex inedia, & exercitijs in hecticam transijt; cui, vocati medici ei in paroxismis primis nihil fecerunt: vocatus Galenus faciem iuuenis contemplatus vidit nasum acutum, concauos oculos, ac reliqua, quæ dixit Hippocrates in prognostico: itaque ait, cùm omninò mihi persuaderem, fore, vt tùm in hecticam febrem, tam quam marasmodem, homo, nisi cibaretur, incideret, sorbitionem ex alica, quàm primùm paro, atque exhibeo. &c. & ità iuuenis, qui prius Adstantes non cognoscebat, statìm cognoscere cœpit &, euasit.

Hip-

Hippocrates lib. 1. *apho.* 5. in tenui victu Ægri delinquunt, quo fit, vt magis lædantur, quicumque enim error committitur, maior in hoc fit, quàm in paulò pleniori victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valdè tenuis,& constitutus,& exquisitus victus, quoniam errores grauiùs ferunt, ob hoc igitur tenuis victus, atque admodum exquisitus eo, qui sit paulò plenior magis periculosus.

Hippoc. lib. 2. *apho.* 16. Vbi fames, ab omni labore abstinendum, & agitatione.

Gal. in comm. Fames enim exsiccat corpora: vbi fames, non oportet laborare, ac si ità dicat, qui cibum capturi non sunt, ijs eo die labor aliquis iniungendus non est: per laborem intelligit exercitium: est enim ipsi sermo communis ad ægros, & sanos: sanis enim non unt præcipienda exercitia simul cum inedia: nec ægris aliquis vehementior motus adhibendus vnà cum cibi abstinentia, non sanguinis missio, non alui purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa, non denique vehemens vlla corporis commotio, aut alteratio: in talibus siquidem motibus omnibus, vbi cibus defuturus sit, vires disoluuntur, siuè ægrotent, siuè sani sint homines.

Galenus in lib. 6. *apho. comm.* 50. Apparet & in sanis, cùm diù à cibo abstinuerint, in illis præsertim qui natura sunt biliosiores, tales in ventriculum humores admitti, quod & ipsius motus,& vomitus manifestant: non solum autem cerebro vulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circumstante, quæ cùm in multis partibus sit cerebro agnata, citissimè ei communicat proprias passiones.

Auicennas li. 4. *f.* 1. *t.* 2. *c.* 8. de vniuersali cibatione febricitantium, & de corporibus, sunt corpora co-

colerica, quæ requirunt regimen diuersum ab alijs, & propriè quando sunt assueta comestioni plurimę, ipsi enim cùm non cibantur, saltem in ipso principio febris, immò in hora, quæ est prauior ea, & est hora status, non vacuæ sunt dispositiones à duabus rebus, quia cum sint debilis virtutis, superuenit ei syncope, & moriuntur in paroxismo: & si sint fortis virtutis, cadunt in extenuationem, & apparent super eos signa ariditatis, & fortasse superuenit eis syncopes antè illud propter illud, quod effunditur ad stomachum eorum de colera mordicatiua.

CAPVT XXIX.

De regula in edendo, & bibendo, de cibis sumendis, & non sumendis: ex Auuicenna lib. 1. f. 3. D. 2. cap. 7. de regimine eius, quod comeditur, & bibitur.

NEque enim ipse, neque omnes, qui sanitatem custodire volunt, aliquid comedant, nisi desiderium fuerit certum, & stomachus, & superiora intestina à primo nutriente vacuata fuerint. Quod enim in corpore est deterius, est, nutriens, quod non est digestum, mittere.

Ex cibo enim nullus est ità replendus, vt non sit ei locus super fluus, sed ab eo est remouendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanentibus: hæ enim famis reliquiæ post horam vnam destruuntur.

Et cibi quidem mensuratio existit secundum vsum, & virtutem, & vt mensura eius in eo, qui sanæ est virtutis, sit talis, cùm cibum recipit, qui ei grauamen non afferat, neque inflet & rugitum non faciat, neque natet.

Am-

Amplius, qui quantum ei ſufficit, digerere non valet, comedendi numerum multiplicet, & quantitatem minuat.

Nutrientia prætereà ordinem in ſui receptione habent, in quo ſanitatis conſeruator ſollicitus eſſe debet, ne illud, quod ſubtile eſt, & citò digeritur, poſt forte nutriens, quod ſit eo durius in cibo ſumat, quòd priùs digeritur, quàm ipſum, & ſuper illum natabit, non habens viam, qua penetret: putrefiet ergo, & corrumpet illud, quod admiſcebitur. Iſte etiam non primò comedere debet cibum lubilem, ita vt poſt ipſum cibum fortem, & durum in cibo ſumat, quoniam cum ipſo labetur, cùm ad inteſtina penetrabit, eo non dum tàm integrè digeſto, quantum debebat.

Piſces etiam, & qui eis aſſimilantur poſt laborioſum exercitium comedendi non ſunt, corrumpentur enim, & corrumpent humores.

Ex hominibus quoque eſt, cui aliquid nutrientium bonorum, & laudabilium nocet, ipſum ergo relinquere eſt ei conueniens.

Et nihil quidem deteriùs eſt, quàm diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & poſt in comedendo tempus prolungare, cùm enim poſtremum nutriens aduenit, primum iàm incępit digeri: nutrientis ergo partes in digerendo non ſimilantur.

Oportet prætereà, te ſcire, quod nutriens melius eſt, quod melius ſapit, propterea quod ſtomachus, & virtus retentiua vehementer ipſi applicatur, cùm bonæ fuerint ſubſtantiæ, & fuerint omnia principalia membra ſecundum operationem cibi ad inuicem conuenientia, & ſana: & iſta quidem eſt conditio, quod ſi complexiones ſanæ non fuerint, & membra in ſuis complexionibus diuerſificentur, fueritque hepar à ſtomacho diuerſum ſecundum diuerſitatem quæ ſit ſupernaturalis, non erit illud conſiderandum.

Hip-

*Hippoc.lib.2. apho.*38. Parùm deterior cibus, & potus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.

Galenus in comm. Non ob id ſolum hoc eſt faciendum, vt ęgro gratificemur, ſed etiam, quia vtilius ipſi exiſtit: nàm quæcunque cum voluptate aſſumuntur, iſta ventriculus amplexatur, & faciliùs concoquit: ſicut illa, quæ diſplicent, refugit, vt ad quæ, vel nauſeæ, vel flatus, vel fluctuationes ſubſequantur: quando igitur cum voluptate aſſumitur cibus, qui paulò deterior eſt, non modò manet deterior, ſed quandoque redditur melior. Sequitur *Auic. vt ſuprà lib. de reg.* Eius quod &c.

Ampliùs non illicò poſt comeſtionem eſt dormiendum, cibo natante, & à forti motu, quantùm plus poſſibile eſt, abſtinendum, ne cibus antequam digeratur, penetret, aut ſine digeſtione labatur, aut propter inundationem corrumpatur, neque poſt ipſum multa bibenda eſt aqua, quæ inter ipſum, & corpus ſtomaci ſeparationem faciat, ſed expectandum eſt, & non eſt bibendum, donec à ſtomacho deſcendat.

Sitim quoque tolerare, & cum ea dormire infrigidatis, & humectatis confert. Et febrem ex colera rubea habentibus nocet, & ſimiliter tolerare famem. Colera prætereà abundantibus ex tolerantia famis accidit, vt colera rubea ad ipſorum ſtomachos deſcendat, cùmque aliquid comederint, ipſorum corrumpuntur cibi, & in ſomno, & in vigilijs accidit eis illud, quod nominauimus ex eis, quæ accidunt, cuius corrumpitur cibus: eis quoque accidit, vt comedendi voluntatem amittant. Qui ſtomachum habent vacuum, cùm rem comedit ſubtilem, ſtomachus poſt ipſum ſtringitur, & ſi poſteà rem comedere voluerit groſſam, refugiet ab ea ſtomachus, neque eam digeret: quare corrumpetur, niſi interea tempus poſitum fuerit: & in

huiuſmodi diſpoſitione melius eſt, vt groſſus cibus paulatìm præmittatur, quoniam ſtomachus tunc à ſubtili non tenebitur. & potu quidem impleri melius eſt, quàm impleri cibo.

Hippoc. lib. 1. *Apho.* 11. Facilius eſt impleri potu, quàm cibo iterùm Auuicennas. exercitati præterea, & multi laboris magis ſunt tolerantes nutrientia groſſa, quos forſitàn in digerendo iuuat fortis ſomnus, & qui in ipſo fiunt profundi. Scire quoque debes, quod cùm in ſanguine phlegma, exiſtit crudum, aut aquoſitas, prohibet, ne cibi nutrimentum præbeant, acetoſa bibat, & ſicut acetum & granata, & cui acetoſum nocuerit, poſt ipſum mel ſumat, aut vinum antiquum, & quidem facit ante maturationem, & digeſtionem.

Scire quoque debes, quod dulce nutriens rapit natura, antè quàm matureſcat, & digeratur, & corrumpit ſanguinem. Et etiam ſcire debes, quod ius pulli vehementer temperat humores, quàm ius gallinarum, ſed tamen ius gallinarum eſt magis nutriens. Hędus præterea, cùm fuerit frigidus, erit melior, propterea, quod eius quieſcit vapor, & agnus cùm eſt calidus, eſt melior, propterea quia ipſius malus odor diſſoluitur.

CAPVT XXX.

De Vino. de eius bonitate, & vitio, quo tempore ſit exhibendum, quibus morbis: bonus odor conuenit ſtomacho, vinum celeriter nutrit corpus.

Auicennas de regimine eius, quod comeditur, & bibitur verſus finem capituli. Vinum quoque eſt bonus penetrator in toto corpore, & incidit phlegma, & reſoluit ipſum, & colerã rubeam in vrina, & alijs extrahit, & coleram nigram labi facit,

&

& facilè exire,& eius flectit nocumentũ proptèr cõtrarietatẽ,& omnes resoluit modos sine multa caliditate extranea *Ita D.Oribasius.l.* 1.*de virtute vini.*

Galenus lib. 4. *de tuenda valet. cap.* 4. Loquendo de quodam iuuene cum vlcere, in quo erant etiam cruditates,cui dabatGalenus sorbitionem aliquam boni succi,sed planè paucam,nec tamen à vino abstinebat:cõcoquit enim,ait,id semicoctos humores quantùm aliud quiduis,tùm in sudorem,vrinamque promouet,ac somnum conciliat:in his autem,qui ità se habent,id agẽdum nobis est, vt quod mali succi iàm planè corruptum est, nec concoqui etiam potest, id sudore, vrinaque expellatur : quod semicoctum adhuc est,concoquatur,atque vtile reddatur:id autem optimè quiete, somnoque conficiet.

Hippoc. lib. de alimento in fine. Qui cerebri appositione indigent, ijs humidum medicamentum ad resumendas vires optimum.

Qui verò adhuc celeriori per odorem.

Odorata esse quàm maximè stomacho amica.

Galenus lib. 2. *de aliment. facult. cap.* 20. Suauibus autem omnibus id inest, vt stomacho sint gratiora, quemadmodum insuauibus, vt ventriculum resupinant, & aduomendum incitent.

Hippocrates lib. 2. *Apho:* ij: Facilius est impleri potu, quàm cibo.

Galenus super hoc comm. citat Hippoc. lib.de alimento,vt suprà dictum est; non tamen omnia humida,vel potus sunt intelligenda, sed tantùm humida,& potus,quæ suaptè natura apta sunt nutrire cotpus : nàm si non ità nutriunt, sicut solidiora,superant nutriendi celeritate, veluti vina crassa:nam aquosa sicut aquæ similem formam habent, ita etiam vim : quarè vrinam cient, & minimùm nutriunt : quæ verò crassa sunt, & colore rubea omnium vinorum maximè nutriunt, inest autem eis,& citissimè implere corpora euacuata.

Galenus lib. 2. *apho. comm.* 18. Celerrimè autem, & maximè vniuersim vinum alit: dissolutis propter euacuationem, vel à forti motu, vel inedia vinum maximè omnium est contrarium celerimè nutriens. &c. etenim aquosa ex eis pauciſſimum præbent corpori alimentum: ſunt quidem hæc colore alba, tenuia verò ſubſtantia. Craſſa autem, & fulua multò quidem magis corpus alunt, ſed tantùm vincuntur à nigris in nutriendo plurimùm, quantùm ſuperant in preſtando corporis vniuerſum, & velox alimentum.

Galenus lib. 3. *de temperam. cap.* 2. Tàmquàm enim ignis idoneum alimentum ignem ipſum auget, ità quicquid corporum natura calidorum proprium, & naturale eſt alimentum, id ea ſemper non ſolùm roborabit, ſed etiam inſitum eorum calorem augebit: atque id quidem omnis nutrimenti eſt effectus. vino autem præter cœtera proprium, ac ſuum eſt mutationis celeritas per corpus vniuerſum, & nutriat, ità vtique vt tædæ elychino, ſtupæ.

Galenus lib. 1. *ad Glauconem cap.* 14. Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus, diſſolutiones, & tunc præſertim, quando ad ventriculum fluunt humores: ſed aduertendum eſt, àn aliquid ſit quod prohibeat huiuſmodi exhibitionem, veluti ſi aliquid vnum ex viſceribus inflammationem patiatur. aut caput vehementiùs doluerit, aut paſſio aliqua, que delirare cogat, affuerit, aut febris incendens in morbo crudo: magna enim, & quaſi inſanabilia ex potu vini in huiuſmodi affectibus nocumenta proueniunt.

Gal. lib. 8. *meth. med cap.* 3. tradens regulam curandæ feb. diariæ. Vinum verò ipſe conſcius ſum omnibus me ciuſmodi naturis concedere, ſed quod tùm aſpectu, tum viribus ſit aquoſum: idenim

ad

ad omnia vtilius, quàm aqua est, vt potè, quod, & concoctionem iuuet, & vrinas, ac sudores prouocet.

Et lib. 11. *moth. med. cap.* 9. in augmento febris putridæ vinum prohibet, humoribus tamèn concoctis, concedit. Cæterum vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciunt. &c. itàque etiam tùm maximè eos cum fiducia, vel balneo lauamus, vel ijs, quæ habitum rarefaciunt, medicamentis vtimur, vel aquam frigidam bibendam damus, cùm notas humorum coctionis cernimus.

Gal. lib. 1. *ad Glauc. cap.* 9. A vino, antèquàm morbus concoquator omninò abstinendum, àt, vbi concoqui cœperit, dandum est ab initio tenue, & aquosum, & paucum. vbi verò iam propè est, vt morbus soluatur, ampliùs est offerendum.

Galenus lib. 6. *Epid. comm.* 5. *suprà tex.* 1. Etenim vinum in tempore exhibitum, & temperantèr epotum rectè valentibus prodest, languores autem, cùm opus est, absumptum discutit.

Et *lib.* 1. *ad Glauc. cap*, 3. qui verò ex lassitudine febricitant, præcipiendum est, vt cibos assumant coctu faciles, ac cruditatem præcipuè deuitent, sed & vinum potare quantùm possunt conuincere, sunt permittendi: mensuræ verò ratio, quemadmodum in alijs omnibus ex viribus, & ætate ægrotantis sumitur, nec non ex naturali temperatura, & præterea ex consuetudine, & anni tempore, & regione, atque alijs huiusmodi. &c. vinum omnibus, sed præcipuè ijs, qui vigiliam passi sunt, intrepidè offerendum est, nisi capitis dolore premantur, aut pulsum venarum, quæ sunt in temporibus, sentiant. Liquet autem, quod etiam in alijs obseruanda sunt, sed et ijs, qui ira, aut merore aliquo, aut cogitatione febricitant, vinum est exhibendum, & qui furore

rore febricitant. quando omninò ab effectu quiescunt: priùs verò non est tutum vti vino.

Galenus lib. 3. de temperam. cap. 2. in principio. Vinum verò vt assimiletur, mutationem desiderat minimam, quo fit, vt tùm nutriat, tum roboret celerrimè. porrò id quoque in concoquendi instrumentis, ventriculo, iecore, venis prorsùs aliquandiù moram traxerit, oportet: in quibus scilicèt præparatum nutrire corpus iam queat, antè verò quàm in his sit demutatum, fieri non potest, vt animalis corpori sit nutrimentum, ne si per totam diem, ac noctem extrinsecus super corpus sit impositum. & in fine capitis. Proinde nec vinum ipsum semper animal calefacit æquè, vt nec oleum flammam accendit, tamen si aptissimum est ignis nutrimentum, immò si imbecillæ, & exiguę flammæ confertim multum oleum infundas, suffocabis eam, prorsusque extingues potiùs, quàm augebis: sic igitur, & vinum, vbi plus bibitur, quàm vt vinci possit, tantum abest, vt animal calefaciat, vt frigidiora vitia gignat. quippè apoplexiæ, & paralysiæ, & caros, & comata, & neruorum resolutio, & comitiales morbi, & conuulsiones, & tetani immodicum vini potum comitantur, quorum vinum quodque frigidum est vitium.

Auic. cap. de regim: eius, quod comeditur, & bibitur. Vinum quoque post cibum, est ex rebus magis impedientibus, quoniã digeritur velociter, & penetrat, & facit penetrare cibùm cùm non dũ sit digestus, & facit hęreditare opilationes, & putrefactionẽ.

Galenus lib. de causis morborum cap. 3. quàm vinum modicè sumptum, vt quod maximè proprium alimentum sit, natiuum calorem adauget sic, vt optimi cibi, quique plurimum animali afferunt nutrimentum, suprà modum assumpti morbos frigidos pariunt.

Hip-

Hippoc. lib. 3. Epid. comm. 3. agroto 16. tex. 87. Adolescens melibœx ex nimio potu, & venere diù calefactus decubuit, horrebat, & erat fastidiosus, insomnis, nec sitiebat: aluus primo die multa stercora reddidit cum multa offusione; sequentibus diebus multa diluta, quæ bilem referebant: vrinæ tenues, paucæ decolores, spiritus magnus, & rarus per interuallum. &c. vigesima quarta die obijt Phreniticus.

Galenus in comm. multa siquidem pocula neruis nocent, & origini eorum cerebro. Venus verò cũ hæc satis lœdit, tùm vires elidit, & debilitat. Itàque Adolescens hic, vitiosa collecta humorum abundãtia, meritò à modicis febribus cœpit: qui cùm indies peiùs habuerit, in phrenitim tandèm exquisitã incidit, nã oriri illã, magnus, & rarus spiritus indicabat.

Hippocrates lib. 5. Apho: 5. Si ebrius quispiam repentè obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit, qua solluuntur crapulæ, vocem recuperet.

Gal in comm. Repletis neruis talis conuulsio superuenit: solet enim facillimè eos replere vinum, vt quod calidam habeat temperaturam: talis siquidem natura promptè omnia subintrat, præsertim, cùm non admodum crassam substantiam habuerit. substantię igitur copia vinum neruis affert conuulsionem. rursus autem qualitate sanat eam, quàm fecit dispositionem, neruos calefaciendo, atque exsiccando, & si hoc aliquando facere nequeat, mortem subsequi est necessarium. Qua autem vi diximus vinum sanare conuulsiones, eadem videlicèt & febris sanat.

Hippoc. lib. de affectionibus. Vinum enim mente offensa, neque in morbo laterali, neque in quibusuis alijs confert.

Hippoc lib. 3. acut. tex. 2. Vinum dulce vinosum minus caput grauat, mimsque mentem ferit

atque quouis alio facilius per intestina descendit: lienem autem, & iecur tume facit, pichrocolis millo pacto est idoneum: nempè his sitim facit, superiusque intestinum inflat: non tamen inferiori pro flatus ratione est inimicum, & si non admodum penetret, qui à dulci vino est flatus, sed diutiùs circà hyppondria moratur.

Gal. in comm. Cum igitur vinum dulce viscus calfaciat, sitque, vt dictum est, substantia crassum, particulares ipsius facultates, quas epotum commonstrat, secundas qualitates consequuntur.

Lib. 3. acut. 3. vrinas siquidem hoc minùs, quàm vinosum album omnino mouet. *Et tex. 4.* sputum autem efficaciùs alio educit, quod dulce sit.

Gal. in comm. Verùm post vinum dulce non admodùm crassum ad eorum, quæ in pulmone sunt, eductionem conueniens est aquosum vinum, virtutem scilicèt roborans, & humores tum humectans, tùm madefaciens mediocritèr, quod cœteris vinis omnibus innocentiùs febrientibus exhibetur.

Et tex. 6. vinum autem album vinosum iàm plurima, maximaque parte laudatum quidem, & culpatum in vini dulcis enarratione. ad vesicam verò vino alio magis penetrat, vrinasque prouocat, & perpetuò purgat, atque multa ad opem his morbis ferendam facit.

Galenus lib. 7. apho. 56. comm. Calefacit enim vinum, vt nouimus, corpus totum, citoque mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

Galenus lib. 6. Aph. comm. 28. agendo de causis efficientibus podagram. vndè & crapulæ, & defatigationes eis nocent: nocent etiam multa, & potentia vina bibita, præcepuè cum aliquis ea ieiunus potauerit: hæc enim neruosam substantiam promptè percutiunt. &c.

CA-

CAPVT XXXI.

In longa quiete corpora refrigerantur, & humectantur. de effectu, & bonitate somni: vigilans est calidior exteriùs, interiùs frigidior.

Galenus in libro de causis morborum cap. 3. Calidæ quidem ægritudinis in vniuersum diximus causas, nunc ad frigidam veniamus: sunt verò & huius plures numero causæ, veluti refrigerantium proprietas, & ciborum, potuumque quantitas, ac qualitas, stipatioque, ac rarefactio, ac pretereà otium,

Gal. lib. 2. *de temperam*: Multos se vidisse, ait: qui natura graciles erant, sola quiete, pingues redditos.

Gal. lib. 4. *Apho comm.* 13. Perhumectantur autem corpora plurimo alimento, atque quiete: ac de quiete qu dem clarum est: sicut enim exercitia sunt apta nata exsiccare, sic & quies, quod otium est, & ab exercitatione vacatio seruat humiditatem.

Auicennas lib. 1. *f.* 2. *D.* 2. *cap.* 12. de ijs, quæ prouenium ex motu, & quiete. Quies verò semper est infrigidans propter priuationem viuificationes caloris, & propter constrictionem, quæ est suffocans, & humectans, propter defectum resolutionis superfluitatum. *Et cap.* 13. de vtilitate somni, & vigiliæ. Somnus quieti vehementer similis existit. dicemus ergo quod somnus omnes operationes naturales fortes efficit, propterea quod calorem continet innatum, & virtutem laxat animalem: ideo quod cordis vias humectat, & eas laxat, & quod resoluitur. Lassitudinis verò modos omnes remouet, & fortes retinet euacuationes. Somnus enim quandoque ad expellèndum eas iuuat,

proptereà,quia calorem interiùs continet, & nutrimentum in corpore partitur,& expellit illud, quod est iuxtà cutem, proptereà quod illud, quod est longè constringitur. cùmque somnus materiam inuenit aptam ad digerendum & maturandum, ad sanguinis naturam eam conuertit,& calfacit ipsam, & transit calor per corpus, & calefacit corpus calore naturali.

Galenus lib. 12. meth med: cap.3 Somnum moderatum cruditatem auferre. somnus concoquit, vigiliæ digerunt, causa verò huius traditur ab *Hippocrate lib. 6. Epid, sect. 5. tex. 28.*

Hippoc. lib. 6. Epid. comm. 4. tex. 14. euidenter vigilans calidior exterius, interius autem frigidior, dormiens è contrario.

Gal. super hoc comm. Perindè & concoctiones indormientibus efficaciùs,quàm in vigilantibus fieri, non solùm in ventriculo comestorum ciborum, verum etiam humorum in iecore,& venis corporis abditas sedes in dormientibus calidiores effici,signum est, si cùm à nobis concessum, & suprà ostensum sit, ingenitum calorem in corpore concoctionum præcipuum esse opificem.

Gal. suprà, comm. 1. lib. 2. aph. loquendo de damno ægrorum dormientium in principijs accessionum. hæc habet. hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem: quos, vbi calor innatus fortior extiterit, per somnos concoquit,vbi verò debilior,illis succumbit, ab eisque viscera aggrauãtur,& dictis affectibus homo corripitur:ipse etenim *Hippoc.* vult, hominem vigilantem extrinsecùs esse calidiorem, dormientem verò contrario modo se habere: id nos edocens,quod etiam quibusdam alijs rerum naturaliũ studiosis visũ, est, somnum,atque vigilias fieri secundum innati caloris motiones. non absque ratione ìgitur euenit, vt cùm in visceribus iste collectus causas morbifi-

cas

ces nequeat euincere : pernitiem significet.

Hipp. l. 2. de rat. victus. Otiũ humectat,& imbecillum reddit. *Gal. l. de marcore c. 5.* nàm ex ijs, quæ humectant, est, tùm lauacrum, tùm molle cubile, tùm somnus, tùm verò in primis, ac præcipuè ipsum nutrimentum. &c.

CAPVT XXXII.

De fluxu Ventris, & eius cura. vomitus sanat vomitum. Non est firmandus, vel corroborandus ventriculus, nisi prius euacetur materia: de regula in euacuando corpus secundum eius inclinationem.

Auicennas lib. 3. f. 15. t. 1. cap. 4. & scias, quod dormire est ex rebus magis iuuatiuis ei, qui habet fluxum ventris.

Et ex retinentibus fluxum ventris est positio ventosarum suprà ventrem. Iàm enim expertum est, quod ventosæ positæ suprà ventrem habentium fluxum ventris, & excoriationem cùm dimittuntur quatuor horis, restringunt, & nos experti sumus illud.

Et ex retinentibus fluxum Ventris sunt emplastra suppositta stomacho, & intestinis. & quandoque curatur fluxus ventris cum diureticis, & sudare facientibus, & dilatantibus poros, & vomitum facientibus: omnia namque hæc mouent materiam ad contrariam partem fluxus. *& cap. 2. loci suprà citati.* Et non oportet vt bibat aquam inquantum possibile est ille, qui habet fluxum stomaticum, & intestinalem.

Et lib. 3. f. 16. c. 2. cap. 13. Hippoc. enim dixit, quod vomitus quandoque prohibetur vomitu, & fluxus fluxu, & fluxus vomitu, & vomitus fluxu.

Galenus lib. 3. de acut. super tex. 59. quibus complura per ventrem subducuntur, his balneum sistit, & ad corpus vniuersum reuellens, atque hac occasione detrimentum affert.

Hippoc. lib. 4. apho. 83. *quod est vltimum*. Mictio per noctem plurima facta paruam significat deiectiionem.

Gal. in comm quod quidem necessarium sit ventris humore distributo, minorem fieri alui dectionem vnicuique manifestum.

Hippoc. lib. 6. Apho 15. A longo alui profluuio habito, spontaneus vomitus superueniens, morbum soluit.

Vomitus vomitum sanat *ex Hippoc. lib. de natura humana*, quod confirmat *Auicennas lib. 3. f. 13. t. 5. cap. 12. de cura vomitus absolutè*. In vomitu, qui generatur à corruptione administrationis cibi, rectificetur cibus, & fiat bonus cum confortantibus stomachum boni odoris, calidis, aut frigidis, secundum quod conuenit: & in illo, cuius causa est materia mala, aut plurima, euacuetur illa materia, & cum ebibitis, & clysteribus, & minoratur cibus, & subtilietur, & adhibeatur exercitium subtile, & ieiunium. Et cliste.a proportionalia secundum ægritudinem sunt iuuatiua propter illud, quod declinat de materia ad inferiora. Et vomitus multotiès abscindit vomitum, cum est materia: sanatur enim ex vomitu, cùm euomit illam materiam propter effusionem eius cum vomitu: vt V. g. cum aqua calida sola, aut syrupo acetoso, aut anetho, aqua raphani, & melle, & quandoque adiuuat ad illud eorum calefactio: & positio eorum in aqua calida. & mirabile quidem est, quod calefactio extremitatum est iuuatiua in sedatione vomitus, propterea quià extrahit. Et tù quidem stude, quantum potes, vt eos dormire facias, quoniam

illud

illud est radix. Et quandoque est necessarium, vt ponantur super crura vesicatoria propter attractionem. Et omnem, quem curas, si vis cibare, ciba paulatim, ità vt non moueatur alia vice in ipso, & idem *Auic. lib.* 4. *f.* 1. *t.* 2. *cap.* 16. *de rig. vomitus in febribus.*

Vomitus criticus non abscindatur, nisi apud necessitatem, & secũdum plurimùm abscinditur in eis per vomitum, & adiutorium eius, quo extrahitur humor noxius.

Alexander Trallianus lib. 8. *cap.* 5. Vidimus enim ventre in initio affectus ad quartum, quintumue diem profluxisse, & postea fluorem, aut per se, aut Medici auxilio substitisse, vnde Ægri in magnum periculum inciderunt, ità vt phrinitici, aut lethargici efficerentur, aut pernicioſæ eis parotides excitarentur: ità posteà, ait, nàm biliosus humor solis lenientibus cibis magis, vt descendat, quàm in corpore retineatur, est sollicitandus: si enim bilioſum, aut in ventre, aut intestino collectum retineatur, exituque prohibeatur, loca ambientia offendit, stomachum subuertit, caput replet, viscera inflammat, febres magis accendit, sitim auget, omnesque prædictos affectus in capite excitat: summatim: totum morbum grauiorem efficit: àt in tali occasione profluuium, aut sisti non debet, donec ipse se natura componat, aut motus eius ad uuari, nàm si quis Ventrem constringere volet magnam excitabit ægritudinem.

Non est firmandus, ac corroborandus ventriculus, vel alia quæuis pars, nisi prius excrementa contenta, saltem magna ex parte fuerint prius educta.

Galenus lib. 1. *ad Glauconem. cap.* 14. *circă finem.* Qui verò ex vitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus disoluuntur, hos, post aquæ calidæ, aut hydreoli potum sac cuomere, quod si

difficultèr euomant, primùm concalfacere oportet, quæ os ventriculi circumſtant loca, & manus, & pedes, quod ſi neque hoc modo euomant, his oleum calidum quàm plurimum exhibendum. Solet autem ſæpius oleum non ſolùm ad vomitum, ſed etiam ventrem molliorem facere: eſt autem hoc præſentibus rebus non parùm vtile, quippè, niſi ſpontè accidat, arte procurandum eſt: deindè verò abſinthij comam in mellicrato decoquens ad potandum exhibebis, atque deinceps vinum, ac omnibus alijs modis membra corroborare, partim ijs, quæ extrinſecus apponuntur, partim abſinthij potionibus, non tamen id in principijs faciendum ſuadeo, ſed poſteà, quando partes, quæ circà hepar ſunt, fuerint expurgatæ, quando verò adhuc humores in ipſis continentur, nondùm adſtringere, ſed tantùm concalefacere, vt anteà diximus, cõuenit. in medio verò capite ità habet: qui excoleras, & ventris profluuio, & multis alijs factis euacuationibus diſſoluuntur, aqua frigida ſpargere oportet, & nares apprehendere, & os ventriculi perfricare, ac iubere, vt euomant, ſtomachum irritando digiti, vel pennæ immiſſione.

Galenus lib. 6. de ſanit. tueuda cap. 6. Alui diectio eſt commune auxilium illis omnibus, in quibus vitioſiorum humorum copia aggreditur, potiſſimùm verò, quibus eſt naturaliter adſtrictior.

Hippocrates lib. 1. Apho. 23. Deiectiones non multitudine ſunt eſtimandæ, ſed ſi tali deliciantur, qualia conueniunt, & Ægri facilè tolerant, atque vbi ad animi deliquium expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare.

Gal. in comm ſiuè à natura, ſiuè à nobis euacuatio fiat, oportet omninò conſtituere quandam ipſius menſuram; ſicut enim qualitatem pro humoris moleſtantis ratione vacuari, ità videlicèt quantitatem multitudini moleſtantis humoris reſpon-

de-

dere oportet : nam si redundans vacuetur humor, tùm leuiùs, tùm faciliùs se habere ægrotantem, contra si ex ijs, quæ naturalia sunt humor aliquis educatur, tunc vires solui, & laborare, ipsumque ægrum grauitatem sentire, est necesse: in febribus siquidem ardentissimis ad lypotimiam vsque flebotomia illicò totum corporis habitum refrigerat, & febrem extinguit, atque etiam aluus quam plurimis solui, & sudores manare solent, quo facto, nonnulli febre omninò sunt liberati, alijs magnopere adiutis, morbi vehementia est repressa : in maximis verò doloribus nullum præsentius noui remedium ea euacuatione, quæ ad lypotimiam vsque fiat, cum ea tamen distinctione, vt intelligatur flebotomia ne, an purgatio ad affectum vsque animi vti conueniat.

Hippoc. lib. 1. *Aph.* 20. quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare, neque alio quouis modo corpus mouere, sed sinere ipsi naturæ oportet.

Gal. in comm. Vbi igitur integra iudicatio à natura facta fuerit, nihil mouere, aut nouare oportet, vbi verò indeficienter indicatur, id, quod deficit, supplere nos conuenit.

Hippoc. lib. 1. *aph:* 21. quo natura vergit, eò ducere oportet per loca conferentia.

Gal. in comm. eà, quæ indeficienter à natura mouentur, à medico suppleri, & educi oportet per loca conferentia.

Galenus lib. 13. *meth. med: cap.* 14. in principio inflammationis iecoris prohibet adstrictoria, ne retentis excrementis, inflammatio augeatur. *& lib.* 8. *meth: med: cap.* 4. quippè, nisi vitiosus succus penitùs transpiret, necesse est, putrefiat: cùm alioquin metus sit, si obstructionibus liberãdis, priùs quã euacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas

&

& lib. 11 *meth. med. cap.* 10. ostensum enim in prioribus libris est, si ijs auxilijs, quæ obstructiones eximant, vti, non vacuata prius abundantia, velimus, fore, vt non modò nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicèt interse indicationibus: at vacuata prius multitudine, ad curandam obstructionem accedamus, medicamentis ijs, quæ obstructiones expediant, erit opus. verùm quoniam horum plurima calida sunt, metus est, ne tum putredinem, tùm febrem augeant. itaque ijs, quæ citrà calorem liberare obstructiones valeant, vtemur: vbi autem quæ obstruunt, detersa, dissectaque sunt, per aluum, vrinas, & sudorem euacuare tentandum.

CAPVT XXXIII.

Per partem laborantem non est detrahendus sanguis, nisi priùs, reuulsione facta: in scabie & lepra in principio non est repellentibus vtendum.

ALexander Trallianus *lib* 1. *cap.* 16. *de cura melancholia*. Nàm post totiùs corporis euacuationem, si loco iàm remedia adhibeas nihil nocebis, àt si circà caput aliquid moliri cogites, prius quam totum corpus recrementis liberum reddideris, offendes magis, quàm iuuabis, copiosiorem materiam ad locum affectum attrahens.

Galenus lib. art. med. capit. 95. si igitur vniuersum corpus plùs æquo plethoricum sit, per patientem locum minimè euacuandum, nàm si scarificationibus, aut sectionibus sensibilitèr euacuabimus, plùs ratione excitati doloris attrahemus, si verò calefacientibus dispergere tentabimus plùs erit id, quod vi caloris ad partem affectam trahetur, quàm dispersum. adhæc igitur am-

ambo totum corpus euacuare oportet, aut omninò, ad contraria loca trahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, priùs à parte repellendum, quàm dispergendum.

Galenus lib. decurandi rat. per sang. miss. cap. 9. primis verbis. Porrò, vt summatim dicam, incipientes phlegmones reuulsu euacuare oportet, quæ verò inueteratæ iàm sunt, ex ipsis, si fieri potest, affectis partibus, quod si nequeat, saltem ex vicinis: etenim incipientibus auertere, quod influit, expedit, in inueteratis autem ipsum tantùm, quod affectæ parti influxum est, euacuare, euacuabitur porrò id optimè peruenas coniunctas cum ijs, quæ in partibus ipsis sunt sitæ. ità idem *Galenus lib.* 10. *de comp. med. sec locos cap.* 2. *idem Ætius lib.* 12. *cap.* 1. vbi in dolore coxendico, primò venam cubiti, mox tali, aut poplitis esse incidendam suadet. *ità Paulus Ægineta lib* 3. *cap.* 77. *& Galenus lib.* 4. *meth. med.* 6. per totum caput, sed præcipuè in fine. At si perpetuum est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixam verò iàm in laborante particula vacuandam esse, ivel ab ipsa particula, quæ affligitur, vel à max mè vicina, in promptu nobis est, de sanguinis detractione colligere nunc est, quod in principio à longinquo, posteà ab ipsis vlceratis particulis sit emolienda.

In scabiæ, & lepra, atque alijs morbis repellentibus in principio non esse vtendum, satiùs eni m est, cutim infestari, quàm ad interna materiam repellere, sed præmissa prius euacuatione, repellentibus est vtendum.

Hippocrates lib. 5. Epid. Quidam homo Athenis prurigine toto corpore laborabat, maximè circà testes, & frontem, vehementer cutis crassa erat per totum corpus, transgressus ad Melum, vbi

ca.1-

calida balnea erant, se lauit, à pruritu, & cutis crassitie est liberatus, sed hydropicus factus mortuus est.

CAPVT XXXIV.

De Scabie, & Lepra, à qua materia fiant: de generatione atrabilis: quomodo flegma fiat salsum.

HIppocrates *lib. de affectionibus ait*, quod impetigo, vitiligo, scabies, lepra, pruritus, & alopecia à pituita ortum habent: *Ita Auicennas lib. 3. f. 3. t. 3. cap. 23.* Eius causa est materia salsa, nitrosa, ex sanguine calido, aut humore aliquo acuto faciente prouenire pruritum priùs, deindè scabiem.

Galenus autem lib. de atrabile c. 4. tenet, quod omnes hi affectus ab atrabile fiant: hæc sunt verba: sedet alia quoque pluribus non febrientibus exanthemata percutim crassescentem, siccescentem que oriri vidimus, vtique natura melancholici humoris redundantiam foras extrudente, cuius generis est is, quem elephantem nominant: vbi autem simul cum febre quicquam tale fit, carbonem appellatum gignit melancholicus humor, qui incutem decubuit: quod citra febrem abscedat, cùm sanguini admistus est, elephantem parere, suaptè natura solet: cùm autem solus, impermistusque principio nigrum tumorem efficit, deindè in cancrum nominatum spacio temporis desinit. vtique cùm cutem exedendo acrior, contumaciorque fuerit, cùm mitiùsculus est, sine vlcere cancrum latentem producit: dilucidè enim omnes idgenus affectus, & cancer præsertim à melancholico fiunt humore: cum venæ, quæ in partem affectam perueniunt, crassium-

vtrumque humorem continere aperte visantur. *Ità idem Gal. lib. de plenitudine cap.* 13. *vt Gal. lib, de tumoribus præter naturam cap.* 12. cùm verò in carnem bilis atra decubuerit, cum mordax sit, circumiectam cutim perrodit, vlcusque efficit: cùm verò molestior est, efficit cancrum, qui sine vlcetatione est. dictum autem anteà est, ab hoc magis, quàm ab inflammationibus venas attolli, earumque, qualis species coloris sit, non solum autem cancrosum vlcus, sed alia quoque multa, cum tumoribus corporum eos continentium constituuntur: omnia mali humoris, aut bilioſi cuiusdam, aut melancholici, aut alitèr quoque violenti ex corruptione maiori subnutriri affecta. & eodem libro, & capite. Scabies, & lepra melancholici affectus sunt solius cutis, vt siquidem in venis quoque, & carne fiant, cancer nominatur.

Galenus lib. 7. *Apho. comm.* 40. Alitèr autem melancholicas dicimus esse passiones, cancros, elephantes, scabies, lepras. & vitiligines nigras.

Galenus lib. 3. *de aliment. facult. cap.* 2. affectus melancholici sunt cancer, elephas scabies, leprà, febris quartana, & quæ peculiari nomine melancholia nominatur,

Hippocrates lib. 2. predictionum inquit, quod hi affectus ab atrabile nobis fiunt; *Ita Auicennas lib.* 4. *f,* 3. *t.* 3. *cap* 1: *de lepra.*

Ætius sermone secundo cap. 121. *ità tenet.*

Omnes tamèn sententiæ sunt veræ, nàm *Galenus in lib. de humo: inquit:* pituitoſi humores tractu temporis ex salsedine aduruntur, & atram bilem gignunt.

Auicennas lib. 3. *f.* 1. *t.* 4. *cap.* 19. Atque cùm salsa pituita vsta atra bilis est reddita, à morbis tunc ab atra bile factis impetiginem originèm habere, dicendum est. hæc sunt verba in capite. & illa melancolia, quæ est cum materia, aut est cum materia,

quæ

quæ est in venis veniens ad eas ex loco alio, & conuertitur in eis ad coleram nigram propter aduſtionem eius, quæ est in eis, & fit fex, & hoc est plurimùm. &c. aut proprer vehementiam caliditatis hepatis aduruntur humores, & conuertuntur in genus melancholiæ. &c. Et vniuersalitèr quidem colera nigra multiplicatur, & generatur quandoque causa membri operantis nutrimentum, quod est hepar, cùm aduritur sanguis, aut debilitatur ab expulsione superfluitatis melancholiæ, & est minùs, & quandoque generatur colera nigra in membro alio, aut propter vehementiam aduſtionis nutrimenti eius, aut causa defectus eius *Et idem Auic lib.* 1. *f. D.* 4. *cap.* 1. à phlegmate ſicco valdè melancholiam fieri posse. Verba sunt.

Et ex phlegmate est quoddam, quod est salsum, quod omnibus speciebus phlegmatis est acutius, & ficcius, & leuius. omnis verò salsuginis causa est, vt aquosæ humiditati pauci saporis, aut priuatæ eo, terreæ partes aduſtæ complexione, & saporis, amari æquali temperamento misceantur. Et sal fit etiam propter vehementiam decoctionis aquæ, quæ remanet in fundo est sal. Galenus verò dixit phlegma salsum fieri proptèr ipsius purredinem, aut aquositatem, quæ ei admista fuit, & nos quidem dicimus, putredinem fac t, & cinereitatem: sola autem aquositas, cùm ei admiscetur, salsedinem in ipso efficere non valet, cùm ibi vlla alia non fuerit causa. Duplex est modus coleræ nigræ generationis, vnus est, vt colera in se aduratur, & accidat in ea cinereitas, sed eius subtile non separetur ab ipsius cinereitate: & alius est, vt colera nigra extrinsecùs ad eam veniat, & cum ea misceatur: Calor enim in humido efficit nigredinem, & in eius contrario albedinem, & frigiditas in humido albedinem operatur, & nigredinem in eius contrario. Melancholia autem, quæ est superfluens

alia

alia eſt ; quæ eſt cinis coleræ , & quod de ea aduritur, quæ eſt amara : alia eſt,quæ eſt cini phlegmatis,& quod de eo aduſtum eſt , & ſi phlegma valdè ſubtile, & aquoſum fuerit,eius cinis erit ſalſus , & ſi non trahit ad acredinem , aut ponticitatem. Alia eſt,quæ cinis ſanguinis,& quod de eo eſt aduſtum , & hæc quidem eſt ſalſa ad paucam trahens dulcedinem : alia eſt , quæ eſt cinis melancholiæ naturalis , quæ ſi ſubtilis fuerit, erit eius cinis, & quod de ea aduſtum eſt,eſt valdè acre,ſicut acetum,quod cùm ſuper terræ faciem cadit , ebullit. *Lib. verò 4. f.* 1. *t.* 2. *cap.* 62. de quartana periodica , & ſciuiſti,quod melancholia alia eſt,quæ eſt fex ſanguinis , & alia, quæ eſt aduſtio eius , & cinis humorum : & ſciuiſti , quod de illa eſt ſanguinea , & de illa eſt phlegmatica,& de illa eſt colerica,& de illa eſt aduſtio ipſius melancholiæ naturalis .

Galenus lib. 2. *de differ. feb. cap.* 6 loquendo de ſpeciebus pituitæ,ſicut altera ſpecies eſt ſalſa, aut propter putredinem , aut propter ſalſæ ſeroſæ humiditatis miſtionem .

Auicennas lib. 4. *f.* 1. *t.* 2. *cap.* 42. *de feb. cauſonide* . Et non fit phlegma ſallum , ſicut ſciuiſti , niſi ex aquoſitate phlegmatis cum colera acuta , eſt ergo colera,quæ putrefit aquoſitas permiſta aquoſitati plurimæ .

CAPVT XXXV.

De ſplene , eius anatome,affectibus , & offitio : qui morbi oriantur ab ipſo malè affecto, quo ſanguine nutriatur, de remedijs ſplenericis .

Avicennas lib. 3. *f.* 15. *t.* 1. *cap.* 1. Splen eſt omninò euacuatorium fecis ſangninis , & aduſtionis eius , & eſt melancholia naturalis, & accidentalis , & ineſt ei proprietas quædam , &

vir-

virtus eius resistendi cordi ex latere,& hepati ex latere : cùmque attrahit turbiditatem sanguinis digerit ipsum , & quando acescit , & fit pontica , & ficonueniens ad commouendum os stomachi,& præparandum ipsum , & ad temperandum caliditatem eius, mandat eam ad ipsum in vena magna , & quando debilitatur splen à mundificatione hepatis , & quæ sequuntur ipsum ex melancholia , accidunt corpori ægritudines melancholicæ , scilicèt ex cancro, & varicibus,elephantia,& impetigine,& lentiginibus nigris , & morfea nigra , immò melancholia, & lepra , & reliquis . & quaudo debilitatur ab educendo illud , quod oportet , vt fiat magnus , & apostematur , & cùm mandat eam ad stomachum cum superfluitate , fortis fit fames , & si fuerit acetosa,& non fuetit superflua, tunc facit vomitum,& quandoque facit accidere in intestinis excoriationem melancholicam mortiferam . Et quando ingrossatur splen , arescit corpus , & arescit hepar , & est magis nocens hepati : & quandoque aduritur melancholia in splene declinans ad acetositatem temperatam , & quandoque effunditur plurimùm ab homine bilis ad stomachum , & facit accidere vomitum melancholicum , & quandoque est ei pondus , & accidit ex ea submersio stomachi . Et splen quidem est membrum linguosum longum coniunctum cum stomacho à sinistro vsque retro,& vbi est dorsũ,attrahens melãcholiã cum collo continuato cum concauitate hepatis , vbi continuatur collum fellis expellit ipsam cum collo orto ex interiori eius , & eius concauitas sequitur stomachum , & gibbositas ipsius sequitur costas , & eius suspensio cum costis non est cum ligamentis fortibus , immò cum paucis villosis vigoratis cum panniculis costarum , & à latere continuatur cum venis quietis , & pulsatilibus : & latus eius concocauum superficiale venit super he-

par ,

par, & ſtomachum, quàm vis ſit æquidiſtans inferiori parti hepatis cadens apud inferius ſtomachi,& continuaur inter ipſum,& ſtomachum vena incarnata cũ vnoquoque eorum,& in ipſo eſt ſuſpẽſio eam, & ſubſtentant ipſum à ſiphac coſtans ex duabus tunicis cum ramis,qui ex ipſo ſeparantur, in eo pluribus numero, paruæ quantitatis intrantibus ſplen, & Zirbum: & in ſplene quidem ſunt venæ pulſatiles,& non pulſatiles plurimæ, in quibus ſanguis digeritur,& aſſimilatur ſubſtantię ipſius,deindè expellitur ſuperfluitas. & corpus eius eſt rarũ,vt facile recipiat ſuperfluitates melancholicas, quæ ipſum ingrediuntur, & regit ipſum panniculus ortus ex ſiphac, & communicat diaphragmati cauſa illius.

Hippocrates lib. 4. apho. 21. De iectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger ſpontè venientes ſiuè cum febre,ſiue ſine febre peſſimæ & quanto colores magis praui fuerint plures, peiùs: cùm medicamento verò melius,& quantò colores plures, non praui.

Gal.in comm. De deiectionibus nunc ipſi eſt ſermo, quæ à Priſcis medicis quidem nigræ vocantur, bilis verò exquiſitè non ſunt: nam acre, & Corrodens, & acidum non habent: ac quod multò plùs eſt,in terram effuſæ ipſam non fermentant, verùm ſunt, vt ſi quis eius imaginem planè diceret, velut ſanguinis limus,qualis etiam vinis craſſioribus iàm conſiſtentibus ſolet ſubſiderere, quem fecem nominant: hæc ſi diutiùs moretur in corpore, & neque per aliquem ſenſibilem effluxum, neque occultum excernatur, verùm tranſmutetur, atque putreſcat, fit bilis nigra exquiſitè, antèquam verò hæc genita ſit, ſplen trahit eam, quæ eſt, veluti ſanguinis fex, hepar expurgans? quemadmodum in commentarijs de potentijs naturalibus eſt demonſtratum: abutitur itaque & hoc melancholico humore ad ſui nutritionem ſplen,

&

& quum rursùs ipsa fecerit superfluitatem, totam expellit ad ventrem vnà cum alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque splen benè expurgauerit, & ille, qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit, accrescet debilitas visceris, vt in se ipso continere superfluitates non possit, & tunc illæ, quæ nigræ vocantur deiectiones, fiunt, de quibus nunc sermo habetur ab ipso.

Galenus lib. 4. de vsu part. corp. hum. cap. 4. Splen verò, qui crassum, & limosum succum attracturus erat, maximè voluisset ipsis portis subijcere, quò certè vel sua sponte inclinaturum erat pondere delatum melancholicum illud excrementum. *& lib. 4. de vsu part. cap. 15.* de splene loquens, ipsum namque est, quod facultatem habet splen adse ipsum trahendi succum melancholicum, rarum admodum, ac laxum instar spongię cuiusdam, vt succos crassos facilè, & attrahat, & recipiat. vt autem talis perpetuò seruetur splenis caro, faciunt arteriæ in totum viscus dissem inatæ, quæ tamen & alium præstant vsum non mediocrem: nàm ad succos, qui ex hepate ad splenem feruntur conficiendos conferre ipsas diximus. &c. qui namque attrahitur ad splenem, crassior est eo, qui est in hepate. &c. vt autem summatim perstringam, nutritio horum trium viscerum sic habet: hepar quidem ex rubicundo, & crasso sanguine, splen ex subtili, sed nigro: pulmo ex elaborato ad vnguèm, flauo, subtili, spirituoso, ac puro sumit alimentum. Iàm verò carnis eorum species ad portionem nutrientis succi se habent. &c. vt enim pulmo refrigerationi vehementi, ita splen purgatione insigni indiget: hepar verò neque tali egens purgatione, habet enim alias tres maximas, neque refrigerio magno, sicut cor, propter quod ipse pulmo factus est, iure optimo paruis indiguit arte-

rijs

rijs ob eas certè cauſas rarum, & leue, & arterioſum eſt lienis corpus.

Galenus lib. de atra bile. cap. 6. Lien diù ſuo munere vitiosè fungens, ſiuè ob phlegmonem, ſiuè ob ſcirrhum, ſiuè ob imbecillitatem caloris. vitia magis, ac magis ad nigrum declinando toti corpori impertit: ſed et ipſe iecore ſemper nigrior eſt. Præſertimque in calidæ, & ſiccæ temperature animalibus.

Galenus lib. 6. de locis aff. cap. 1. Quùm itaque ſplen multa habeat accidentia cum hepate communia, illa nulla re differre videntur, niſi, quod, quædam magis, quædam minus alterutri euenire ſolent. Nàm, quod ad coloris rationem pertinet, vniuerſum corpus, vbi ſplen imbecillitate affectus eſt, magis nigricare videtur: nàm hoc ei natura dedit officium vt melancholicum ex hepate ad ſe ſe attrahat, quo ipſum ali iàm eſt demonſtratum. igitur attrahendi facultate facta imbecilliore, ſanguis ex iecore in vniuerſum corpus impurus tranſmittitur, quò circà color nigrior euadit. quin etiam hepatis exemplo ſœpe numero excrementa ex ſe reicit, ità vt, & vomitione, cui nauſea quoque accedit, melancholicum ſanguinem aliquando excernat. &c. àt citrà huiuſmodi euacuationem animi defectiones, mœſtitias melancholicas facit, ac non numquam & ciborum vehementiſſimas in appetentias, præcipuèque, quando exquiſitè acetoſum ſit id, quod ad ventrem fertur excrementum, ſœpè numerò autem ſubmerſionem, & reſupinationem, quando aliam quandam habuerit corruptionem. Quod verò indurato ipſo, aqua intercutem ſuccedere poſſit, conſentiente iecore, iàm anteà dictum eſt: quin etiàm laborante aliquando vtroque viſcere, regium morbum euenire conſpeximus, nigriore, quàm pro conſuetudine, ſubſequente colore. ità vt putaretur flaua bilis fuligini

eſſe

esse permista· &c. sic splenis quoque vitio aqua inter cutem nonnumquam euenire consuenit, aut vbi cùm tumore refrigeratum est, sicut in scirrhis: aut vbi c trà tumorem refrigeratum est, vt quum aquam frigidam, & vitiosam affatim, & importunè potauerit. quòd verò melancholica mœstitia, ipso humore excrementa ad os ventriculi transmittente proueniat, anteà, vbi de ore ventriculi tractauimus, iàm dictum est.

Galenus lib. 13. *meth. med: cap.* 17. ergo nec lienem tàntùm relaxantibus curare oportet: cùm hic quoque ex iecore quicquid limosum, & melancholicum est, expurget, propterea scilicèt, quod ex eo humore nutritur: id circò quotiès obstructio quædam in eum incidit, aut phlegmone potissimùm, cùm scirrhosa sit, tùm ea, quæ obstructiones eximant, tùm quæ dissecent, vehementiora exigit: nàm quale medicamentum iecinori est absinthium, tale est lieni capparis cortex, & quale est iecori eupatorium, tale est lieni scolopendrium.

Et eodem lib. 13. *meth. cap.* 16. Lienis verò rarior substantia, quàm iecoris est, cœterùm crebriùs scirrhosis vitijs affligitur, propter nutrimenti, quo vtitur, speciem. Monstratum namque est, quod crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est, facillimèque nigra bilis efficitur.

Auicennas lib. 3 *f* 15. *t.* 2. *cap.* 1. de ægritudinibus splenis. Et scias, quod quando splen impinguatur, extenuatur corpus, quoniam in primis destruitur virtus hepatis vehementer cum contrarietate, quoniàm minoratur generatio sanguinis, & cum hoc ipse attrahit de sanguine illius infirmi rem plurimam, propter magnitudinem sui, & penitiùs extirpatio splenis significat bonitatem humorum, & pinguedo eius malitiam humo-

morum, & quandoque conuertuntur ægritudines ſplenis ad febres commixtas, ſicut ipſæ quandoque generantur ab illis ægritudinibus. ipſæ enim generantur multoties ex tertiana non pura, & ex febribus peſtilentialibus, & febribus commiſtis, & plurimæ quidem ægritudines ſplenis ſunt autumnales, & quandoque perueniunt ægritudines ſplenis ad ſtomachum, & fortaſsè addunt in appetitu eius, & quandoque deſtruunt.

Alexander Trallianus lib. 8. *cap.* 10. Ego enim ſæpius vidi non ſolùm ventrem, & ſtomacum, ſed etiam dextram præcordiorum partem, & pubis pectinem lienis tumore occupari: Hippocr. enim memoriæ prodidit ſanguinis in liene abundantia ventrem indureſcere, corpus humoribus, vigilijs extenuari, & faciem emacreſcere, nam ex liene carnes colliqueſcunt.

Galenus lib. 6. *de adminiſt. anat. cap.* 10. Sic lien in ſiniſtra parte conſiſtit, concauo ipſius in dextram conuerſo, atque vena quædam ex ieco. re ad ipſum pertinet, cuius proceſſus in ventriculum deriuat.

Gal. lib. 1. *epid. comm.* 3. *ſuper tex.* 4. Quandoquidem ex liene ſæpè numero grauiter vidimus homines quartana laboraſſe, ac deindè aqua inter cutem eſſe defunctos.

Hipp. lib. 7. *epid. verſus princip.* Creſipon poſt magnam febrem ardentem aqua intercutem correptus eſt; & anteà cùm hydrope ex lienis tumore laboraſſet, valdè oppletum eſt ſcrotum, crura, & abdomen.

Hipp. lib. 6. *Apho.* 43. Quicumque lienoſi difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs, ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua intercutem, aut leuitas aduenit, & moriuntur.

Gal. in comm. Quicumque enim lienoſi ſunt, hoc eſt, qui durum iamdiu habent lienem, ijs,

ſuperueniens difficultas inteſtinorum, ſoluit diſpoſitionem: quando ſcilicèt ratione tranſpoſitionis humorum craſſorum, ac melancholiorum lienî inſertorum euenerit. ſed quoniàm ſæpiùs huiuſmodi euacuationes vltrà modum extenduntur, & noxiæ ſunt laborantibus: lœſis ſiquidem inteſtinis à tranſitu vitioſorum humorum, & vis eorum laborat, & temperies natiui caloris aboletur. ob hanc igitur cauſam & aqua intercutem, & leuitas inteſtinorum ſuperueniunt: leuitas quidem inteſtinorum ex ſola inteſtinorum lœſione, aqua verò inter cutem propter hepatis compaſſionem, atque lienis, & omnis venoſi generis.

Hippoc. lib 6. apho: 48. Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens: bonum.

Hippoc. lib de internis affectionibus inquit, quod remedia pro lienoſis ſunt diuretica.

Et lib. 2. *Epid:* 2. *tex.* 27. Refert hiſtoriam Bionis habentis ſplenem latum, & durum, ait, quià Bion multum minxit à tumore ſplenis liberatus eſt. arteria enim emulgens habet nexum cum arterijs ſplenis.

CAPVT XXXVI.

De ſcirrho. Scirrhus inſenſibilis curationem non recipit fortia medicamenta conueniunt ſpleni, de difficultate curationis ſcirrhi hepatis, de materia ſcirrhi, quid ſit ſcirrhus.

Galenus lib. 5. *de ſimpl. med: fac. cap.* 9. Scirrhum vocant tumorem præter naturam doloris vacuum, ſed durum. Sunt autem inter eos quidam, qui vbi plurimùm increuerint, ſi nul atque indurati fuerint, non modò dolore carent, verùm etiam ſenſum exiguum, aut etiam nullum ha-

habent: reliqua porrò naſcuntur ex humore crasſo, & frigido, quales ſunt in animalium corporibus dum taxat duo biles, videlicèt atra, & ſuper exſiccata pituita. proindè tumores ſcirrhoſi omninò aut pituitoſæ ſunt ſubſtantiæ, aut atrabilariæ, aut ex vtraque mixti. *Et lib. 5. de ſimpl. med: fac. cap.* 7. oritur induratorum affectus ex fluxione viſcoſa, & craſſa, paruis particulæ poris ſiuè meatibus impacta. &c. vndè fit, vt eorum, quæ ſcirrhi in morem indurata ſunt, nullum curari valeat, neque à valdè exſiccantibus, neque à fortiter calefacientibus, neque ab ijs, quæ vtraque hæc præſtare poſſunt; nàm quæ valdè calefaciunt hærent, ac contentum in particula humidum violentèr digerentia, atque elicientia, reliquum omne diſſeccant, & incurabile conſtituunt: quæ verò fortitèr exſiccant, etiam ſi non excalefaciant, tamen ipſa non per medium euacuando, ſcilicèt quod ſubtile eſt, ſed ex profeſſo, ac ex natura ſua ad ſummam duritiem infixam particulæ fluxionem adigunt. Sola igitur ea, quæ calefaciunt, ſed non admodum, vnàque exſiccant non magnopere eiuſmodi ſanare affectus poſſunt: ſunt verò ea emollientia eodem tempore vtrumque agentia, nempè quod congelatum eſt fundentia, & ſemper per habitum digerentia.

Galenus lib. 2. ad Glauconem cap. 4. Scirrhus igitur inſenſibilis curationem non recipit, qui verò difficultèr ſentit, non incurabilis quidem eſt, non tamen facilem curationem admittit: fit autem ex humore lento, & craſſo, qui partibus, quæ indurantur tenaciter infigitur. *Et eodem lib. 2. cap.* 3. Splenem induratum non ſolum deforis fortibus medicamentis curare conuenit, ſed etiam per fortiſſimas potiones: nàm eas ſine moleſtia tolerat: ex quorum numero primum locum habent cortices radicis capparis, & ſcolopendrij, & miricæ, ideſt tamaricis,

tùm radicis, tùm germina, omnibus huiuſmodi ii aceto, vel oximellite coctis : cum igitur de numero ſimplicium, & ſpontè naſcentium medicamentorum flos ſalis tali ſit natura prædituus, ſanat ſpletnes induratos, ſi extrinſecùs ipſi in veſica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidem ſanauimus ſæpiùs : vbi verò ad plures dies, fortè, foret extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque alium vidi, qui poſſet ; Omnibus igitur, qui ità affecti ſunt ex neceſſitate ſubſequitur aqua intercus: pereunt autem plurimi in tempore longo, quoſdam verò noui etiam breui pereuntes, quibus aluus multa deiciebat.

Galenus lib. 13. *Meth. cap.* 16. Quippe iecoris ſubſtantia ſcirrhis maximè opporruna eſt, vtpotè, quæ lutoſum quippiam continet.

CAPVT XXXVII.

De Hydrope, quod non accidat hydrops abſque hepatis ægritudine, & magnitudine, & tumore ſplenis fit hydrops; de cura hydropis.

Auicennæ lib. 3. *f.* 14. *t.* 4. *cap.* 4. Et non accidit hydrops abſque ægritudine hepatis propria, vel per conſenſum, &c. debilitas digeſtionis hepaticæ eſt cauſa coniuncta. Cauſę verò antecedentes ſunt omnes ægritudines capitis complexionales, & euacuationes ſuperfluæ per ſudorem & vrinam, & ſolutionem ventris, & raſuram, & menſtrua, & hæmorroides, & nocibilior euacuationum eſt euacuatio ſanguinis, cauſæ autem hydropiſis cum communitate ad ipſum, aut ſunt per communitatem cum toto corpore, ità vt calefiat ſanguis eius valdè, aut eſt propter frigus ſtomachi, & malitiam complexionis eius, & propriè cùm ſuccedit fluxui ventris ſanguinulento, aut eſt propter

pter meſaraicas, aut propter communitatem ſpleuis, propter magnitudinem ſuam, propter apoſtemata dura in ipſo, aut multitudinem euacuationis malencholiæ, & perducit ſuperfluitas eius per illud, quod areſcit de virtute melancholiæ motæ ad debilitatem hepatis, & infrigidationem eius, & applicationem eius ad ipſum, ſicut peruenit ad cerebrum, & variatur, &c. Et magnitudo ſplenis perducit ad hydropiſim, & ad debilitatem hepatis propter duas cauſas. vna earum eſt multitudo eius, quod extrahit de hepate, & remouet virtutẽ eius, & altera eſt cum debilitate virtutis hepatis ſecundum ſemitam, quod ei contrarius eſt, vt quod prohibet, ipſum generare ſanguinem bonum: & quandoque eſt propter communitatem renum, & frigiditatem, aut propter oppilationem in eis, & duritiem, quare non attrahunt aquoſitatem, quamuis renes ægritudinem non habeant. Et quandoque fit propter inteſtina, & ægritudines eorum, & propriè orbi, propterea quia eſt ei propinquum, & propter veſicam, & matricem, aut pulmonem, aut diaphragma. Et quandoque fit propter communitatẽ ſphincteris, propter retentionẽ ſanguinis hæmorrhoidarum ſimiliter in membris alijs. verùm plurimæ communicationes perducentes ad hydropem ſunt communicationes cum renibus, & orbo, & ſplene, & meſaraica in ſtomacho; & deterior quidem hydrops eſt illa, quæ eſt cùm ægritudine acuta, &c. Et ſi alicui accidat hydrops habenti melancholiã, reſoluitur melanchonia propterea quod hydrops humectat eam, & ſcias, quod fluxus ventris in hydropiſi mortalis eſt. Et oportet quidem; vt habens hydropem, ſciat illud, quod de ipſo primùm inflatur: ſcilicet an ſit femur, aut pedes, aut dorſum, aut partes renũ, & ex inteſtinis. *Hippocr. lib. 5. Epid.* Aqua intercutem laborãti vtile eſt, corpus laboribus exercere, ſudores mouere

pane calido oleo tincto, pauco potu vti. caput tepida lauare, vinum quoque tenue, album, ac somnus auxilio est.

Hippoc. lib. de coacis prænot. tex. 452. Aqua intercutem, quæ ex acuto morbo cœpit, molestiam, ac pernitiem affert. Oritur verò ferè & à laterum inanitate, vel à iecore. sed vbi à laterum inanitate ortum contraxit, pedum tumor, & alui diuturnus fluor consequitur, qui neque ventrem emollit, neque lumborum, aut ilium tumorem soluit. àt quibus è iecore aqua intercutem proficiscitur, ij promptè etiam tussi vexantur, pedes intumescunt, & aluus non nisi dura, & ægrè reddit, tumoresque modò dextra, modò sinistra parte ventris oriuntur, ac rursus desinunt.

456 Aqua intercutem laboranti cum febre, vrina pauca, & conturbata, pernitiem denotat.

457 Aquę intercutem initio aquosum alui profluuium, absque eruditate exortum, morbum soluit.

461 Aqua intercutem laboranti, aqua, quæ in venis est ad aluum erumpente, soluitur morbus.

466. Lienosis difficultas intestinorum non longa, vtilis, longa verò, mala, vbi enim desinit, si aquæ intercutem, aut intestinorum leuitates oriantur, mortem afferunt.

Hippoc. lib. de affectionibus. Aqua intercutem plerumque quidem oritur, vbi quis ex morbo longo non purgatus, diù vitam traduxerit: carnes namque corrumpuntur, & colliquantur, & in aquam conuertuntur. fit etiam hydrops ex liene, vbi ægrotarit, & ex hepate, & ex alba pituita, & intestinorum difficultate, & leuitate. & siquidem hydrops ex vitiosorum humorum purgationis defectu contingat, venter aqua impletur, pedes, & coxe contabescunt.

ſcunt. &c. Aqua ſanè ſic gignitur: poſtquam carnes pituita, tempore, morbo, & vitioſorum humorum purgatione non facta, malaque curatione, & febribus corruptæ fuerint, colliqueſcunt, & in aquam vertuntur, neque in ſe quidem venter aquam transfundit, ſed in eius ambitu gignitur. ſi igitur ex medicamentis, aut rel qua v ctus ratione auxilium ſentiat, eiuſque venter emolliatur, ſatis eſt: ſin minus, ſectione facta, aquam educito: fit autem ſectio vel iuxta vmbil cum, vel retro iuxtà ilia. inde verò pauci etiam euadunt.

Hippoc. lib. primo de morbis. Subaquoſo, & lienoſo, albaque pituita detento, aluus vehementer perturbata, bono eſt.

Hippoc. l. 7. Apho. 47. ſi hydropicum tuſſis habeat, deſperatus eſt.

Hippocrates lib. 7. *aphoriſm:* 29 Qui alba pituita detinetur, ſi fortis ventris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberatur.

Gal. in comm. quidam medici quamdam aquæ intercutem ſpeciem, leucophlegmatiam, ideſt albam pituitam nominare conſueuerunt.

Hippocrates lib. 6. *aphor.* 35. aqua intercutem laborantibus, tuſſis ſuperueniens, malum.

Gal. in comm. Superuenire paſſionibus alias paſſiones, & caſus qnæcumque ipſius paſſionis adaucte ratione contingere ſolent. &c. cùm enim in hydrope aquoſa humiditas tantùm ad aucta fuerit, vt iàm aſperas arterias occupet, ſi tuſſis ſuperuenerit, tunc periculum imminet, ne homo haud multò poſt ſtranguletur.

Galenus lib. de purgant. med. facult. cap. 2. medicamenta data hydropicis, qnę flauam, aut nigram bilem educunt, importuna, ac inutilia eſſe. Sed profectò ſi quod nigram, aut flauam bilem educit, dederis, ventris tumorem nequaquam minues.

Auuicennas lib. 3. *f.* 14. *t.* 4. *cap.* 13. Et expe-

ctatio ſuper ſitim,& regimen ipſius, & prohibitio à viſione aquę, non dum à potu ipſius, quantum poſſibile eſt: & ſi non eſt excuſatio, quin ipſa bibatur, potetur poſt cibum aliquantulo ſpatio, & permiſta cum vino:phlebotomiam quoque oportet, vt deuitet omnis hydropiſim habens,quantùm poteſt; niſi illi, qui paciuntur hydropem ex retentione ſanguinis,phlebotomia autẽ prohibet membris eorum nutrimentum, cùm ipſa ſint pauci nutrimenti,& cum hoc infrigidat hepar ipſorum: phlebotomia igitur eſt nociua in quam plurimis diſpoſitionibus. Et ſcias, quod euacuatio cum medicinis laudabilior eſt, quàm quæ fit ſectione, & reſudatione: & non ſolutione educes choleram, quoniam reſiſtit aquoſitati aliquo modo.

Galenus lib. 3. aphor. comm. 22. Aqua intercutem ex lieue contingit.

CAPVT XXXVIII.

De hæmorrhoidibus, earum affectibus,& curatione; liberant à multis morbis, cùm mulieri lactanti ſanguis per locos erumpit, illicò lac euaneſcit, & homines, quibus ſanguis per hæmorrhoidas effluit, vitam degunt ſanam.

Hippoc. lib.6. de morbis vulgar. ſec. 3. tex.28. Qui ſanguinem per ora venarum, quę inano ſunt profundere ſolent, neque morbo laterali, neque pulmonis inflammatione, neque vlcere corroſiuo, neque furunculis corripiuntur,neque tuberculis, ac fortaſſis lepra quidem, fortè neque alijs id genus. intempeſtiuè verò curati, multi breui huiuſmodi morbis correpti ſunt, eamque ob cauſam pernicioſe habuerunt, quod & in reliquis abſceſſibus, veluti fiſtulis contingit, qui aliorum me-

dela

dela sunt. Et in his quidem videndum est, quibus in morbis, quæ facta sunt, liberant, si anteà fiant, liberare. Eadem verba repetit *Hippocr. libro de humoribus ad finem libri*.

Hipp. lib. 6. epid. comm. 5. tex. 25. Atræ bilis adsimile hęmorrhoides, id est sanguifluæ venæ effundunt.

Gal. in comm. Morbum sanè melancholiam, ideſt, atram bilem vocatum per sanguifluas venas leuari euidenter constat: Multosquæ clausis illis insaniuisse animaduertimus; quosdam verò non solum semel, aut bis, sed etiam ter, & quater simul, atque sangniflua vena suppressa sit, in atram bilem incidisse, nonnullos verò, & singulis annis hoc vitio tentari solitos, nisi, aut per venas hasce præsidium priùs senserint, aut atra bile medicamento purgata, malum anteuerterint: nempè istorum hominum plurimis ater sanguis perhæmorrhoides profunditur, attamen non omnibus, at vocata hæmorrhois, ideſt per sedis venas sanguinis profluuium non vna de causa efficitur, modò ipsa natura nigri fellis succum repurgante, modò multitudinem euacuante. Quemadmodum, & sanguinem per nares effundentibus accidit, nonnunquam vena sanguinis impetu in ipsam irruentis patefacta, non id prouidè faciente natura: eo fit, vt effusus sanguis interdùm niger non sit. Quin etiam natura atri sanguinis euacuandi causa venã aperiente, nonnunquàm accidit euacuato malo, bonum subsequi, nisi priùs conceptaculum occludatur, sed diutius patefactum remaneat. In propositis igitur verbis non hoc ipsum dicere censendum est, quod omnis hæmorrhois atram bilem euacuat, atque ideò, cùm fit, melancholicis prodest: repressa verò nocet, quandoque ipsa si claudatur, aperienda est.

Gal. lib. 5. in 6. epid. comm. vltimo. Hoc supra

positis congruit hanc sententiam inuicens, pro quibus morbis, qui morbi oriantur, scire bonum est his verò sub audire opus est, quemadmodum quartana comitialem sanat, & febris quæque conuultana comitialem sanat, & febris quæque conuulsionem, vel etiam destillationem,& suspirium: eodem pacto oculorum phlegmonem, alui profluuium, leuitatem intestinorum,acida eructatio,& lateris phlegmone pulmoniam, veternum phreniteris phlegmone pulmoniam, veternum phrenitis: contrà verò non inutiliter phrenitis in veternum, phlegmone lateris in pulmoniam se conuertunt! quin etiã atram bilem hæmorrhois ideſt sanguiflua plerùmque incipientem prohibuisse, & iàm affectam remouisse, nec non, & duratum lienem sanauisse conspectum est. at varices quoque hos ipsos morbos, podagras prætereà, & artuum dolores discutiunt.

Galenus lib. de venæ sect. adu: Erasistratum cap: 5. Prætereà cùm mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illicò lac huic euanescit. ad hæc quxcumque animalia vtero non gerunt, his neque lac vmquam adest: rursùs, quibus id suppetit, illa etiam ad concipiendum à natura idonea sunt. àt si iàm addidicisti quot commoda ex huiusmodi euacuatione muliebre genus habeat, quotque nocumenta ijsdem suppressis sequantur, haud video, quod sufferas, quominus sanguinem superabundantem modis omnibus euacuare acceleres: mulier enim, *Hippo. attestante, lib. 6. aph: 29.* Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Velim itaque audias iam veritatem ipsam, me Præcone tibi denunciante, quod mulier, si probè expurgetur, neque podagris, neque articulorum doloribus, neque lateris inflammationibus, neque peripneumonijs capiatur: sed neque epilepsiæ, neque apoplexiæ obnoxia sit, aut spirationis, vel vocis ablatione rite purgata vllo tempore infestetur.

nùm verò, menſtruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut comitialibus, vel tremoribus, aut conuulſionibus, rigoribuſque mulier aliquando correpta eſt? nùm etiam vel melancholia laborantem, aut mania vexatam, aut quæ ex thorace ſpueret, vel vomeret ex ventre ſanguinem, aut capite laborantem, aut ſynanche præfocatam, aut aliquibus id genus magnis, & vehementibus affectibus impetitam, cui menſes ritè excernerentur, quandoque conſpexiſti? verùm, his retentis eam cuilibet malo implicari facile eſt, huiuſque rursùm euacuationes medentur. Sed poſt habitis mulieribus, te ad mares iàm confer, vt diſcas ſcilicèt, quod quibuſcumque pro conſuetudine ſuperflua per hæmorrhoidas euacuantur, hi omnes vitam morbis minimè impeditam agunt: quibus item euacuationes ſupprimuntur, hi in perniciosiſſima quæque labuntur. vtrum igitur neque horum, vbi vel ſynanchem, vel peripneumoniam incurrerint, ſanguinem euacuabis, vt potiùs, ne diſciſcere videaris ab ijs, que perperam didiciſti, tot hominum interitum paruipendes? tù fortaſſis hoc facies, ego autem non ſolum hæc, ſed etiam ſpaſmum, hydropemque ſanguinis euacuatione ſæpiùs ſum medicatus: in hunc enim modum erudiuit me tùm longa experientia, tùm ratio ipſa, quæ mihi ſuggeſſit, vt occaſionem ipſam, eiuſque momentum ſic inueſtigarem.

CAPVT XXXIX.

Hæmorrroides continent ſanguinem melancholicum: per retentionem ſanguinis hemorroidalis fit hidrops.

Auicennas lib. 3. f. 17. tract. 1. cap. 2. De hæmorrhoidibus. Et plurimùm quidem generantur hæmorrhoides ex melancholia, & ſanguine melãcholico,& parùm generantur à phlegmate,& cùm generantur,ab eo generantur, quod ipſæ ſint veſicę, & quod ſint veſicæ ventrium piſcium. Et plurimis quidem habentibus hemorrhoidas adeſt color proprius eius, & eſt citrinitas declinans ad viriditatem.

Cap. vero 3. de cura hæmorrhoid. Et ſcias quod in ſanguine, qui currit ab hæmorrhoidibus, & ex ano eſt ſecuritas ab herpete, & mania, & melancholia, & epilepſia melancholica, & eriſipelate, & ab illis, quæ ſunt ſicut milium, & à cancro; & excoriatione, & ſcabie, & lepra, & pleureſi, & pulmonia, phreniſi. Ità *Hipp. lib. de humoribus in fine, & etiam in lib. 2. epid. 2. & idem Auic. lib. 3. f. 17. t. 4. cap. 19. verſus finem.* Et melancholia quidem reſoluitur per hæmorrhoidas,& varices.

Hippoc. lib. 4. apho. 25. Sanguis quidem ſuprà qualiſcumque fuerit, malùm; infra autem ſi niger deijciatur: bonum.

Gal. in comm. Quare, quod legimus,bonum, non tamquàm propriè dictum, ſed tamquàm meliùs ſignificaret, eſt accipiendum. Re vera enim hoc eligibilius,quàm per os quocumque modo ſanguinem ferri: poſſumus enim vocabulum (nigra) ſic accipere, quemadmodum ipſe in epidemijs dixit de sãguine ex venis,quas hæmorrhoidas

vocant

vocant profluente, tàmquàm ſanante melancholicas paſſiones. Re vera enim iam factæ melancholiæ maximum eſt remedium ſanguis ex his venis profluens, quam etiam, ſi futura ſit, prohibet: ſic itaque nobis intelligentibus ſermo talis erit: ſanguis ſuprà qualiſcumque fuerit, malum, infrà verò per hæmorroidas, bonum: quoniam nigra euacuantur: hoc eſt, quando hominis natura multum talem accumulatum habuerit ſanguinem, aliter autem non eſt aſſuefaciendum ei, quæ fit per hæm orrhoidas euacuationi, vt quæ periculoſam habet vtramque iminoderantiam, ſiuè ſupra modũ ſanguis excernatur, ſiuè ex toto ſupprimatur.

Hipp. lib. 6. aphh. 11. Melancholicis ;& renum vitio laborantibus, hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

Gal. in comm. Non ſolùm ratione euacuatione hæmorrhoides ſanant huiuſmodi paſſiones, ſed ipſa qualitate humoris euacuati: hæ etenim ſanguinem craſſum conſueuerunt euacuare humore melancholico plenum, talem habente conſiſtentiam, qualis eſt in vinis fæx. Quarè nihil mirum, ſi melãcholiæ,& renum paſſionibus conferunt hæmorrhoides, vt quæ humorem fœci ſimilem euacuare natura ſint aptæ.

Lib. 6. Apho. 12. A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, niſi vna ſeruetur aperta, periculum eſt, aquam inter cutem, vel tabem adnenire.

Gal. in comm. hæmorrhoides fieri eſt impoſſibile, abſq; hoc,quod propter multitudinẽ,& craſſitiẽ ſanguinis,ora quarundã venarũ aperiãtur,hepate ad ipſas reponẽte fęculentũ ſanguinẽ, & melancholicũ:ſi quis igitur ei hoc intercludat iter, ſimul duritiẽ in hepate facit, ſimul multitudine grauans, ac craſſitie calorẽ in ipſo natiuum extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus

in quibus multa ligna ſuper ingeſta ſuffocant ignem, atque extinguunt. &c. non fruſtrà igitur conſulit, vnam ſaltèm ſeruare hæmorrhoidem apertam, vt per hanc euacuetur fæculenta, ac vitioſa materia hepatis præſertim, in quibus ſolita eſt tempore longo per tales venas excerni.

Lib. 6. *Apho*: 21. inſanientibus, ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperueniunt, inſaniæ ſolutio.

Galenus in comm. Hic inſaniam illam, quæ propriè melancholia dicitur, vocat: non illum, qui fit ex bile, furorem. Sunt autem varices venæ latiores in coxis, & cruribus, quæ ex craſſo, & melancholico ſanguine contingunt, adeo vt, pellente natura ad partes ignobiliores eos, qui inſaniam efficiunt, humores, præſertim cùm melancholici fuerint, ac craſſi, dictarum paſſionum generatio ſequatur, & inſaniæ ſolutio.

Galenus lib. 4. *de ſanit. tuenda cap.* 4. quibus ſanguis per hæmorrhoidas profluere aſſuetus eſt, nulla alia præmiſſa ſanguinis miſſione, per hæmorrhoidas euacuandus eſt: & hoc caſu tantùm valet, quantùm venæ ſectio.

Auicennas lib. 3. *f.* 17. *de cura hæmorroid.* & quando retinetur ſanguis ex hæmorrhoidibus conſuetus, timetur aliqua earum ægritudinum, & timetur hydropiſis propter illud, quod accidit in hepate de apoſtemate malo, & duro & corruptione complexionis.

CA-

CAPVT XL.

Purgatio est maxima à morbis preseruatio.

HIppoc. lib. 6. Aphor. 47. Quibuscumque venæ sectio, aut purgat o cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet.

Gal. in comm. Nos itaque plurimos ita seruauimus, qui longo antea tempore singulis annis morbis capiebantur: atque podagra,& morbum articularem adhuc incipientem, & non dum poros circà articulos facientem ex tali euacuatione multis iàm annis fieri prohibuimus: eodem modo, & sanguinis spuitiones, & morbum comitialem, apoplexiam,melancholiam, & alias huiusmodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationem sustulimus: venæ itàque sectio commune auxilium est earum, quæ ex plenitudine fiunt dispositionum. purgatio, quàmuis, si secundum genus inaudias, vnum quoddam auxilium existat, non tamèn secundum speciem: nonullis siquidem cõferre,humores pituitosos euacuare,nonnullis vero amaram bilem,nonnullis atram, alijs serosam superfluitatem,secundum naturam earum,quę consueuerunt superuenire, passionum: veluti quidam singulis annis incidit in melancholiam, nisi purgaretur, &, mira res est, quomodo morbo iàm inchoante, statim homo præsentit primam eius generat onem, & me vocato, purgatis humoribus atris,cesset protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc omnia eueniunt, quod & superfluitates expelluntur,&quod ex acritudine eorum,quæ excernuntur, parumper aperitur os venę, quam vocant hæmorrhoida, per quam excernitur

pars aliqua ſanguinis vitioſi conſueti euacuari, quo retento, ſuperuenit melancholia: purgo igitur ipſum, non vere modo, ſed et autumno, & ſicuti dixi, ſi ex contẽptu aliquando purgationem omiſerit, & morbum non anticipauerit, caſus præſentit paſſionis. Sic & mulierem quandam ſingulis annis vere inchoante ſimiliter euacuans, cùm aliquando tumorem cancroſum in mammilla pateretur, forti, atque frequenti medicamento purgante atram bilem, ad ſanitatem perduxi, & ſi aliquando purgatio omitteretur, dolorem profundum ſentiebat, & me vocato, ſtatim volebat euacuari. In altero Elephantem inchoantem primùm per venæ ſectionem, & purgationem ſeruaui, & ſingulis annis huic ſuffecit vna purgatio, & ea omiſſa, ſtatim paſſio innoteſcit; morbi itaque huiuſmodi atri humoris exigunt purgationem: comitialis autem, & apoplexia, & aſthma, pituitoſi, articulares autem, ſi cùm multa fuerint caliditate, amaram bilem volunt euacuari, ſi verò cum frigidis humoribus, pituitam. Quidam alius tempore æſtiuo ſemper febribus tertianis corripiebatur, ſed multis iam annis non febricitauit, quoniam à nobis purgari circa finem veris anticiparit. Sic enim melius eſt, tales euacuare, ſicut illos, quos morbo comitiali, apoplexia, & melancholia, & articulari, & alijs paſsionibus, quæ ex craſſis humoribus generantur, præſtat circà veris initia euacuare.

Galenus lib. 2. de diff feb. cap. 4. de preſerv. à febre peſtilenti. Quæcumque autem corpora munda ſunt, ac ſuperfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla minimum mali ſentire, itaut facilè ad naturalem habitum habeant regreſſum.

Gal. l. 5. de locis affect. cap. 6. Loquendo de caſu iuuenis Grammatici Diodorinomine, qui frequenter in morbum comitialem per conſenſum ab ore ventriculi ortum incidebat. hæc ait!

Itaque

Itaque quolibet anno bis, aut ter etiam medicamentum amarum ex aloe ei exhibui; totum enim ventrem à ſuperfluitatibus purgat, & ad proprias actiones roborat, atque vir ille totis viginti annis, quibus poſteà ſuperſtes permanſit, integra, inculpataque valetudine vitam exegit; quod ſi aliquando ob ingentia negotia diutiùs à cibo abſtinere cogeretur, breuiſſima quadam conuulſione vexabatur. Iam alios quoque vidimus conuulſione comitiali ob oris ventriculi vitium correptos, quum autem non probè concoxiſſet, aut vini, & quidem meracioris plurimum potaſſent, aut veneri, vbi immodicè operam dediſſent, quin etiam per febres quaſdam conſpeximus de repentè conuulſione prehendi, nullo, quod eam præſagiret, præcedente indicio: qui bilioſo ſuperueniente vomitu, protinus ab omni noxa liberati fuerunt. Atque hoc modo affectorum nonnulli res quaſdam fuſcas vomendo reiicierunt: alij humorem pori ſucco ſimilem: quidam etiam vitioſiorum eduliorum copia grauati, ſoporoſi permanſerunt, donec ea, quæ os ſtomachi opprimebant, omnia euomiſſent.

CAPVT XLI.

Aſſumpta conueniunt, vbi tenuia laborant inteſtina, iniecta verò quando craſſa, cùm partes ſuperius poſita laborant, per ea, quę eduntur, & bibuntur ſunt curandę, cùm inferiores perclyſteres infuſos, venter ad ſe trahit alimentum, ventriculus duos habet meatus, vnum per quem vomuntur humores, alterum, per quem delabuntur ad inferiora. de partibus, qua purgantur ſupernè, vel infernè.

Gal. l. 6. de locis affect. c. 2. Cœterũ nõ mediocriter cõducit ad curationẽ noſce, in qua parte inteſti-

ſtinorum conſiſtat vlcus, nàm ſi inſuperioribus intestinis eſt, ab epotis medicamentis præſidium petendum eſt: ſi verò in humilioribus, cliſterem ſubijcere conuenit.

Gal lib. 12. *meth: med: cap.* 8, proponendo cuiuſdam, qui patiebatur, dolorem colicum propter delapſum mordentis humoris à ventriculo, ità habet. Ex quibus cùm conijcerem in ore mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibere. poſtquàm protinùs tale quid euomit, quale, ſi ipſe facere velles, floridiſſimam ęruginem aquæ miſceres. cùm igitur talis humor in ventriculo conſiſtit, vomitu eſt expellendus: cùm in inteſtinis injcere per ſedem conuenit, quod eluere huiuſmodi humorem ſit aptum. àt id deterſiuum ſit, omninò oporteb:t: cùm autem talium plurima mordeant, commodiſſimè ex his aliquid eligeretur, cui morſus abſit, eius generis maximè eſt ptiſanæ cremor.

Gal. lib. 5. *meth: med: cap.* ij. Hinc rursùs, quæ in ventriculo, pectore, & pulmone vlcera conſiſtunt, per ea, quæ eduntur, ac bibuntur, eſſe curanda; quæ verò inteſtinis, bifariam, nàm quæ vicina ſunt ventriculo, his, quæ per comeſta, & bibita ſuccuritur; quæ verò inferiùs ſunt ſita, per ea, qnæ inijciuntur, quoniam neque ad ea, quæ vicina ſunt ventriculo ſubire poteſt, quod per ſedem infunditur: nec integris viribus ad inferiora pertingere, quod per os eſt ingeſtum. ideoque etiam, quæ vlcera in thorace, & pulmone conſiſtunt, tùm difficiliùs ijs, quæ ſunt in ventriculo ſanantur, vt quorum ſitus longiùs abſit, atque id circò medicamentorum vis remittitur: tùm propter hoc ipſum multò valentiora ea, quæ deuorantur, præſidia requirunt, quàm ſi ipſis ſtatim vlceribus admouerentur. Veniriculus vtrimque purgari poteſt, ſurſùm per vomitum,

tum, deorſum ſecundùm naturam.

Lib. 13. *meth: med: cap.* 17. Cum partes ſuperius poſitæ laborant, per ea, quæ eduntur, ac bibuntur, cùm inferiores, per id, quod ſit per cliſterem infuſum. Quandoquidem, quæ eduntur, ac bibuntur, eorum vis antèquam ad inferiores partes perueniat reſoluitur. quæ infuſa ſunt, ea omninò ad ieiunium vſque aſcendere non poſſunt: immò etiam ſi admodùm nitaris, fortaſsè tenue tantùm inteſtinum contingant. ergo illud quoque ex partium poſitura didicimus, nempè inferioribus inteſtinorum aliquid eſſe per cliſterem infundendum: ſuperioribus verò, atque etiam ipſi Ventriculo, lieni, & ſtomacho ſupernè aliquid exhibendum.

Hippoc. lib. 4. apho: 18. ſuprà ſeptum tranſuerſum dolores purgatione indigere per ſuperiora ſignificant, quicumque vero inferiora moleſtant, per inferiora.

Gal. in cõmm. Nunc enim dicit, quod ſecundum humorum infeſtantium inclinationes oportet etiam facere euacuationes.

Galenus lib. 4. *apho: comm.* 12. Sola enim euomi natura apta nata ſunt, quæ in ventriculo continentur, in inteſtinis nihil poteſt per vomitus euacuari.

Auic. lib. 3. *f.* 16. *t.* 2. *c.* 7. & oportet vt cures. ſicut ſciuiſti, illud, quod eſt inteſtinis ſuperioribus cũ ebibit:s, & quod eſt in inferioribus cum clyſteribus: & quod eſt in medio cum vtriſque curis.

Galenus lib. 3. *de cauſis ſympt. cap.* 2. Ac venter quidem cùm pro naturæ lege ſe habet, trahit quidem ad ſe ſupernè per ſtomachum, deorsùm verò excernit: cùm verò præter naturam eſt affectus et ã ad inferioribus aliquid capit: nã & cliſteris aliquid nonnullis in Ventrem ſubijt, ità vt vomerent. præterea ſtercu in lethalibus ileis. Satiùs enim eſt

exi-

existimemus, eum in huiusmodi affectibus non trahere, sed quod ab intestinis violenter retrudentibus ascendit, dumtaxat recipere. Quippe in intestinis, complexio, compressioque est, qua vsa nutrimentum ad inferiorem suum exitum propellunt: in quibusdam tamen affectibus, cùm constringendi, complectendique motus infernè incipit, ea, quæ in ijs continentur, sursum feruntur.

Auicennas lib. 4. f. 7. tr. 4. cap. 3. Clisteres corpus impinguare, ait.

Galenus lib. 2. de locis affectis cap. 9. antè medium caput. At verò Ventriculus duos habet meatus, vnũ, per quem natantes in ipso humores euomuntur: alterum per quem humores ad inferiora delabuntur, verùm id, quod in eo vitiosum inuenitur supernatat magis, ac reiectione reici consueuit. Reliqua per intestina deijciuntur: veluti renum vesicæque excrementa meiendo excernuntur: cerebri verò redundantia per nares præcipuè, nonnumquàm verò per palatum, & aures vacuatur; igitur sedes affectæ dignoscuntur, & ab accidentibus, & ab actione læsa, & excrementorum qualitate, & à tumoribus præternaturam, & doloribus, & à caloris vitio, quod sequitur, vel in vniuerso corpore, vel in vna quapiam parte, vel duabus, idque maximè in oculis, & lingua.

Ità Celius Aurelianus lib. 4. cap. 3. Et si vlcus fuerit in crassioribus, & densioribus intestinis vtẽdum medicaminibus potis: etenim quæ inferioribus clistere inijciuntur, hęc magis patientibus aptanda sunt locis, &c.

Galenus lib. 2. ad Glauc. cap. 2. loquens de indicatione situ. Et quidem laborantibus gibbis hepatis partibus, quod per vrinam trahere oportet: concauis autem per excretionem inferiorem, situs ipse visceris indicat: atque etiam thoracem, & pulmonem per tusses expurgare: Ventriculum, & sto-

ſtomachum per vomitus: inteſtina autem per inferiorem excretionem: quemadmodum & ſplen, & renes per vrinas: locos autem muliebres per meſtruas purgationes: cerebrum autem, atque eius membranas per palatum,& gargareonem,& renes, ſed quod & ijs, quæ in ſuperficie ſunt,partibus talia medicamenta apponere oporteat, qualibus egeat paſsio: ijs verò quæ in profundo ſunt, & quas per multa interpoſita debeant eorum virtutes attingere, non qualia nunc,ſed futura ſint, ex ſitu membroſum agnoſcimus.

Gal. lib. 6. de loc. aff: cap. 4. ad finem. Igitur cum vrina expurgantur gibbæ hepatis partes, & omnes quot quot his ſuperiores: per aluum verò pars lecinoris caua, inteſtina, ventriculus, lien: præter has aliæ quædam fiunt purgationes, ſed rarò, vt cùm thorax, & pulmo per aluum purgatur: quæ infra ſeptum tranſuerſum ſunt partes per vrinas: quorum cauſam cùm nonnulli ignorent, neq; id vnquam incidiſſe viderint, quod à multis viſum eſt, negant fieri poſſe, vt abſceſſu interim in pulmone orto pus expurgari per renes poſſit: nos verò pulmonis vomicam per vrinam, thoracis autem per inteſtina, & aluum expurgari vidimus: quàmquàm in primis ex pulmone per renes tranſitus, nullam re vera dubitationem excitare debeat. Etenim, vt à caua vena, ità ex magna quoque arteria rami deſcendunt ad renes.

Gal. lib. art med. c. 99. in fine. Promptius enim per ventrem quidem expurgantur quæcumque in primis venis continentur ſuperfluitates, quæ autẽ in his, quæ in hepate ſunt, per vrinæ meatus, at quæ in toto corpore per ſudorem: ſicut quæ in capite, vel per palatum, vel per nares,vel per vtramque: quæ verò in ſpacijs thoracis laxioribus per guttur ſimul cum tuſſi, quæ in renibus, vel veſica per vrinam.

CA-

CAPVT XLII.

Natura iuuat in morbis, medicus verò est Adiutor.

Auicennas lib. 4. f. 1. tract. 2. cap. 7. iuuans est virtus, non medicus, horum omnium opifex natura est.

Galenus lib. art med. cap. 87. Medicus est imitator, & adiutor naturæ.

Hippoc. lib. 6. epid. sext. 5. Naturæ sunt morborum medici, & idem *Hippoc. lib. de alimento*. Natura iuuat omnia omnibus.

Hippoc lib. primo Apho: 1. Vita breuis, ars longa. occasio præceps, iudicium difficile. experimentum periculosum, nec solum se ipsum præstare oportet oportuna facientem, sed Ægrum, assidentes, & exteriora.

Gal. in comm: inquit, quod ly exteriora, significat, quod natura sit bona adminiculatrix eorum, quæ facit medicus: vel habitationes.

Hippoc. lib. 1. *apho.* 20. quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare, siuè medicamentis, siuè alijs irritatementis oportet, sed sinere.

Gal. in comm. Vbi igitur, inquit, vel integra iudicatio facta est, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi verò indeficienter iudicatur, id, quod deficit, supplere nos conuenit. hoc autem, & ipse dicebat in lib. de humoribus per hæc verba; quæ perfectè iudicantur non mouere, neque medicamentis, neque alitèr irritando, nouare quicquam.

Lib. 1. *apho.* 21. quò natura vergit, eò ducere oportet per loca conferentia.

Gal.

Gal. lib. 1. *apho: comm.* 2. quæ rectè à natura fiunt, medicum imitari oportet.

CAPVT XLIII.

Cui magis vrget est incumbendum : Symptoma, vt symptoma, sui curationem non exigit, ex morbo fit morbus.

GAl *lib.* 3. *meth: med: cap.* 9. cui magis vrget est incumbendum.

Gal. lib. 3. *meth: med: cab.* 12. Primum namque in eiusmodi complexu aestimabis, à quo maximè discrimen Ægro impendere videatur : Secundo loco, quid, quæue ex his causæ rationem obtineant; & quæ ab ipsis efficiantur : tertiò quæ sanari alia, possint, & quæ non possint: veluti de vlceribus, quæ vnà cum phlegmones consistere ostendimus. vbi namque à quoquam affectuum non leue periculum instat, ad id, quod vrget dirigi primum curationis consilium debet. vbi aliud efficiens, aliud, quod ab eo efficitur, ipsa causa spectanda. àt vbi curare hoc antè illud non licet, ad id, quod ordo dictat, est respiciendum. atque in eo quidem curationis consilio, quod ab vrgente initur, affectus magnitudo perpendenda est. ea triplex est, alia quæ ex loesæ actionis præstantia spectatur : alia quæ ex propria affectus essentia : & tertia præter has; quæ ex facultate, quæ lœsum corpus gubernat, æstimatur. vide textum

Galenus lib. 1. *aphoris. comm.* 16. Plures enim copulatos affectus tantùm habere communem curationis indicationem : quantum copulabuntur nobis, vel ei, quod magis vrget, obuiantibus, non tamèn alterius cura omninò post habita, vel omnibus pari studio succurentibus.

Gal.

Gal. lib. 12. *Meth. cap.* 1. *in principio*. At genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus est signum: ipsum tamen nullam seorsùm curationẽ exigit, vtpotè cum affectu, vndè nascitur, vnà cessans; vt enim in summa dicam: nullum symptoma, quà symptoma est, nec curationis rationem indicat, nec primum immutat. Monstratum enim est ex morbis ipsis curationis indicationem præstari, veluti ex causis ipsis prouidentias: ex accidenti tamen symptoma quoque curandi rationem aliquando mutat, causæ scilicet rationem eo tempore habens: Ergo si resoluantur vires, non tamen vehementer sint iam resolutæ, sed ad huc resistãt, ad symptomata tantùm sumus attenti, atque idquàm primùm submouere studemus: sin iàm resolutæ vehementer vires sint, non modò symptoma sedare, sed etiam illas firmare properamus, quod si vno remedio tùm symptoma leniri, tùm morbus curari queat, id vtique non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere, sed omnis huiusmodi auxiliorum species planè morbi curatio est.

Gal. lib. 1. *ad Glauc. cap.* 14. *in principio*. Quæ verò cum accidentibus sunt, non æquè simplicem exigunt curationem, at pro viribus metiendum est, quanta sit febris, quantumue ex accidentibus periculum immineat, atque ad id, quod vehementius, ac difficilius est, intendendum, non post habita omninò etiam alterius cura.

Age enim si quis febricitet, & adsit plethorica dispositio, verùm ex recentibus cruditatibus sit, ac morsum sentiat, afflictumque os ventriculi, vel etiam si humorem aliquem malum euomerit, & in huius transitu non parùm fuerit offensus, adeò, vt grauiter se habeat, atque anxiè: numquid ad febrem respicientes, solam multitudinem vacuare tenta-

tentabimus, quod alioquin sine molestia facere-mus, an prius ori ventriculi prouidebimus, ac deindè postquàm circà hoc benè se habuerit, quam contigerit, totius corporis euacuationem faciemus? Mihi quidem ita agendum videtur. Multos itaque sœpius vidi, qui ita affecti erant, quosdam interijsse, nonnullos ad extremum periculum fuisse perductos, cum medici eos euacuare tentassent, antequàm os ventriculi corroborassent.

In omni intemperie, & in omni morbo, qui a causa pendet, curam priùs à causa auspicandam esse.

Galenus lib. 5. Meth. cap. 1. Medendum vero primùm esse causæ, quæ in temperantiam adhuc foueret. post hanc verò ipsi, quæ iam facta esset, intemperantiæ. Quippè hanc communem indicationem esse omnium, quæ ex causa quapiam oriantur: ostendimus autem, tum ab vlcerum differentijs diuersas preberi indicationes, tùm eas, quæ à laborantis corporis temperamento sumuntur, diuersam ab his habere rationem.

Galenus lib. 1. de diff. morb cap. 7. Sæpiùs enim ex morbo alter contrahitur morbus.

Gal. lib. 2. Meth: cap. 1. *in principio.* Verùm quoniam omnibus in confesso est, primas indicationes ex affectibus esse sumendas.

Et lib. 5. Meth. med. cap: 10. Ego nàmque existimo, primùm expurgandam esse immundorum vlcerum sordem: implenda verò carne, esse quæ pura, & sinuosa sunt.

CAPVT XLIV.

Quantum quis à naturali ſtatu receſſit, tantùm opus eſt refrigerare, calefacere, humectare, vel exſiccare.

Gal. lib. 9. Meth. Med. cap. 14. in fine, & eodem lib. 9. cap. 15. Quantitatem verò ex conferendo cum naturali habitu morbum, quippè quantùm is à naturali habitu receſſit, tantùm opus eſt, ægrum refrigeres, & humectes.

Galenus lib. 4. de ſanit. tuenda cap. 4. in principio. Atque ex his quidem de mali ſucci quantitate coniecturam facere oportebit, ac remedium ad menſuræ eius quantitatem proportione inuenire, mediocrius, ſi omninò ſit exiguus, & ad cutem tantùm collectus: valentius, ſi multus, & in profundo.

Gal. lib. art. med. cap. 86. Quæ itàque ipſius temperaturam conſeruant, tantum à cauſis optimę temperatæ naturæ diſtabunt, quantùm, & totiùs corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora ſiquidem corpora calidioris victus rationem expoſcunt: frigidiora autem frigidioris, & ſicciora ſiccioris, & humidiora humidioris: ac ſecundùm coniugationem, calidiora, & ſicciora, calidioris, & ſiccioris, & eadem in reliquis coniugationibus proportione ſeruata.

Gal. lib 1. *de comp. med per genera cap.* 8. Si enim, exempli gratia calidum aliquem affectum velimus curare, primùm quod cognoſcere oportet, eſt ratio illum curandi, deindè quod id, quod eſt primo gradu calidum, illi eſt adhibēdum, quod frigidum primo item gradu eſt.

Gal. lib. 9. met. med. cap. 15. Neque enim ſatis eſt calido affectui admouiſſe frigidam, niſi id fiat in debita menſura.

CA-

CAPVT XLV.

Pars artis Medicæ, quæ tractat de ſignis eſt coniecturalis, & in certa. in medendo oportet cognoſcere materiam cuiuſque rei exhibendę, tempus dandę, qualitatem, & vſus rationem.

PArtem artis Medicæ, quæ tractat de ſignis eſſe admodùm coniecturalem, & incertam docet. *Gal. lib. 2. de rat. vict. morb. acut. ſuprà tex. 2.* Verùm cùm præfata omnis dignotio coniecturalis ſit, & non ſcientifica, non recta; compertaque, præſertim, vbi corporis imo ſita ſit, quæ dolore afficitur, particula, ab his inchoare te oportet, quæ quàm cœtera magis, auxilio eſſe tibi videbuntur.

Et Hippoc. lib. 1. aph. 1. Vita breuis, ars longa, iuditium difficile, experimentum periculoſum, &c.

Gal. lib. 1. de tuenda ſanitate cap. vlt. In quo etiam promittit, ſe in ſequentibus voluminibus ſignificaturum. In medicando oportet ſcire materiam cuiuſque rei exhibendæ, tempus, quo exhibeatur, tùm qualitatem, tum vſus rationem tradere, ità vt iàm materia tantùm, ſit ſed ſanitatis conſeruandæ cauſa.

Gal. lib. de vocalium inſtrum. diſſect. cap. 1. Quicumq; ratione curaturus eſt, cauſas is, tùm actionum noſtrarum ſecundum naturam, tùm affectionum præternaturam, & illas ſeruare, has è corpore reijcire poſſit, cognouiſſe debet: modos item ſecundum quos actio fit, & locos, in quibus, & inſtrumenta, per quæ: actionis autem modus cognitus promptiores ad opitulandum nos reddit: nimirum, quæ naturæ opera imitemur, locus localiter opitulari nos docet, ne illæſis particulis, tamquàm affectis, frustrà moleſtiam inferamus, affe-

ctisque tamquàm sanis non opitulemur: instrumẽta denique propriam, ac suam cuiusque ostendunt curationem: alio enim modo neruus affectus, alio cartilago, & alio carnosum genus curatur.

Galenus lib. 3. de sympt. causis cap. 1. Versus finem. Oportet autem medicum non solùm symptomatum agnoscendorum facultatem habere, ac generationis eorum inueniendæ peritum esse, sed etiam modi, quo generantur, qui inter effectricium causarum differentias numeratur: neq: enim illud tantùm scisse, an venter omninò non concoxit, par est, nisi etiam norit, quam ob rem id acciderit, vtrũ ne propter nimiam concoquentis facultatis imbecillitatem, an copiam aliquam immodicam, an pessimam aliquam ciborum. qualitatem. quippè symptoma, quod ex cibis oritur, ex facili corrigitur: quod autem ex vltimo virtutis incidit collapsu, in lyenteriam, aut tympaniam hydropẽ firmatur. In venis quoque cibi ratione, non solum sanguinis frustrationes existimare conueniet, sed etiã, qua ex causa ea contingat, vtrùm ne ex sanguificę virtutis imbecillitate, an ex multitudine succorum crudorum, frigidorumque, qui à ventriculo digerantur: quippè hoc facilis sanationis est. Illud in hidropem terminatur.

Galenus lib. de const. artis med. cap. 12. *primis verbis.* Igitur curandi ratio, ac via à sanorum, atque ægrorum corporum dispositione auspicatur.

Et eodem lib. de const. art. med. 13. *primis verbis.* Primùm itaque est curatricis rationis, ac viæ communem scopum omnium, vti dictum est, respicere, nempè contrarias esse contrariorum medelas: Secundum, substituere in vnoquoque genere contraria: tertiò adhæc æstimare, quando à nobis, aut natura scopo, quem præfert indicatio, satisfieri opere valeat: quando verò aut omninò, aut pro tempore, aut ex parte non possit.

In principio morbi pertinet ad Medicum diligenter omnes ſcopos inſpicere, vt ille probè intelligat, quid primò, quid ſecundò, quid tertiò loco ſit faciendum.

Gal. lib. 6. epid. comm. 5. ſuprà tex. 1. Quodnàm igitur dignitate primarium ſit, quod ſecundas, quod tertias habeat inter hæc omnia, quæ ſanitatem facere diximus, contemplari conuenit, eò etiam magis, quod & alia quedam, per quæ morbi curantur, accedunt, quorum omnium ſecundum dignitatem ordinem internoſse præſtiterit.

CAPVT XLVI.

De regula in euacuando corpore per medicinas; medicamentum purgans purgat attrahendo: ſternutamentum fit, capite calefacto cerebro, aut humectato: vena facilè ſanguinem producunt.

AVicennas *lib.* 1. *f.* 4. *cap.* 4. Et febrem quidem habentis ventrem ſoluere melius eſt, quàm facere, vt ipſe euomat, & cuius humor deſcendens fuerit lyenteriam habentis, facere, vt euomat, eſt inconueniens. Somnus quoque, qui cùm poſt ſolutionem ventris, aut vomitum fuerit multus, demonſtrabit, quod euacuatio iam perfectè mundauit corpus, & contulit. Et ſcias, quod cùm poſt ventris ſolutionem, aut vomitum ſitis fuerit fortis, maximã, & vltimã purgationis bonitatẽ ſignificat.

Hipp: l 4. *aph.* 19. Qui in medicamentis purgati non ſitiunt, non quieſcunt priùs, quàm ſitiant.

Auic. loco ſuprà citato. Scito etiam, quod medicina ventris ſolutiua expellit illud, quod euacuat cũ virtute attractiua, qua attrahit eundem humorẽ,

& fortaſsè attrahit groſſum , & relinquit ſubtilem, quemadmodum facit illa , quæ melancholiam expellit .

Hipp. lib. 1. *de nat. humana tex.* 31. Medicamentum enim, vbi ſubierit corpus , primùm quidem id attrahit,quod ſibi ſecundùm naturam eſt ex ijs, quæ corpori inſunt, ad hæc verò reliqua , & attrahit, & purgat, nun ſecùs, ac ſtirps, ſeminaque, vbi ſubierint terram,trahunt ſingula id , quod ſibi ipſis ſecundùm naturam exiſtit , qne terræ inſunt: meſt autem, & acidum,& dulce, & amarum,& ſalſum , omnigenumque. primùm igitur quã multum eius trahunt in ſe ipſa: quod maximè poſſunt per naturam , de hinc verò & alia : tale quid in corpore faciunt, & medicamenta: quæ enim bilem ducunt in primis ſanè ſinceriſſimam bilem purgãt, deinde commixtam . *Ità Gal. lib.* 1. *aph. comm.* 22. Singula verò medicamenta ſibi proprium attrahunt humorem .

Meſues lib. de canonibus vniuerſalib. Medicina laxatiua peruenieus ad ſtomachum adit humorẽ , quem euacuare debet penetrando ad ipſum virtute attractionis ſigillata in ipſa,attrahit eligens , quod ex humoribus eſt ei proprium attrahere , & eſt comparatio operationis eius ad materias, comparatio magnetis ad ferrum , charabe ad fuſtem & ad alia .

Auicennas lib. f. 4. *cap.* 5.Cumque aliquis medicinam ſolutiuam biberit , melius eſt , ſi medicina fuerit fortis,vt ſuper eam dormiat, antequam operatur, quoniam operabitur melius, & ſi debilis fuerit, melius erit ei, ne ſuper eam dormiat , quoniam natura digeret medicinam , cũm autem medicina operari cœperit , melius erit , ne ſuper eam dormiat, quocumque modo fuerit .

Amplius, cùm aliquis medicinam bibit , non illico ſuper eam ſe mouere debet, ſed debet quieſcere,

re, vt ipſam natura circumdet, & in ea operetur, quoniam niſi natura operata fuerit, non operabitur ipſa in naturam.

Duas medicinas in vna die ventrem ſoluentes coniungere eſt timoroſum,& extrà rectitudinem.

Omnis quoque medicina, quæ alicui humori eſt propria, cùm ipſum non inuenit,perturbabitur, & ventrem cum difficultate facit, ſimiliter, ſi ipsũ in ſuo contrario infuſum inueniatur, Omnis præterea medicina humorem in primis extrahit, qui ei eſt proprius, indè illum, qui eſt poſt ipſum in multitudine, & ſubtilitate.

Et lib. 1. *f.* 4. *cap.* 3. Soluere ventrem ſuprà ventris ſolutionem eſt timoroſum, & præter rectitudinem: vacuitas itaque ſine dubio euacuationẽ fieri prohibet.

Gal. lib. 1. *ad Glauc. cap.* 14. Stante vna euacuatione, non eſſe aliam tentandam. Sed neque ſi fuerit febris cum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione: verùm hæc ſola ſufficit, quàmuis nõ ſit pro multitudinis ratione: quicumque enim his plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerint, in grauiora pericula duxerunt.

Hipp. lib. primo prognoſt. in fine. Ex capite vehementer dolenti,quicumque ex ſuperioribus locis afficiatur, cucurbitulam admoueto.

Auic. lib. 3. *f.* 5. *t.* 6. *cap.* 13. Sternutatio eſt quidem cerebro, ſicut tuſſis pulmoni, & eis qui ſequuntur ipſum.

Hipp. lib. 7. *apho.* 51. Sternutatio fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani, aer enim intus contentus extra erumpit, ſonat autem, quoniàm per anguſtum ipſi eſt exitus.

Gal. lib. de theriaca ad Piſo. cap. 16. Nàm quando fortis natura fuerit, tunc & venter expe-

ditè concoquit cibos, & venæ facile sanguinem producunt, & iecur promptè bilem secernit, atque ità defęcatum sanguinem cor suscipiens, ipsum deinceps vniuerso corpori iam nutriendo idoneum submittit.

CAPVT XLVII.

Frictiones corpus euacuant.

Galenus lib. 14. Meth. med. cap. 7. versus finem. Dictum à nobis sœpè est de euacuantium auxiliorum facultate: ea sunt missio sanguinis, & purgatio, tùm per medicamenta, quæ subter expellunt, tùm per ea, quæ supra, siue ea vomitoria dicere mauis: præterea multa frictio, & omnis dimotio, item balneum, potissimum quod ex aquis sit digerentibus, sed & acria medicamenta illita per habitum digerunt, omniaque vno verbo, quæ calefaciunt, & exsiccant: ex accidenti etiam euacuare dicimus, & cibi abstinentiam, & potissimum vbi ambiens calet.

Lib. verò de venæ sec. adu. Erasistrateos cap. 9. Frequenti enim frictione non paucos istorum euacuauimus, cùm aliàs præ animi ignauia neque purgans medicamentum assumere auderent, neq; venæ sectionem sufferrent: præterea si auxilium hoc in omnibus sufficeret, fortè quis ipso venæ sectionis loco semper vti posset.

Hipp. lib. 4. apho. 2. Purgantia medicamenta talia è corpore debent educere, qualia sponte cuntia, vtile: quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Gal. in comm. Rectè igitur Hippoc, Consulit imitari naturam: est autem imitatio, in vnoquoq; mor-

morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in ſpõtinis prodeſſe euacuationibus: & paulo poſt; E genere autem ſuperfluitates abducentium ſunt, & quæ per tuſſim expurgant quæcumque in pectore, atque pulmone, & quæ per vrinas abducunt totius ſanguinis ſeroſam ſuperfluitatem, clyſterem quoque exhoc genere fecerit, & quodcumque aliud totum corpus æqualiter euacuans, quemadmodum, & venæ ſectio creditur euacuare & omninò ſanguinis excretio quæcumque,& quouis modo facta, ex talibus autem euacuationibus, & quæ per vterum fit, & per ora venarum ſedes, & quæ per exercitia, & frictiones, & per omnem motum,atque calorem,& balneas calidas, præſertim nitroſas, ſulfureas,& bituminoſas,& ex accidenti inedia,& hæc quidem omnia, videntur quidem totum corpus æqualiter euacuare.

Galenus lib. de præcog. ad Poſthumum cap. 3. At quoniam multæ ſunt viæ; quas natura expellendis excrementis aperuit, nam & vomitu reiecta, & ventris profluuium, & vrinæ multitudo, & ſudor plurimus, & ſanguis erumpens, & in mult s conſueta venarum ani apertio, ſubitò ſæpè corpus inaniunt, artis tuæ proprium opus foret,expulſionis genus mihi denunciare.

CAPVT XLVIII.

Curatio vlceris conſiſtit in exſiccatione. de regula in ſanandis vlceribus.

Galenus lib. 4. Meth. med. cap. 5. ex Hippoc. lib. de vlceribus. Vlcera madeſcere quæcũq; ea fuerint, niſi vino, non oportet: nàm ſiccum ſano vicinius eſt: humidum verò non ſano. Ideoq; ue- per totum librum cùm totius vlcerum curationis

finem ſiccationem ſtatuat, quæcumque probè, & opportunè purgata, ſemper ad ſiccius promouentur, ijs caro magna ex parte non ſupercreſcit, niſi ſi contuſa ſint. Si quidem vlceris, qua vlcus eſt, ſanatio mediocris ſiccatio eſt. quodcumque vlcus cœſim, percuſſiuè acuto telo eſt diuiſum, medicamentum enæmon, & ſiccans, & quod ſuppurare vetet, admittit, quæ ſine contuſione vulneratæ partes ſunt, quàm maximè ſiccare: quæ cum contuſione quadam ſunt lœſæ, ijs quàm primùm pus mouere.

Gal. lib. 3. Meth. med. c. 4. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter ſiccet, rurſùs mihi ad memoriam reuocabis, vt intelligamus, ſiccius ne eo eſſe glutinatorium debeat, an ſecùs ſanè, quod carnem producat, ſi totum, qui confluit, ſanguinem conſumeret, ipſam materiam creandæ carnis ſic adimeret. at glutinatorium, aut omninò carnis generatione non eget, aut planè exigua. quare plùs ſiccet, oportet, quàm quod carnem producat.

Gal. lib. 1. de comp. med. ſec. genera cap. 18. oſtendimus autem in lib. 3. meth. cap. 4. Omnia, quæ carnem generant medicamenta digerendi facultatem habere, multa etiam alia ſiccam obtinent virtutem, huiuſmodi vlceribus curandis accommodam.

Lib. 2. de comp. med. ſec gen. cap. 1. Quoniàm vlcera carne implenda pharmaco exſiccante, & detergente mediocriter ſine morſu indigere demonſtrauimus, conuenit eiuſmodi pharmacorum materiam, quæ nam ſit, in memoriam reducere.

CA-

CAPVT XLIX.

De vermibus, eorumque affectibus.

Avicennas lib, 3. fen 16. t. 5. cap. 1. de vermibus. Et non est generatio vermium ex omni humore, ipsi enim non generantur ex colera rubea, neque nigra, quoniam vna earum est vehementis caliditatis, quare non generatur ex ea vermis humidus, immò est contraria complexioni eius, & altera est frigida, & sicca longinqua à proportionalitate animalis, *& cap. 2. de spec. vermium*. & cum in habentibus vermes adest febris, accidentia sunt fortiora, & maligna, quoniam febris consumit cibum eorum, quarè mouentur ad quærendum ipsum, & figuntur in intestinis, & quoniam febris nocet eis in substantia ipsorum, & affligit eos: & propter hoc etiam eleuantur vapores mali ad cerebrum, & nocent ei: & quando vermes egrediuntur mortui est signum malum, &c. Et quandoque generantur propter vermes epilepsia, & colica, *& cap. 3. de signis vermium*, & quandoque accidit habentibus vermes rixa, & horribilitas locutionis, & quod ipse sit in forma irati malorum morum: & quandoque perducunt ad alienationem propter illud, quod eleuetur de vapor b s malis, & accidunt eis accidentia harabitus, & accidit eis stridor dentium, & propriè in nocte, & accidunt eis saltus in somno, & tremor, & clamor in ipso, & agitatio formæ, & ira aduersus illum, qui euigilat eos, & accidunt eis super cibum nausea, & tristitia, & intersecatur vox eorum, & quandoque fortes fiunt dolor, & ægritudo, cadunt, aut spasmantur, aut torquentur, ac si essent epileptici.

Alexander Trallianus lib. 7. cap. 11. ad finem. Frequenter enim lumbrici sursum ad os ventriculi

ascendentes cardiacos affectus, immodicas animi defectiones, & syncopas excitant, vt nonnulli statim, cùm à lumbricis roduntur, intereant, qua propter non semper repentinas oris ventriculi syncopas à grauis humorious fieri censendum est, sed etiam lumbricorum inditia requirenda, nam hæ bestiæ adeò repentinam mortem, & syncopas non minùs, quàm pernitiosi humores inferunt.

Hyppoc. lib. 1. *epid. sect.* 3. *agroto* 12. sexto die ad vesperam delirauit plurimùm, neque nocte dormiuit: septimo exasperata sunt omnia, verba plurima profundebat, neque se continere poterat, ex aluo irritata liquida cum lumbricis secessserunt nox perindè laborioſa fuit, vndecimo obijt.

Alex. Trall. 7. cap. 6. Nouì mulierem quamdam, quæ cùm multa, & immodica assumeret, omniaque concoqueret, & numquàm saturari se, diceret; rosionem verò in stomacho experiretur, & capite doleret: medicamentum ex hiera accepit, facta igitur euacuatione, vermen proiecit, qui longitudine duodecim cubitos, & plures habere putaretur: atque tunc immoderata, & furiosa appetentia conquieuit: innonotuit igitur, non famem, sed bestiam fuisse, quæ ad cibum sumendum compelleret, omniaque consumeret.

CA-

CAPVT I.

Quæ sunt loca euacuationibus conferentia, & Medicus debet aduertere naturæ inclinationem: euacuatio, quæ fit per rectitudinem partis laborantis, est bona.

HIppoc. *lib.* 1. *Apho.* 21. quò natura vergit, eò ducere oportet per loca conferentia.

Gal. in comm. Quæ nam sint illa, quæ ducere oporteat? nempè, quæ neque iudicantur, neque integrè sunt iudicata: hæc igitur per quam partem sint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationem: sunt autem conferentia euacuationibus loca intestina, venter, vesica, vterus, cutis vniuersa, ad hæc palatum, & nares, quoniam vel cerebrum expurgamus, vel per profluuium sanguinis excretio, præcipuèque si per directum hoc fit ad locum patientem: nam quæ contra fiunt profluuia sanguinis, mala sunt: inclinationes verò humoris noxij ad loca non conferentia fiunt, quando vel aliquem habuerint suaptè natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsecuturum, quàm morbi, qui iudicatur dignitas postulet, vel nullam habeant effluxionem: oportet itaque, Medicum naturæ inclinationem animaduertere, & siquidem idonea fuerit submistrare, & adiuuare, sin autem contrariè simul, ac noxiè fiat, prohibere, transferre, atque diuertere oportet.

Sicut

Sicut in pleuritidie, ità in alijs morbis in mittendo ſanguine rectitudinem partis laborantis ſeruandam eſſe docet *Gal. lib.6. de ſang miſſ. cap.15 ex Hippoc.* Quibuſcumque eruptio ſanguinis accidit, ſummum id commodum laborantibus affert, hoc autem, quod in rectum intelligitur, omnibus confeſſum eſt, cùm clariſſimè ſæpè numero hac vocevtatur in hoc ſignificato,&c.quibus verò è cõtrà euenit,nihil iuuat, aut etiam interdum nocet, quod vires ſcilicèt citrà morbi leuamen deijciat» atque exoluat: non enim ex liene turgente ex dextra nare erumpens ſanguis,nec in iecore ex ſiniſtra vllã fert vtilitatem, ſed reuulſio, quibus in directũ adhibetur euidentem vtilitatem celeriter oſtendit: quibus contrà, haud etiam: dextra igitur nare ſanguis erumpens ad dextrum hyppochondrion fixa cucurbitula clarè, celeriterque ſiſtitur, ſicut ad ſiniſtrum ex ſiniſtra erumpens. porrò reuulſionis cauſa, ſi venam ſeces in directè quidem oppoſitis ſanguini erumpenti citiſſimè videbis vtilitatem, at contrà ſeces, nihil profueris.

Galenus lib. de pręcog. ad Poſthumum cap. 3. At quoniam multę ſunt viæ, quas natura expellendis excrementis aperuit,nàm,& vomitu reiecta, & ventris profluuium, & vrinæ multitudo, & ſudor plurimus, & ſanguis erumpens, & in multis conſueta venarum ani apertio, ſubitò, ſæpè corpus inaniunt, artis tuæ proprium opus foret expulſionis genus mihi denuntiare: tùm ipſe cùm fluxutus eſt ſanguis, hæc & illa ſigna præcedunt, cum ſudor futurus eſt, illa, &c.

CA-

CAPVT LI.

Non est euacuandum per medicamenta, vel non est detrahendus sanguis ex parte laborante antè corporis euacuationem: in principio oportet repellere, & reprimere. impossibile est pharmaco ritè vti ille, qui vim ipsius non noscit; actiones sunt primò, & per se partium similarium, secundariò partium instrumentalium: humor cristallinus est primum visionis instrumentum; in omnibus internis inflammationibus in virium robore est salutis spes.

Galenus lib. 3. epid. comm. 3. supra ægrum. 5. tex. 76. Nam si quid tale sit, aut si plenitudo causa doloris antegressa videtur, quàm primùm hominem euacuato: tùm enim securissimè fluxiones reprimentia partibus dolentibus applicaueris: nàm si antè euacuationem id tentes, humorum abundantiam ad maximè principes partes retorqueb:s: immò ne fouere quidem, & lenire ante corporis vacuat onem partes dolentes licet: nàm sœpè ad partem affectam omnino ob ea remedia allicitur humorum affluentia, &c. Sin nulla ex præcedente victus genere esse, affluentia in corpore apparet, remedijs ad dolorem facientibus tutò vtaris, licet, fomentisque, ac medicamentis humidis, & calidis facultate, &c. qui si his non cedat relinquitur, vt totum corpus vacuetur.

Galenus lib. artis med. cap. 95. Quæcumque verò obstructiones, vel angustiæ meatuum alias sequuntur ægritudines, ab illarum curatione prius est incipiendum, &c. Si igitur corpus vniuersum plus æquo plethoricum fuerit, per patientem locum minimè euacuabimus: nàm si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plùs

ratio-

ratione excitati doloris attrahemus : si verò calefacientibus dispergere tentabimus , plus erit id, quod vi caloris ad partem attrahetur , quàm dispersum . quod si in eo laborabimus, vt quod influxit retrocedat, corpus plenum non admittet. ad hæc igitur ambo totum corpus euacuare oportet , aut omninò ad contraria loca retrahere, quod patienti particulę influit, quo profecto opere, prius è parte repellendum, quàm dispergendum . quantò enim per maiora fit , tantò expeditior est euacuatio. à patiente verò loco adstringendo, ac refrigerando repellemus, sedet exinanita loca trahunt ad se ipsa, quæcunque repercutiantur .

Galenus lib. 6. de comp: med. sec. locos c. 1. Prædidicimus autem, & priùs demonstratum habemus , inflammationes ex calidi sanguinis fluxu fieri. didicimus etiam, quod hunc influxum in princip o quidem reprimere , ac repellere oporteat , & præter quàm si ad partem aliquam principem recursus fit, atque illud quoddam malum grauius effecturus . verum nunc adeò nihil opus habemus eiusmodi terminationibus, sic nos enim vbi ad memoriam reuocauerimus, quomodo totũ corpus præparare ad curationem affectuum circà quamcumque partem consistentium oporteat , ad institutum progrediamur. Etenim venæ sectione vtimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia , vbi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorumdem malitia vitiatum : si verò neutrum horum adsit , statim ad curationem per localia remedia peruenimus . Impossibile enim est , pharmaco ritè vti eum , qui vim ipsius non norit , iuxtà cuius efficaciam auxiliatur , eodem igitur modo in inflammationibus in ore consistentibus communis scopus omnium ipsarum , si adsumpserit ex natura particulæ indicationem , reperiet primum em genus pharmacorum , quibus vti conueniet ,

ueniet, deinde consequenter etiam particulares in ipsis differentias, siquidem præcognouerit simplicium pharmacorum facultatem. genus igitur repellentium pharmacorum in principio inflammationum in refrigerantium materia situm est: &c. communis igitur scopus is est prohibendi incipientes inflammationes: alter verò à particulæ, quæ curatur, natura ipsi accedit. &c. & in fine capitis. quousque enim quicquam influit, idipsum repellere conuenit, vbi verò restiterit, concoctoria, afferre, & deindè consequenter discussoria. Manifestum enim quod per huiusmodi methodi vsum, nemo, qui simplicium pharmacorum facultatem nouit, vnquam auxiliorum inopia laborabit, siue per montes venetur, siue quid operetur in agro, siue in peregrinatione, quandoque præparatis careat Medicamentis.

Actiones primò, & per se sunt partium similarium, secundariò, & per accidens partium instrumentalium.

Gal. lib. 2. *meth: med: cap.* 6. quoniam actiones omnes à similaribus corporibus proficisci ostendimus, reliquas verò omnes singulorum instrumentorum particulas vsum quempiam ipsis præbere, duplex sanè erit morborum genus, alterum in partibus, alterum in totis organis. *ita lib. de const. art: med: cap.* 5.

Gal. lib. 3. *apho comm.* 17. *in fine.* Fiunt siquidem operationes per solidas animalis partes, quæ verè sunt eius partes. Humorem cristallinum esse primum, & præcipuum visionis instrumentum.

Galenus lib. 8. *de vsu part. cap.* 5. *in fine. & lib.* 10. *de vsu part. cap.* 1. At enim hæc quoque antè diximus, nec minus, quod humor ipse cristallinus primum videndi est instrumentum, cui rei argumento sunt certissimo, quæ à Medicis suffusiones appellantur, quæ interiacent quidem inter hu-

humorem criſtallinum, & corneam tunicam; viſionem aut impediunt quoad acu deprimantur.

Galen. lib. 10. *Meth. capit.* 5. Vnaque ſalus tùm pleuriticis, tùm peripneumonicis, adde etiam ſynanchicis, ideſt, qui angina laborant, eſt ipſum virium robur, non ſecus verò, & quibus vel iecur, vel ventriculum phlegmone obſidet.

CAPVT LII.

Omnis ſanguinis excretio eſt toto genere præternaturam, illa ſolum excepta, quæ per vterum in mulieribus accidit; refertur hiſtoria mulieris emaciatæ, cui ſanguis in magna copia miſſus eſt; ſanguis ſuperius miſſus menſes ſupprimit, in cruribus verò prouocat: omnes res præternaturam ſui indicant ablationem.

GAlenus *lib.* 3. *de cauſis ſympt. cap.* 2. Genus excretorum incidit, aut quod virtus aliquo modo ſit læſa, aut quod ex intempeſtiua vexatione, aut vexatione, aut vitiato motu excitata, aut propter inſtrumentorum aliquod recluſum; ruptumue, aut eroſum, ſicut ſanguinis profuſio nihil enim eſt deterius ab hoc cœpiſſe, propterea quod genere ipſo præternaturam magna ex parte videtur: præter enim eam, quæ in mulieribus per vterum erumpit, cæteræ præternaturam ſunt: illæ verò ſolæ multitudinæ aliæ ſunt, quæ ex corporis affectibus oriuntur, cùm ſcilicet alicui per nares ſanguis ſponte profluit, aut cùm aliquis ſanguinem, aut euomit, aut extuſſit, aut excreat, aut deorſum deicit, aut mingit. atque hæc quidem toto genere præter naturam ſunt. Mulieribus, aut ſicut dictũ eſt, qui ex vtero ſanguis profluit, toto genere præternaturam non eſt, ſed quantitate dumtaxat, &c.

Gal.

Gal. lib. 6. epid. comm. 3. ſuper tex. 29. Refert hiſtoriam mulieris æmaciatæ propter retentionem menſium, cui miſit ſanguinem copioſiſſimum, & ſanata eſt. verba ſunt. Atqui ego cuidam mu. lierculæ iàm octo menſes purgationis menſtruæ ſuppreſſione laboranti, extenuatiſſima cum eſſet, haud exiguo detracto ſanguine, breuiſſimo tem. pore proprium habitum reſtitui; ſicut alias non paucas eodem modo ad ſanitatem reduxi, &c. in muliere ſanè, quam memoraui, primo die ſanguinis ſexquilibram detraxi, rurſum poſtero die ſanguinis libram vnam, tertiò verò non multò plus ſemilibra, erant enim vnciæ octo.

Hippoc. lib. 2. de morbis mulierum circà prin. cipium. Quibus ſuperfluè menſes purgantur, laqueum immittas ſuprà cubitos,& poplites ſupra genua, &c. ità docet. *Cornelius Celſus lib. 4. cap. 20. de morbo vulvæ.*

Gal. lib. 2. ad Glauc. cap. 14. Oportet enim nexus fieri plures, ac fortiores circà manus, quando per inferiores partes fiunt euacuationes, quemadmodum quando per ora venarum hæmorroidum ſanguis profluit, aut ventris profluuia adſunt, aut cùm per vterum exeunt in mulieribus menſtrua: nàm ſi tunc crura fortiùs ligentur, ſæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur: contrà autem fit in fluxionibus ſanguinis factis per nares, atque vomitibus, crura ſunt vehementiùs alligan. da, & quidem qu buſcumque invulneribus ſanguis emanat eodem modo, ſi ex ſuperioribus partibus accidit, inferiores, ſi ex inferioribus, ſuperiores vinculis ſunt alligandæ.

Hipp. lib. 5. aph. 50. Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.

Res omnes, quæ præter naturam toto genere in corpore redundant, ſui ablationem indicant.

Gal.

Gal. lib. 14. *Meth. Med. cap.* 13. Nunc porrò tantulùm etiam de tumoribus, qui præter naturam consistunt est adijciendum, quòd quicumque ex his toto genere præter naturam sunt, ij sui ablationem indicent.

CAPVT LIII.

De sananda narium hæmorrhagia In sananda sanguinis hæmorrhagia sanguis per venam missus prodest.

Galenus lib. de curandi rit. per sang. missus cap. 15. *& lib.* 5. *Meth. Med. c.* 3. si resolutus Æger non sit, secta vena in cubito, quæ respondet nari, sanat. verba sunt: cum è naribus sanguis erumperit, id retinent maximæ in præcordijs defixæ cucurbitulæ, infigendæ autem sunt, si ex dextra nare profluit, super iecore, sin in siniſtra, super liene: si ab vtraque parte, sub vtroque sunt imponendæ viscere; quod si resolutus adhuc æger non sit, etiam vena excubito incidenda est, qui profusioni è directò respondet, vbi paulùm detraxeris, mox vnam horam intermittens, rursùs detrahes, post iterùm, atque iterum pro laborantis viribus: adhunc modum, & reliquas omnes fluxiones (quippè communis est ratio) tum ad contraria revocabis, tùm per vicina deriuabis: vtique quę per aluum fluunt, ea vel per vrinam, vel per vterum transmittens, & sic vice versa.

Hippoc. lib. 1 *prorrhect. tex.* 53 *comm.* 3. quibus è naribus copiosa, violenta, & multa fluunt, ad conuulsiones hi interdùm deducuntur: venæ autem sectio soluit.

Gal. in comm. dicit, se sæpiùs vidisse in eiusmodi hæmorrhagia conuulsos, & conuulsos propter refrigerationem factam à Medicis tentantibus retinere ap-

apponendo frigida ſuprà caput .

Vltima enim dictio Hippoc. ſignificat , quod in quibus vehementer ſanguinem profundunt , venæ ſectio ſoluitante ſanguinis profuſionem exhibita,& nos ſæpius auxilium experti ſumus perſpicuè ,immoderatam ſanguinis lationem ſiſtentes.

Auicennas lib. 3. fem. 5. t. 1. cap. 8.

Et flebotomia eſt melior res , qua retinetur fluxus ſanguinis narium .

CAPVT LIV.

Morbi principium eouſque durat , donec aliquod cœctionis ſignum apparuerit .

Galenus lib. 1. de criſibus c. 17. Neque enim fieri poteſt,vt morbus proprium ſtatum recipiat, non precedente principio,& aſcenſu nam in vniuerſum oportet cognoſcere, quod niſi manifeſtè appareat inditium coctionis , totum illud tempus intermedium eſt principium .

Gal. lib. 1. de diff. feb. cap. 9. Determino autem principium,non dierum,aut horarum numero,ſicuneque in alijs morborum generibus,ſed ipſa diſpoſitionis qualitate .

CAPVT LV.

Purgantia medicamenta in principijs morborum non ſunt danda : turgentibus morbis coctionem haud eſſe expectandam : ſi quis vult purgare corpus , oportet ipſum præparare : antè concoctionem non eſt purgandum : ſani non debent purgari.

PVrgantia medicamenta in principijs morborũ eſſe prohibenda ,quoniam coctionẽ impediunt

ità Hippoc. lib. 1. acut. tex. 4.

Gal. in comm. Reddens raticnem, ait, quia distrahunt naturam ab opere suo.

Galenus libello quos, quib. & quando purgare oportet. Oportet autem priùs quàm medicamentum purgans exhibeamus, crassos humores attenuare, tenaces diffecare, & meatus recludere, per quos traijci, atque deduci queant, si purgatio succedere optima debeat, cùm in reliquis, tùm præcipuè in elleborum assumentibus. &c. quod qui negligent, molestas obibunt purgationes, hoc est, non sine torminibus, interdùm, & vertigine quadam, multaque nausea, malo pulsu, exolutione, & difficultate. &c. & per hæc verba in his, qui iàm ægrotant, si diuturnus futurus sit morbus, expectanda est semper concoctio, sin breui soluendus, inter initia, si modo à concitatis pendeat humoribus, purgare licet: quàm quàm & istud ipsum magna cum animaduersione, diligentique consideratione faciendum est: neque enim exiguum impendet periculum, ne sinistrè purgatio succedat, eo quod quæcumque purgant, latentem caloris excitandi potestatem habent, & febris, vt febris est, & secundum suam rationem non sicca, neque calida, sed h sce summè contraria, humida, frigidaque requirit. &c. Etenim qui sæpè cruditate laborarint, & qui tenacibus, & crassis vesci cibis consueuerunt, quique sub costis tensum, & inflatum ventiem habent, vel eximiè calidum, atque feruentem, aut in his locis inflammationes sentiunt, omnes ad purgationes sunt inepti, hos itàque dimittere oportet. &c. cùm ergo non solùm morbus acutus fuerit, sed etiam maxima cum febre, multò magis cauenda purgationis exhibitio, præcipuè cum Ægrotantis natura nobis incognita fuerit.

Hippoc.

Hippoc. lib. 1. *Apho.* 24. in acutis paſſionibus rarò, & per initia medicamentis purgantibus vti, neque hoc ſine præmeditatione faciendum.

Gal. in comm. Nàm in morbis longis ſemper oporret expectare concoctionem, in acutis verò, cùm turgent ab initio poſsumus vti medicamentis purgantibus, & hoc ipſum cum multa cautione, & conſideratione facere. &c. neque enim paruum periculum eſt in morbo acuto malè vti purgante medicamento, cum omnia id genus medicamenta poteſtate ſint calida, febris verò quatenus febris eſt, ſui ratione non calfacientibus, atque exſiccantibus, ſed maximè contrarijs, ideſt humectantibus, & refrigerantibus egeat. non igitur ob igneam febris caliditatem purgationem adh bemus (hanc en m ſcimus ſui ratione nocere) ſed propter humores illam efficientes. quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quàm id, quod neceſsariò conſequitur expurgantibus medicamentis detrimentum. eſt autem vtilitas maior, ſi abſque moleſtia omnis humor noxius, & infeſtans ſit euacuatus vt verò hoc fiat, primò oportet conſiderare, numqu d Æger idoneè ſe habeat ad huiuſmodi purgationem: nàm qui multa cruditate laborant, quique tenaces, aut craſsos cibos aſsumpſerunt, quibus itidem extenta, atque inflata hyppochondria ſunt, aut ſuprà modum calida, atque ignea exiſtunt, & hoc ipſo in loco aliqua eſt viſcerum inflammatio: omnes ij inepti ſunt ad purgationem. hæc itàque abeſse oportet: humores autem quàm maximè fieri poteſt, eſse fluxui paratos hoc eſt, tenues, & nullum lentorem participantes, & aperta eſse foramina, per quæ debet purgatio fieri, & nullam habere obſtructionem.

Hippoc. lib. 2 *apho.* 9. Corpora cùm quis purgare voluerit, ea fluida facere oportet.

Gal.

Gal. in comm. Qui verò istud neglexerunt, vomitus autem, atque alui subductionem procurarint, ijs difficiles obueniunt purgationes, non sine tormi-nibus, interdum & vertigine quadam, fastidioque multo, & malo pulsu, ac dissolutione, & difficultate.

Hippoc. lib. 1. *apho.* 22. Concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modò non turgeant: plurima verò non turgent.

Gal. in comm. Verbum turgere, translatum est ab animalibus concubitum appetentibus ad humores, nam sicuti illa stare loco non possunt, quadam titillatione impulsa, eoque affectu concitata, sic & humores plerumque in motu vehementiore, atque transfluxu à partibus ad partes in morbi principio hominem infestant, mouentes, & titillantes, & quiescere non sinentes: tales igitur humores euacuare conuenit. eos verò, qui iàm sunt in aliqua parte corporis firmati, neque vllo alio auxilio mouere oportet, neque medicari antè concoctionem: tunc enim naturam quoque ipsam habemus euacuationi adminiculantem conspicitur siquidem, & ipsa post concoctiones, & humores discernere, & superfluitatem expellere, quo in tempore fiunt & iudicationes. Sed cùm perfectè ipsa mouet, nullo medicamento opus est: cùm mediocrius, atque imbecillius egit, id quod deficit, oportet supplere, vt ab vtroque noxij humoris fiat euacuatio: natura siquidem expellente, medicamento verò attrahente. ostensum enim est in commentarijs depotentijs naturalibus, naturam vniuscuiusque particulæ quatuor vti potentijs, attractiua proprij alimenti, & eiusdem retentiua, præterea quoque concoctiua, & quarta alienorum expulsiua. singula verò medicamenta proprium sibi attrahunt humorem.

Hippoc. lib. 4. *acut. tex.* 22. Quicunque autem ea, quæ inflammantur, statim inter initia medica-

mento

mento ſoluere conantur, ij non ſolùm ab intenta, inflammataq; parte nihil adimunt, cũ non cedat, obſequaturque, quæ adhuc cruda eſt affectio: verùm quoque & quæ morbo reſiſtentia, & ſana ſant, abſumunt, colliquantque: ductoque ad imbecillitatem corpore, morbus ſuperior euadit, qui vbi corpus vireſcit, remedium non habet.

Gal. lib. 4. aphor. comm. 1. Quicumq; inflammationes in morborũ principio medicamento cõnãtur ſoluere, nil de eo auferunt, quod intentũ eſt, atq; inflammatum (eoque enim paſſio, vt quæ cruda ſit, cedit) quæ verò ſana ſunt, & morbo reſiſtunt, colliquant. verbum autem, medicari, ſignificat medicamento vti purgante.

Hipp. lib. de humoribus in principio. Facta concoctione, humores aut intrà, aut extrà vrgere, aut aliam in partem tranſmittere, in quam oporteat.

Gal. lib. quos, & quando, &c. in principio. Nos etenim podagram, & articulorum dolores inter initia tamen, qui non adhuc circùm articulos nodum fecerunt eiuſmodi euacuatione complures annos inhibuimus, non paucos inſuper comitiales, attonitos, melancholicos, & huiuſmodi generis alios diuturnos affectus, quo diximus modo, euacuando ſedauimus.

Hippoc. lib. 4. aphor. 16. Sanas carnes habentibus elleborus periculoſus, facit enim conuulſionem.

Gal. in comm. Habet enim elleborus iſtud præcipuum facere conuulſionem propter operationis vehementiam.

Hipp. lib. 2. aph. 36. Qui ſalubritatem corporis habent, cùm per medicamenta purgantur, citò exoluuntur, vt & qui prauo vtuntur cibo.

Gal. in comm. Qui ſalubritatem corporis habent non abſq; ratione in medicationib. citò exſoluuntur, colliquantur enim, non purgãtur: qui verò vitioſo

vtuntur alimento, ob malorum humorum abundantiam, facilè exoluuntur in purgationibus, siuè autem istud, quod exteriuis assumitur, siuè quod in corpore continetur, vitiosum alimentum nominet: vterque sermo veritatem habet; quoniam cibi vitiosi solent sanguinem gignere vitiosum,

Gal. lib. quos, & quando primis verbis Qui sano sunt corpore, si purgatur, molestius sentiunt, nam & vertigines, & tormina patiuntur, ægrè que purgatio succedit, & cum hoc etiam celeriter exsoluuntur: causa autem horum omnium medicamentum est, quod sibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipsum reperiat, sanguinem, & carnes colliquat, vt ex eis quod suum est eliciat, &c.

Hipp. lib. 2. aph. 37. Qui benè se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

Gal. in comm. Si quis in optima sanitate purgans medicamentū assumat, &c. nam & vertigines, & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & præterea citò exsoluuntur, fiunt autem hęc omnia purgante medicamento proprium quidem attrahere humorem appetente, vel flauam, bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem: quia verò iste non adest, sanguinem colliquat, & carnes, vt ex ipsis, quod proprium sibi est, attrahat.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 7. Et non euacues materiam indigestam in calido, aut frigido, nisi propter necessitatem: fortasse enim multiplicabitur euacuatio humoris nō peruenientis ad statum per digestionem, vt euacuetur, & fortasse nocet euacuatio digestioni, idest maturationi, & fortasse permiscetur cum ea malignum cum bono, propterea quod mouetur malignum absque digestione sua.

Hipp. lib. 7. aph. 80. In spurijs, quæ medica-

menta

menta non ſanant, ea ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat, quæ verò ignis non ſanat inſanabilia reputare oportet.

Auicenna lib. 3. p. 16. t. 4. cap. 1. Et oportet, vt non fiat clyſter, dùm in ſtomacho eſt aliquid, ne attrahatur crudum ad inferiora.

Galenus lib. 3. de potentijs naturalibus cap. 13. Habet enim particula quæque natiuum quoddam robur, quo quod ſuperuacaneum eſt, perſequitur: vbi igitur cauſa aliqua effectus cuiuſquam occaſione imbecillior eſt reddita, ex omnibus in illam confluere, quæ ſuperuacua ſunt, eſt neceſſe, ea namque quæcumque pars valentiſſima eſt, in vicinas omnes reponit. Earum rurſus ſingulæ in alias, quæ ipſi ſunt imbecilliores.

Hipp lib. de vlceribus. In magna vlcerum parte inferiorem ventrem purgare conuenit, tùm etiam in vlceribus capitis, & ventris, & articulorum, tùm quibus partibus corruptela imminet, itemque ijs, quæ ſuturam puſtulant, & in ijs, quæ exedunt, & ſerpunt, tùm aliàs in ijs vlceribus, quæ inueterauerunt, & quæ deligationem poſtulant.

CAPVT LVI.

Labores debent precedere cibos: vehementia exercitia caput replent: guloſis eſt magnum iecur; qui ſunt ſani non egent Preſide: Meditatio hominibus eſt animi exercitium: quecumque particula habet natiuum robur: quid ſit ira, & eius effectus: faſcinatio reponitur inter cauſas externas melancholiæ: de excellentia ſenſus neruorum.

HIppocr. *lib. 6 epid.* 4. 28. Cibos labores precedere oportet.

Galenus lib. de bonitate, vel vitio ſucci. Quem-

admodum enim omnium maximè commendatu ad ſanitatẽ exercitatio antè cibos, ſic à cibis motus vnuſquiſque vel in primis damnatur, eo quod a ventre alimentum antè concoctionem diſtribuatur, crudorumque ita humorum vis colligitur in venis, vndè morborũ omne genus progigni ſoleat, niſi priùs, aut laboribus pluribus diſſipentur ipſi, aut concoquantur, inque ſanguinem vertantur à iocinoris, venarumque facultate: itaque ſecuriſſimum fuerit cibos mali, glutinoſi que ſucci, quibus quidem valetudinis ſolus bonæ ſit, non autem benè habito corpore eſſe ſtudent: quod Gymnaſtici faciunt.

Cornelius Celſus lib. 1. *cap.* 2. Quem interdiù vel domeſtica offitia, vel ciuilia tenuerunt, huic tempus aliquod ſeruandum curationi corporis ſui eſt: prima autem eius curatio exercitatio eſt, quæ ſemper antecedere cibum debet. In eo, qui minùs laborauit, & benè concoxit, amplior: in eo, qui fatigatus eſt, & minus concoxit, remiſſior. commodè verò exercent clara lectio, arma, pila, curſus, ambulatio.

Galenus lib. pro Puero Epileptico. Exercitia vehementià caput replent, conſiderare præterea oportet, quod fricationes exercitij loco habentur, maximè in corporibus imbecillibus, immò ſæpe numerò ſolæ, modò recte fiant, aliarum motionum vicem ſupplent.

Gal. lib. artis Med. cap. 85: *ad finem.* Quare neque Præſide egent, qui ſingulorum, quæ aſſumuntur quãtitatẽ metiãtur: optima ſiquidẽ natura quantùm appetit, tantùm etiam probè concoquit.

Cornelius Celſus lib. 1. *cap* 1. Sanus homo, & qui benè valet, & ſuæ ſpontis eſt nullis obligare ſe legibus debet: ac neq; Medico, neq; iatraliptæ egere. hunc oportet variũ habere vitæ genus: modò rure eſſe, modò in Vrbe, ſæpiuſque in agro, nauigare, venari,

venari,quieſcere,interdici,ſed frequentiùs ſe exercere, ſiquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat,illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit.

Plato. Frequentia exercitij virtutem roborat.

Hipp. lib. 6. Epid. 5. tex. 10. Cura,ac meditatio hominibus eſt animi exercitium.

De ira. Ariſtot. Diffinit, quod ſit feruor ſanguinis circa cor.

Gal. lib. 1. *de diff. f. cap.* 3. Ira eſt quidẽ feruor quidã, ac vehemens motus potentiæ iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita, ſimul autẽ cũ hoc feruore calefacit aliquando ſpiritus ſubſtantiam,aliquando verò ſanguinis, quod ſi ita cõtigerit,vt ea corpora, quæ in ſe caliditatẽ admiſerunt, longo eã tẽpore retinere natura apta nata ſint, licet motus cordis ſedetur, in hiſce tamèn remanet calor præter naturam, atque indè hominem febricitare eſt neceſſarium; huiuſmodi autem febris habet ortum a motu, atque feruore *natiuæ caliditatis. quæ autem* ex triſtitia fit, ex ſolo motu, non autem ex feruore generatur.

Hipp. lib. 6. *Epid.* 5. *tex.* 8. Præceps, atque acerba iracundia cor, & pulmonem in ſe ſe,& ad caput calorem, & humorem attrahit, animi autem tranquillitas cor relaxat.

Inter cauſas externas melancholiæ reponitur à Saxonia faſcinatio. *Refert enim Alexander Trallianus lib. 9. cap.* 4. contigiſſe Galeno, qui in quodam libello,quem inſcripſit de Medica Omerica tractatione,qui liber ad nos non peruenit: ſcilicet faſcinationibus ſe aliquo temporis ſpatio nullam fidem præbuiſſe:poſte à experimenti certitudine ductus, cùm videret incantationibus ſpinas gutturi infixas ſua ſponte decidere, & alia id genus, tandem coactus eſt credere.

Gal. lib. art. Med. cap. 92. Nerui voro punctura

ctura proptèr ſenſus excellentiam, & quia hæc pars principio continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam, ac tunc præſertim, cùm nihil extrorſum expirat, obcæcato cutis vulnere.

Galenus lib. 6. de adminiſtr. anat. cap. 3. Guloſis verò, & timidis ineſt magnum iecur, & multifidum: & laudat Herophilum, qui rectè dixit, quod iecur humanum, ſi ad alia quædam animalia eiuſdem cum homine magnitudinis conferatur perquàm magnum eſſe.

CAPVT LVII.

De Ileos, & eius cauſis: in Ileo nihil ad inferiora deſcendit.

A *Vicenna lib. 3. f. 16. cap. 29.* Ileos accidit ab omnibus cauſis, propter quas accidit colica; & multoties permutatur colica ad Ileon.

Hipp. lib 7. apho. 10. Ab Ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum.

Gal. in comm. In Ileis nihil deſcendit ad inferiora, & hoc eſt proprium inſeparabile paſſionis: vomitus autem non ſemper adeſt, ſed quando exitiales ſunt, & ſi vehementius detorqueantur, ſtercus eis aſcendit, atque ſingultiunt. quidam verò deſipiunt, & conuelluntur, compatiente neruorum principio ſtomachi paſſioni. hęc verò mihi fieri videntur ab inteſtinis, in quibus paſſio talis exiſtit, à ſe expellere ſtercus appetentibus, quando in longitudine temporis cœpit moleſtare, & non potentibus ſe exonerare propter eam, quę facta eſt in partibus inferioribus, obſtructionem, ſed coactis contra naturam violenter moueri, & ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudere.

Hipp.

Hipp lib. 6. apho. 44. Quibus ex ſtillicidio vrinæ, Ileos ſuperuenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, vrina ſatis copioſa fluxerit.

Gal. in comm. In Ileo nihil exit inferius, neque ſi quis acerrimo vtatur clyſtere. vomitus autem ſtercoris aduenit ijs, qui exitialiter ſe habent. quod igitur intercluſa inferioris exitus via, hæc paſſio fiat, quodque in tenuibus inteſtinis, non autem in craſſis, omnes ferè fatentur: cœterùm, quod propter inflammationem, & propter obſtructionem ſtercoris ſicci, vel humorum craſſorum, aut tenacium, dictum eſt à pluribus: Mihi verò videtur vel inflammatio, vel durus tumor, vel abſceſſus tantum facere poſſe loci anguſtationem, vt nihil poſſit ad inferiora tranſmitti; &c. Ego verò multos me, puto, in tota vita mea vidiſſe, non nullos tantùm periclitatos, non paucos etiam mortuos ex retentione vrinæ, quibus tunc manifeſtè omnibus ſecundùm propriam circumſcriptionem plena veſica apparebat, dolorque, vt par eſt, indè accreſceret, & tamen nullus eorum factus eſt Ileoſus.

(?)

?

CAPVT LVIII.

De Dolore Colico; à quo proueniat flatus; de cauſis doloris colici: ex ipſo aliquando ſit hydrops; de differentia doloris colici, & nephritici: proponitur hiſtoria de ſe ipſo: de cura, quam fecit Ruſticus: ſtupefacientia ſunt ſuſpecta in principijs inflammationum: de cura doloris colici per cucurbitulam loco dolenti admotam; de medicamentis cum ſtercore lupi: de alijs medicamentis in dolore Colico.

Galenus lib. 12. Meth. med cap. 8. Flatus potiùs ex debili calore, quàm abſoluta frigiditate generatur: quod etiam repetit, *lib. 3. de ſympt. cauſis cap. 2.*

Auicennas lib. 3. f. 16. t. 3. cap. 6. De colica ex retentione fæcis. Et iterum retentio egeſtionis volentis egredi quandoque facit cadere in colicam. Et coitus plurimus, & propriè ſuper cibum groſſum. Et ex materia omnis colicæ ex humore groſſo, aut ex fecibus impletur monoculus priùs ſecundùm plurimùm, deindè peruenit ad alia, & dum non euacuatur materia, quæ eſt in monoculo non accidit complementum ſanitatis. Et quandoque eſt colica veniens deſuper, & quotieſcumq; fit clyſter, aut euaporatio, retinetur materia in monoculo, quarè duplicatur dolor. Et febris quidem eſt iuuatiua in omnibus doloribus colicæ, cuius cauſa eſt ventoſitas groſſa, aut phlegma, aut malitia complexionis frigidæ, & eſt ex rebus velocibus ſanantibus ventoſam. Et Colica quidem multotiès permutatur ad paralyſim, & ſanatur per eam. Et quandoque permutatur ad hydropiſim per illud, quod corrumpit de complexione hepatis.

Et *lib. 3. f. 16. cap. 10.* De differentia inter dolo-

dolorem colicum, & nephriticum. Disposítio autem doloris diuersificatur in eis quantitate, & loco, & tempore, & motu. Quantitate verò, quoniã ille, qui est lapidis, est paruus, quasi sit acus, & colicus est magnus: loco autem, quoniàm colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris, & tendit ad superiorem siníștri, & quando confirmatur, dilatatur in dextram, & siníștram. Et secundũ quosdam non incipit colica à siníștra, sed illud non est verum, & nos iàm experti sumus contrarium illius, & est ad anteriora, & versus pectinem decliuior, quàm sit ad posteriora: Et renalis incipit à superioribus, & descenditpaulatim vsque ad locum, vbi confirmatur, & est decliuior ad posteriora: tempore verò, quia renalis fit fortior in hora vacuationis, & colicus alleuiatur in ea, & fit fortis cùm sumitur aliquid. Et colicus incipit subitò, & in tempore breui: & lapidosus paulatim, & fortis fit in fine suo: & si est renalis fit paruus dolor in dorso, & difficultas in vrina. Motu, quoniàm colicus mouetur ad partes plures, & renalis figitur. differentia autem excepta ex eo, quod conuenit, & non conuenit est, quoniàm clysteria, & exitus ventositatis, & fecis alleuiat dolorem colicum, & non alleuiat dolorem renalem alleuiatione, de qua sit curandum in pluribus dispositionibus.

Galenus lib. 2. de locis affect. cap. 5. Porrò memini mihi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt mihi videretur in intimo ventre cerebro perforari, in eo potissimum spatio, per quod à renibus ad vesicã vreteras scimus extendi: iniecto deindè ruraceo oleo, quùm in paulò post excernere tentarem, excreui simul grauissimo cum dolore humorem vitreum. Sed dignum vtique admiratione est, quomodo frigidus excidere possit, neque ab excretionis violentia, quùm excidit,

calidus euadat. Equidem putabam, lapidem in altero vreretum impactum: adeò erat, vt mihi videbatur, doloris ipsius species perforati similis. atqui vacuato humore, dolore que sedato manifestè constabat, neque lapidem fuisse causam, neque vreteras, aut renes fuisse affectos, sed intestina potiùs, præcipuè verò crassiora, neque enim tamquã per tenue corpus breui temporis spacio pertransibat, sed tamquam à profundo crassius quoddam corpus, quàm sit tenuium intestinorum tunica, ferebatur.

Galenus lib. 2. ad Glauc. cap. 6. Vidimus namque ex agrestibus operis quempiam, qui, vbi coli dolorem sensit, protinus se cinxit, cùm cingi anteà non soleret: comedit autem cum pane allium, nullum dimittens consuetum opus, nec toto die nihil comedit, sed vesperi meracius bibit: ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab omni dolore liber plane surrexit. Est igitur allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiunt, & minimè sitim inferant. Sunt qui, parùm id experti, existimant maiorem, quàm cepas sitim excitare, sed planè errore, cùm non modò non maiorem, quàm cepæ, sed nec omninò sitim faciat. idem omnium planè eduliorum maximè flatum discutit. itaque ipse certè agrestium theriacem id appello.

Galenus lib 6. Apho. comm. 31. Stupefacientia, ac emplastica medicamenta in principio inflãmationum esse suspecta, neque enim vehementes reprimunt fluxiones, sed excerni prohibent.

Longè commodiùs, & tutiùs stupefacientia medicamenta administrari leniendis doloribus ab humore calidiori prouenientibus, quàm à frigidis causis ortis.

Galenus lib. 12. Meth. med. 8. Quippe tenuis consistentiæ, & calidarum virium plurimi talium humorum sunt, quæ autem ex papaueris succo, &

alterco,

alterco, & eo modo frigidis composita medicamenta sunt, simul omnino & refrigerant, & siccant: qua ratione non solùm & sensui soporem inducunt, sed etiam vt humorum tenuitatem cogentia, atque crassantia, prætereà vehementem calorem refrigerantia: vbi verò crassi, glutinosique humores exuperant, alienissima sunt, quæ torporem inducunt, cauendusq; magnopere in huiusmodi affectibus eorum vsus est, &c. ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens, medicamen biberunt, prorsùs indolentes redduntur. Cœterùm affectus his omnino fit maior, nam & intestinorum tunicę medicamentorum frigiditate densiores, minusque flatui transmittendo habiles redduntur, & humor ipse tùm crassior, tùm ad motum ineptior euadit.

In dolore colico remedia vehementer calida non conueniunt, quoniam in flatum conuertuntur. Rarò reperiuntur morbi, qui solis repellentibus remedijs indigeant: Ita Galenus lib. 6. de comp. med sec. locos, cap. 8.

Gal. lib. 12. *Meth. med. c.* 8. Proponit cucurbitulam cum multa flamma loco dolenti admota. Eius verba sunt. Similis namque est eorum omnium curatio, vt quæ per comprehensas iam materias perficiatur, nisi quod eius, qui spiritum flatuosum comitatur, propria quædam curatio est fortiùs cucurbitula cum flamma copiosa subindè admota: videbiturque tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus incantamenti cuiusquam simile quid efficere, siuè in intestinis, siuè in quauis corporis particula sint excitati: illicò enim cucurbitula admota, qui spiritu flatuoso cruciantur, tùm à dolore liberi, tùm omninò sani redduntur. quos verò non spiritus modo flatuosus, sed etiam humor quispiam, vndè is oritur, malè habet, ijs illicò ad tempus dolor sedatur, redit tamen: vel in sequenti nocte, vel postridiè vel etiam tertio die,

similis dolor, ac potissimùm vbi in victu aliquid deliquerit, aut importunius particulas excalefaciãt: tibi verò hoc quoque maximum inditium affectus erit: ac curationem pro ratione prosequeris, nec impensè particulam excalefacies, & tenuatoria curationis ratione vtens. quod si in ventre quoque talium quidpiam incidat, mirificè hi ex acrium iectione leuantur. Sed percuranda in his primùm accessio est, admota scilicet cucurbitula, qua venatotus digeritur spiritus, post id vacuandus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamentorum aliquo. Ego verò oleo quopiam tenuis substantiæ vti assueui, rutam incoquens porrò aliqui in tali curandi ratione, vbi oleum acceperunt maximo dolore cruciantur: posteà verò exiguo interposito spatio excernunt humorem vitreum, atq; ex hoc protinùs simul, & dolore, & ab affectu liberantur: quippe sublata causa, quę spiritũ flatuosũ gignit, omnia conquiescunt: his humoribus contrariam maximè naturã habent, qui tenues sunt, atq; acres, sed similẽ dolorẽ inferunt: nonnumquã autem, & conuulsiones crebras accersunt, vtiq; cùm in ore ventriculi sunt collecti, veluti dudũ illi contigit, qui paulò post ęruginosum humorem euomit, &c. ex quibus cùm conijcerem, in ore mordentem alequem contineri humorẽ, dedi illi aquã tepidã bibere: post quã protinus tale quid euomit, quale si ipse facere vellem floridissimã ęruginẽ aquæ miscerẽ: cùm igitur talis humor in ventriculo consistit, vomitu est expellendus, cum in intestinis, inijcere per sedem conueniet, quod eluere huiusmodi humorẽ sit aptũ, at id detersiuũ sit omninò oportebit: cùm autẽ taliũ plurima mordeant, cõmodissimè ex ijs aliquid eligitur, cui morsus absit, eius generis maximè est ptisanæ cremor.

Auicennas lib. 1. *f.* 4. *cap.* 20. *de phleb*: Flebotomia quoque, & colica rarò simul eueniunt.

In

In ſanando dolore colico ſtercus lupinum principem obtinere locum.

Galenus lib. 10. *de ſimpl. Med. facult. cap. de ſtercore lupi.* At lupinũ ſtercus quidã colicis potandũ dabat, non tantùm ipſis paroxiſmis, ſed etiã in interuallis, ſiquidẽ phlegmone vacarent, quorũ ego quoſdam vidi non amplius iuuadi, & qui erant iuuaſi non amplius id grauiter paſſos, ſed nec poſt paucũ tẽporis. accipiebat autem ille albidius potius ſtercus, quale vbi oſſa ederint, ſolẽt excernere: verũ illud etiã in eo mirabar, quod vel ſuspenſum euidenter aliquoties iuuiſſet, itaq; id ſtercus capiebat quod in terram non decidiſſet, &c. vt plurimũ autem ex vino albo conſiſtentiæ tenuis bibendum prębebat, interim verò & ex aqua.

Auic. lib. 3. *f.* 16. *t.* 4. *cap.* 14. Laudat ſtercus lupi exſiccatum, & datum potui cum vino, aut cum aqua mellis. Sed magis probat inteſtinũ lupi: verba ſunt. Et dicendum eſt, quod corpus inteſtini lupi cũm exſiccatur, & teritur eſt magis vltimum iuuamentum, quàm ſtercus eius, & illud quidem non eſt longinquum.

Alexander Trall. lib. 10. Vltimis verbis. Lupi ſtercus in tenuiſſimum puluerem tritum, incretumque ex aquæ calidæ cochlearis dimidio laboranti dato.

Gal. lib. 2. *ad Glauc. cap.* 6. De cura tumoris flatuoſi. in oleo itaque ad ebulliendum pones anethum, & non rutam, & permiſcebis adipem anſerinum, vel gallinaceum: ſed hæc quidem, vbi vehementiores dolores infeſtant. Mediocres verò etiam extrinſeca calefactione iuuentur, ea, quæ ex milijs fit: ſi hæc non affuerint, vel ex ſale calefacito, vel lini ſemine crudo, vel quocumque alio modo. Cucubirtula etiam magna cum multa flamma abſque cutis inciſione ſæpiùs ſtatim dolorem amouit: oportet autem

eam

eam vmbilicum comprendere, quod si etiam post hæc dolores permanserint, medicamentis ex opio vti non dubitabis, quale est philonis tarsensis: quãquis sciueris aliquam noxam ex huiusmodi medicamentis membris patientibus necessar.ò affuturam: sed certè ei, quod magis vrget obsistendo, hominem, qui ex nimio dolore syncope corripitur, parua cum noxa saluare eliges.

Gal. lib. de trem. palpit. conuulf. & rig, cap. 5. Palpitationum causam esse pronuntio spiritum crassum, & vaporosum, cui non sit transitus: hunc autem colligi oportere dico in concauitate quadã non admodum exigua, si pars distensionem sensibilem habitura sit, &c. quid enim tam facile vel congregari, vel inaniri potest, aliud quàm spiritus? etenim quæ hominem constituunt, vt Hippoc. nos docebat, sunt solida, humida, & spiritus: meminit autem his verbis, continentia, contenta, & impetum facientia.

CAPVT LIX.

Ad stomachi digestionem conferunt Puelli boni habitus, vel catelli pingues noctu supra ventrem: de significationibus egestionis; de effectu cholerae ad digestionem.

TAM in his, qui sicca tantùm, quàm qui sica, & frigida intemperie ventriculi laborãt maximè probat catellum pinguem, vel puellum boni habitus, quem æger sibi teneat suprà stomachum, & abdomen.

Galenus lib. 5. de simpl. med. facult. cap. 6. Nam quid æque concoctioni ventris conferre nouimus, atque corpus humanum illum contingens? pro-

proindè qui lam puellos noctu admouentes per quietem longè euidentiſſimum adiumentum ſentiunt: confortet ſiquidem amplius, magiſque multò familiarius eſt eo calore, qui à fomentis paratur: eiusdem gratia vtilitatis quidam paruos carellos per quietem ventri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitatem.

Gal. lib. 7. Meth. med. cap. 7. in fine. Ex ipſis verò, quæ ventri extrinſecùs applicantur boni habitus puellus vnà ſic accumbat, vt ſemper abdomẽ eius contingat. Sunt qui catellos pingues in hunc vſum habent, neque id in aduersa modò valetudine, verum etiam in proſpera: tales itaque ijs, qui proptèr ſiccitatem quoque ſolam imbecillum ventriculum habent, ſunt idonei. Seruandumque antè omnia eſt, nè puellus humecta ſit cute, qui enim noctu ſudore perfunduntur, refrigerant potiùs, quàm calefaciant.

Auicennas lib. 3. f. 13. t. 1. cap. 17. De ægritudinibus ſtomachi verùm ſignificationes ex egeſtione, & eis, quæ egrediantur ex ventre ſunt: ex egeſtione quidem, quoniàm æqualis temperatæ tincturæ, & fœtoris ſignificãt bonitatem ſtomachi, & æqualitatem complexionis eius, ſed ille, qui non digeritur ex ipſo, ſignificat debilitatem ſtomachi, & malitiam complexionis cum ipſo.

Amplius tinctura ſignificat materiam, quæ eſt in ipſo quod ſi fuerit illic lenitas, & fœtor ſignificat, quod deſcendit à ſtomacho antè horam ſuam, propterea quod ſtomachus male comprehendit eum propter debilitatem virtutis retentiuæ.

Verùm paruitas fœtoris ſignificat proculdubio bonitatem digeſtionis: & vehementia fœtoris ſignificat corruptionem eius, & ſi non eſt fœtor omninò ſignificat cruditatem eius: ſignificationes verò ex via ſingulus ſunt, quoniàm, ſi habens eum

ſentit

ſentit mordicationem, tunc illic eſt humor aceto-
ſus, aut acutus, & amarus, & ſi ſentit cum eo ex-
tenſionẽ, tunc illic eſt ventoſitas, & ſi nõ sẽtit illud,
neque ſitit, tunc illic eſt humor phlegmaticus.

Significationes autem ex ſiti ſunt, quoniam ſitis ſignificat complexionem calidam, & ſi eſt cum naũſea, ſignificat materiam colericam, aut ſalſam phlegmaticã. verùm ſignificationes ex diſpoſitionibus oris, & linguæ ſunt, quoniàm lingua quando in doloribus ſtomachi eſt vehemẽtis aſperitatis, & rubedinis, tunc ſignificat dominium ſanguinis, aut apoſtema calidum in ipſo ſanguineum: & ſi ad citrinitatem, tunc nocumentum eſt colericum, & ſi ad albedinem, & lenitatem tunc cauſa eſt humiditas, & ſi eſt ſiccitas ſuperflua, tunc cauſa eſt ſiccitas. Coleræ quidem proprietas non eſt, vt prohibeat digeſtionem prohibitione deſtructoria, aut diminutiua, aut faciente crudi-tatem, immò quandoque corrumpit eam.

Et ſcias quod quando in ſtomacho non eſt apoſtema, neque vlcus, & in cibo non eſt corruptio, deindè digeſtio non fit bona, tunc cauſa eſt malitia complexionis.

Sed ſignificationes ex vomitu ſunt, quod ſi eſt naũſea tantum, tunc materia eſt vitioſa imbibita, & ſi eſt vomitus facilis, ſignificat quod ipſa eſt effuſa in concauitate, & ſi ſunt vomitus, & naũſea, & non ſeparantur, ſignificant aggregationem vtriuſque rei, aut viſcoſitatem humoris: & ſi non eſt naũſea, eſt materia imbibita. Et cùm eſt plurimum mordicans os ſtomachi, aut eſt pauca, confortatur, quià ipſa cum cibo permiſcetur, & aſcendit ex profundo ſtomaci ad os ſtomachi, & mordicat ipſum: qua propter facilis fit quandoque expulſio humorum poſt ipſum, & non fit facilis antè ipſum, niſi ſint multi. Verùm quoniam eſt adnentus conturbationis, & naũſæę à prouocatione, tunc materia

ria eſt effuſa, ſi vero eſt currens, tunc materia eſt generata in ſtomacho ſecundum continuationem.

Sed ſignificationes ex via coloris corporis ſunt, quoniam color ſit vehemens ſignificatio diſpoſitionis ſtomachi, & hepatis ſecundum plurimùm.

Plurimæ enim ægritudines ſtomachi ſunt frigidæ, & color ſtomatichorum eſt plumbinus, & ſi ineſt eis citrinitas decliuis ad albedinem. Signi. ficationes autem ex via rugitus ſunt, quoniàm rugitus ſignificat debilitatem ſtomachi, & quod ipſe malè comprehendit cibum,& egeſtionem humidã. quod ſi eructatio eſt acetoſa non à cibo acetoſo, neque à cibo, qui cùm ſuperfluè ſumitur, mutatur ad acetoſitatem, tunc illud eſt proptèr frigus ſtomachi, & propriè cùm accidit à cibis elongatis ab hoc, vt acetoſi fiant, ſicut mel.

Et quando eructatio eſt fætida, tunc quandoque ſignificat putrefactionem in ſtomacho ſignificatione fœtoris oris: & quandoque ſignificat vlcera ſtomachi.

Significationes autem eorum, in quibus inuenitur ſenſus ſtomachi ſunt, quià, ſi non ſentit mordicationem, immò grauitatem, tunc materia eſt phlegmatica vitrea. Et ſi ſentit mordicationem cum inflammatione, tunc materia eſt amara, vel ſalſa, aut mordicationem ſine inflammatione, tunc materia eſt acetoſa, & ſi eſt illic mordicatio cum lenitate, tunc materia eſt ſubtilis, aut pauca: & ſi eſt cum grauitate, tunc materia eſt groſſa, aut multa.

CAPVT LX.

De Lyenteria, Dyſenteria, & teneſmo: de earum cauſis: quid ſit lyenteria, de differentia lyenteriæ, & dyſenteriæ; quæ dyſenteria ſit periculoſa.

Hippocr. lib. 6. Apho 1. In longis lęuitatibns inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum eſt bonum.

Gal. in comm. Leuitas inteſtinorum, ideſt, lyenteria eſt velox exitus eorum, quæ comeduntur, & bibuntur: quæ talia deijciantur, qualia fuere deuorata. Si quis verò vellet breuiorem afferre definitionem, diceret, eſſe priuationem concoctionis, cum neque quoad colorem, vel odorem, vllamue omninò qualitatem in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum, &c. Quidam autem exiſtimant benè, fieri ipſam propter intrinſecę ſuperficiei inteſtinorum læuitatem, ob quam cibos, qui continentur in eis, non amplius apprehendunt, vt cùm ſuam ſeruabant ſibi à natura inditam aſperitatem, retinebant. Plures tamèn, licèt ſint laudandi, in lęuitate tamen inteſtinorum ignorarunt, quod ipſius ventriculi proprium eſt cibos amplecti, ac ſe conſtringendo certo tempore detinere, & rurſus ad inferiora demittere, & ſicut in veſica fit vrinæ ſtillicidium, non expectante, vt illa colligatur, ſed ſtatim tamquàm mordentem, aut aggrauantem expellẽte, ſic & in ventriculo veloces exitus, &c. Fieri verò poteſt etiam aliquando, vt à quorundam humorum mordacitate in ſuperficie exulceratis fiat hæc paſſio, & ſi ipſa vis non multum patiatur: nàm tunc erit neceſſarium, vt, permeantibus cibis, partes exulceratæ dolorem ſentiant, atque ideò deorſum illos propellant, & à ſe ipſis quàm citiſſimè

mè emittant, quo in omnibus facto, velocitas exitus subsequetur, & nullum fiet initium concoctionis, verum tali intestinorum læuitatis cuiusdam motus inerit sensus: in illa verò, quæ accidit propter ventriculi, atque intestinorum imbecillitatem absque vllo doloris sensu fient deiectiones. Adest inter has differentia, quæ fit exhumorum acritudine in ventriculi atque intestinorum abrasa superficie, cessante humorum prauitate, statim sanatur cibis, & potibus, qui vim adstringendi habent: quod si longiore tempore perseueret, in alteram passionem, quæ dysenteria, ideſt, difficultas intestinorum nominatur, transmutatur: quæ autem potentiæ retentiuæ sequitur imbecillitatem, omninò quidem fiet ex intẽperatura, sed vel ipsorum corporum, quæ iam habitum quemdam non facilè solui, contraxerunt, est dispositio, vel propter humorem aliquem, qui in ventriculo, atque intestinis cõtinetur, euenit: ex quibus humoribus vnus est pituita: vndè & acidos ructus, qui tali passione laborant, habent, &c. Nos verò didicimus, frustrationes concoctionis ex frigiditate prouenientes ructus acidos facere, in quibus autem cibi nullum habent coctionis initium, neque vlla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neque ructus acidi, nisi pituita, ac præsertim acida in ventriculo abundet.

Hipp. lib. 4. *aph.* 12. Quorum alui intestinorum læuitate laborant, hyeme suprà purgare malum.

Gal. in comm. Morbum, in quo celeriter ea, quæ comeduntur, talia deijciantur, qualia deuorata fuerint, lęuitatem intestinorum nominant: fitque ex potentiæ contentiuæ debilitate: sed consequitur ad omnium, quæ ad aluum pertinent, intestinorum temperaturas, hoc est, ipsius ventriculi, in quem cibos deuoramus & eorum, quæ ex hoc

susci-

fuſcipiunt, atque tranſmittunt in teſtinorum. Fit etiam quandoque ex aliqua ſummas partes occupante exulceratione ſimili illis, quæ in ore fiunt, &c. quandòque propter frigidam pituitam, qualis eſt acida maximè. Earum autem, quæ in ſumma parte hærent, exulcerationum cauſa eſt humor acris, & tenuis: hic igitur, & ſi per ſuperiora purgari debet, quoniam huiuſmodi humores magis fluitare ſoleant, quàm ad inferiora ſecedere: non tamen hoc hyeme faciendum eſt. alter verò pituitoſus quando adhæreſcit inteſtinis, nunquàm eſt per ſuperiora purgandus, hoc eſt per vomitum. Sola enim euomi natura apta ſunt, quæ in ventriculo continentur, eorum verò in inteſtinis nihil poteſt per vomitum euacuari.

Sedis vitia, & affectus ob multas cauſas difficilem curam recipiunt, multo enim ſenſu particula hæc prædita eſt.

Hppp. lib. 6. Apho. 3. In longis difficultatibus inteſtinorum cibi faſtidium, malum, & cum febre, peius.

Gal. in comm. Difficultates inteſtinorum fiunt quidem ex humoribus acribus, ſunt autem inteſtinorum exulcerationes primùm quidem in ſuperficie abraſorum, progreſſu autẽ tẽporis, & profundiora habentiũ vlcera putrilagini, vt plurimũ, obnoxia: quo maximè tẽpore etiã ventriculus ipſe cõpatiens ad cõncoquendũ ineptus redditur, qua offenſione magis, ac magis ad ſuperiora perueniẽte, cũ & os ventriculi afficitur, cibũ faſtidiunt, hoc eſt, non appetunt. Sunt etiam qui, & ab initio nonnunquam cibum faſtidiunt propter ichoras fluentes ab hepate, à quibus diximus, abradi inteſtina, præſertim, cùm hi amaræ bilis naturam ſubierint: nàm pars eorum ſuperfluitans ad os ventriculi effertur. In longis verò difficultatibus inteſtinorum, cùm hic caſus euenerit, mortificationem quandam ipſi iam

adue-

aduenisse ventriculo compatiendi ratione significat: ex qua omninò interijt appetentia, opus ad vitam necessarium: si verò vnà cum inappetentia febris adueniat difficultati intestinorum, alterum est, vel putredo aliqua circà viscera, vel digna effatu inflammatio: atque ità: vt dictum est, toto iam compatiente ventriculo Aegri se habent exitialiter.

Hipp. lib. 4. apho 24. Dysenteria si ab atrabile incœperit, lethalis est.

Gal. in comm. Ab illa, quæ à quibusdam pallida, ab alijs flaua nominatur, maxima ex parte incipit intestinorum difficultas, abrasis prius in summa parte propter humorum acrimoniam intestinis, postea verò exesis, adeò vt exulcerentur. hanc igitur intestinorum difficultatem sœpè sanauimus, quæ verò ab atra bile fit, insanabilis est prorsus, cum nihil differt à cancro vlcerato.

Hipp. lib. 4. aph. 26. A difficultate intestinorū habito, si veluti carunculæ exeant, lethale est.

Gal. in comm. Dysenteriæ initio optima quædam, & adiposa excernuntur corpora, posteà, nisi ipsa priùs desierit, ipsorum intestinorum ramenta quædā derasa, scilicet interiore superficie ipsorum mēbranosa, ac densa existente, non secus ac epidermis est, quæ cutem corporis extimam obtegit: postremò de ipsa etiam intestinorum substantia aliquid deraditur: quo demùm tempore, non adhuc fieri dysenteriam, sed iàm factam, absolutamque, ac consummatam esse dicimus: quando igitur per dysenteriam intestinorum partes adeò magnæ excernuntur, vt ipsæ carnis appellationem mereantur, tum perniciosum inquit morbum esse, quùm neque caro regigni, neque cicatrix obduci tam magna exulceratione possit.

Gal. lib. 3. apho. comm. 22. Leuitates verò intestinorum sunt veloces, & sine vlla omninò

transi-

transmutatione ciborum deiectiones, aut propter exulcerationes in superficie ventriculi, aut intestinorum, quæ eodem modo fit, quo illæ in pueris aphthæ, idest oris vlcera nominantur : vel propter potestiæ retinentis imbecillitatem, quorum primùm ex mordacibus, & substantiam tenuem habentibus humoribus fit : Secundum verò ex magna ventriculi, atque intestinorum prouenit intemperie, &c. *Et eodem lib. 3. Apho. comm. 30.* Læuitates verò intestinorum ostensæ sunt, has quidem à frigida fieri pituita, has verò à sola intemperatura, quæ vim alui contentiuam reddit imbecillem: hæc autem ab vlcerosa dispositione, &c.

Galenus lib. ascripto introductio, seù medicus cap. 13. in fine. Ex dysenteria intestinorum læuitas oritur, vbi ex magna vlceratione multæ cicatrices intestinis oboriuntur, propter quas cibum non retinent: vndè ex intestinorum lęuitate vocata est Grecis dysenteria, quamobrem talis est insanabilis.

CAPVT LXI.

De Angina: de differentia Anginæ Peripneumonię, & Pleuritidis.

ANgina est inflammatio faucium à sanguine bilioso secundùm plurimùm, cum difficultate deglutitionis, & aliquando respirationis: Multotiès etiam, præcipuè hyberno tempore, fit à fluxione pituitosa.

Galenus lib. 4. de locis affectis cap. 3. Versus finem : quippè hac in re differt Anginosus à peripneumonoso, & à laterali; atque ex eo, quod angustiæ sensus in guture est. præterea in præsag. libro videtur Anginæ nomine appellare omnes affectus

ctus huic loco accedentes, quos ſpirandi difficultas comitatur. Inquit enim angina periculoſiſſima eſt, celeriterque enecat, ſi neque in faucibus, neque in ceruice quicquam appareat: ſi dolor vehemens eſt, ſi vix ſpiritus trahatur, etenim eodem die iugulat.

Hipp. lib. 2. Epid. ſect. 2. ad finem deſcribit ſatum anginoſum ità. Erant autem eorum, qui ex angina laborabant, affectiones huiuſmodi. Ceruicis vertebræ modò plurimùm, modò verò propè erant, vt intrò vergerent, collumque ipſum, qua parte cauitatis internæ ſignificationem præſeferebat: contactu dolorem ſentiebat, cuidam verò affectus ipſe paulò infrà os pertingebat, nec ità præceps erat: quibuſdam etiam maiori ambitu circũſcribebantur: & ità ſequitur morbi deſcriptionem.

Hipp. lib. 4. apho. 34. Si à febre habito, tumore in faucibùs non apparente, ſtrangulatio repentè ſuperuenerit: lethale.

Gal. in comm. Contingit itaque, & ſine febre, ſtrangulatione repente ſuperueniente, hominem interire: ineuitabilior autem, & citior eſt mors, adeò vt neque ex inopinato vnquam homo ſaluetur, cùm vehemens febris detinet Aegrotantem. Indiget enim huiuſmodi febris, vt in ſermonibus de difficili anhelitu fuit à nobis oſtenſum, inſpiratione abundanti, fit verò, ne dùm abundans, verùm omninò pauca ijs, qui ſtrangulantur. neque enim aliud eſt ſtrangulatio, niſi interitus ſubitus propter defectum inſpirationis, qui fit ex anguſtia alicuius inſtrumenti, ex ijs, quæ obſeruiunt reſpirationi: nàm talis anguſtia ipſorum ſeorſum in eo genere eſt, quod anhelitus carentia nominatur, quę & ipſa fit vel propter imbecillitatem potentiæ illius, quæ mouet thoracem, vel propter vehementem frigiditatem vitalis principij: Strangulatio verò omninò fit ex anguſtia: anguſtia autem vel

repleta

repleta intermedia regione, quæ inter thoracem eſt, atque pulmonem, aut pulmonis cauernis, vèl aliqua inflammatione totum occupante viſcus, vel aſperam arteriam, vel eam partem, quæ eſt veluti caput eius, quem laryngam vocant, ideſt guttur: quæ etiam inflammatio fieri aliquando ſolet in præiacente ſpatio, quod fauces appellant, &c. Cum igitur fauces ſine tumore apparuerint, ſtrangulatio autem repentè ſuperuenerit, ſolius gutturis eſt huiuſmodi paſſio: ſtrangulantur, vt dixi, & propter morbos alios, quos paulò ante dixi. Repentè autem ſtrangulari ſol gutturi ineſt; morbus enim, quem Græci peripneumoniam vocant, non repentè ſtrangulat Aegrotantes, verùm paulatim ab initio incrementum ſuſcipiens vſque ad propriam conſiſtentiam, qua talem caſum affert. Etſi quod tuberculum, & abſceſſus in pulmone fit, hæc quoque paſſio diuturna eſt: ſicuti & ſpatium inter pulmonem, atque thoracem pure repletum ſæpius hominem ſtrangulat, abſceſſu in ipſum rupto, qui ſcilicet & ipſe in longo tempore fuit conſtitutus. Nàm aſperę arteriæ inflammatio difficultatem ſpiraudi quidem aliquam efficere poteſt, ſtrangulationem verò non poteſt propter magnitudinem meatus in ipſa latioris, & tunicæ tenuitatem. Impoſſibile ſiquidem eſt corporis adeò tenuis inflāmationem ſpatium effatu dignum replere. reliquam igitur eſt guttur, quod ſubitam poſſit facere ſtrangulationem, quoniam ab ipſo anguſtatur pulmonis meatus: muſculi quoque eius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationem patientes viam ſpiritus valent intercludere.

Hipp. lib. prorrhet. 86. Dolentes fauces abſque tumore, & cum labore, & moleſtia, ac ſuffocatione præceps exitium minantur.

Hipp. lib. 4. *apho.* 35. Si à febre habito collum peruertitur, & vix poteſt deuorare ſine vllo tumore, lethale eſt.

Gal-

Gal. in comm. Nos verò dicemus, alterum duorum, vel ex communi ſubaudiendum eſſe infaucibus, vel in omnibus colli locis. cùm enim in nullo horum apparuerit, neque ore aperto in faucibus, neque extrinſecus tumor, hominem verò contigerit non poſſe deuorare, caſus eſt exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando muſculorum, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipſius, eſt enim quædam ſocietas partibus his per neruos, ac ligamenta, & ad ſpinalem medullam, & ipſam ambientis membranas, ac prætereà oſſa vertebrarum, quæ his extrinſecùs adiacent. extentis itaque ad partes inflammatas, & ligamentis, & neruis, trahi vertebras, vel intrà, vel adlatus, eſt neceſſarium, ſi in altera nerui propagine fieri tenſionem contigerit ad latus, ſi ambabus intrà.

Hippoc. lib. 5. aphoriſm. 10. quicunque ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt: ſi verò hos effugerint, ſuppurantur.

Gal. in comm. De tranſmutatione morbi hìc loquitur Hippoc. &c.

Hippoc. lib. 3. apho: 16. morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. &c.

Gal. in comm. Sunt vtique & morbi comitiales, & apoplexiæ morbi ex pituita ortum habentes: angina autem fit nonnumquam ſuperfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus.

Gal. lib. 3. apho. comm. 22. Anginæ verò ex biliоſis humoribus ortum habent, qui ad fauces autumno decumbunt, ab illis, qui vere fiunt, differẽtes, quoniàm illæ ſunt quodammodo pituitoſiores. &c.

Hippo. lib. 6. Apho: 37. ab angina habito, ſi tumor fiat in collo, bonum: foràs enim morbus deducitur.

CAPVT LXII.

De Pleuritide, quo tempore magis eueniat: de eius causa, propter quid accidat tussis in pleuritide: quod in pleuritide necessariò accidant tussis, & lateris dolor, febris acuta, & difficultas spirandi, à quocumque humore fieri potest, in morbis lateris, & pulmonis sputa idem præstant, quod vrina in febribus putridis. de dolore capitis in pleuritide, & peripneumonia, pertussim expurgantur ea, qua continentur in pectore, & pulmone, pleuritis in quatuordecim diebus debet expurgari suprà, quandocumque signa coctionis apparent, semper bona sunt, fluxus sanguinis narium est bona crisis in pleuritide, propter quid accidat febris in pleuritide: quadam regula circà pleuritidem.

HIppoc. *lib. 3. Apho.* 23. Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

Gal. in comm: Verum morbos hyemis proprios hosce vult esse, morbos laterales, & pulmonis inflammationes, quoniàm instrumenta respirationi seruientia frigiditate loeduntur: cùm alia ità benè possimus obtegere, vt nihil, aut minimùm sentiant ambientis frigiditatem: respiratiouem verò nemo potest cohibere, neque aliter datur respirandi facultas: ob hanc igitur frigiditatem tusses hyeme maximè fiunt, & laterum dolores: ob eandem etiam caput oblæsum, grauedines, tusses, atque raucedines operatur, fiunt autem sicuti dolores laterum ob frigiditatem, sicut capitis, atque lumborum, & omnium partium neruosarum. vertigines quoque cerebri lœsiones consequuntur, sicuti & apople-

plexiæ ; nam & hæc passio fit, cum caput repeletur pituita.

Auicennas lib. 3. f. 10. t. 4. cap. 1. Verum pleuresis non est, nisi apostema calidum in partibus pectoris, aut lacertis intrinsecis, & in velamine cooperiente pectus, aut in velamine distinguente. & materia quidem huius apostematis secundum plurimum est calida, aut sanguis colericus, quoniàm in membris tunicosis non penetrat, nisi subtilis colericus, deinde sanguis purus; propter hoc rarò accidit ructus acidus secundum plurimum, quoniam est phlegmaticæ complexionis : & cum hoc fit ex sanguine adusto calido, quandoque fit ex phlegmate putrido, & quandoque, sed rarò, ex melancholia putrefacta inflammata. pleuresis quandoque ad partem alteram resoluitur.

Hipp. lib. 6. apho. 33. qui acidum eructant non valdè morbo laterali corripiuntur.

Gal. in comm. Non valdè, idest, rarò : si sputa appareant pallida, & flaua, ex biliosis humoribus pleuritis fieri dicit, si verò spumosa sint, à pituita : si nigra, à melancholia, si rubea, à sanguine. est etiam inflammatio membranæ succingentis costas, &c. *Ita etiam Gal. lib. 2. de crisibus cap. 10. & Auic. lib. 3. f. 10 t. 4. cap. 1.* & tussis in pleuritide non accidit, nisi propterea quod pulmo lęditur ex vicinitate.

Galenus lib. 2. de difficultate respir. cap. 8. ferè in principio : Pleuriticis itaque necessariò accedit & lateris dolor, atque hic cum febre, & spirandi difficultate & tussi. Neque enim possibile est, pleuriticum esse, cui non omnia hæc adsint, vide locum pulcrum. Quatuor signa demonstrant, pleuritidem esse. Primum est, dolores in eodem statu permanere, tussesque, & difficiles spirationes ab ipsa morbi substantia desumptas comitari.

Hippoc. lib. 4. apho. 50. Vbi in febre non inter-

mittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.

Gal. in comm. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis, & pulmonis paſſiones ſpirandi faciunt difficultates. hæc autem omnia periculoſa ſunt, febre præſertim adiuncta.

Galenus lib. 4. de cauſis pulſuum cap. 8. Numquam enim in pleuritide, & peripneumonia fit, vt caput non lœdatur, quod humorum excipiat inflammationibus putrium fuliginem. Verum cum putris humor ſit bilioſus, vaporem habet in modũ fuliginis acrem, qui mordicat, & erodit, irritatque cerebrum, ità vt ad deliria perducat, ſi pituitoſus ſit, nec fumo acri ſimilis, ſed caligini craſſæ turbulentæ, quaſi nubem quamdam ad caput attollens humectat, grauatque cerebrum, cogitque in grauem ſomnum deferri, ac ſopiri hominem.

Gal. lib. 2. de criſib. cap. 10. Pleuritis à quocumque humore fieri poteſt: quod etiam *Auic. lib. 3. f. 10. t. 4. cap. 1. confirmat.*

In morbis lateris, & pulmonis ſputa idem præſtare, quod in reliquis morbis, ac potiſſimum febribus lotia ſignificare ſolent.

Galenus lib. 1. *de criſibus cap.* 18. Sic & laterum, & pulmonum in paſſionibus ea, quæ propriè ſputamina vocantur, vrinarum ſubſidentijs aſſimilantur.

Gal. lib. art. med. ca. 80. ità & thoracis agnoſcuntur affectus expirandi difficultatibus, tuſsibus, & doloribus, qui in ipſo fiunt, & ex eorũ, quæ cum tuſſi expuuntur differentia: ſic, & apertæ arteriæ, ægritudines difficiles anhelitus, & tuſſes, & dolor in loco, & quæ expuuntur & vocis offenſiones oſtendunt. *& l. artis med:* 94. quęcumq; igitur in pulmone, vel thorace cõtinẽtur cũ tuſsi educũtur, ſed à medicamẽtis extenuantibus: quęcũq; verò in hepate, vel venis, vel

arte-

arterijs, vel renibus, aut per vrinam quidem ab ijs, quæ vehementer extenuantur, per ventrem verò ab ijs, quæ attrahendi, aut aperiendi ora vim habẽt. quæcumque verò in ſuperiori ventre comprehenduntur, per vomitum, quæ autem in inferiori, per ſubductionem: ſed quæcumque ſub cute, per ſectionem, vel ignem, aut per medicamenta adurentia, ſic verò aliquando quæcumque in aliqua naturali cauitate, vt thorace. Et vt ſummatim dicam quicquid præter naturam in aliquibus partibus continetur, ſanationis intentio eſt ablatio, quę ſi fieri non poſsit, tranſpoſitio.

Gal. lib. 4. apho. comm. 2. pertuſsim expurgari pulmonem, & quæcumque in pectore exiſtunt.

Hippoc. lib. 2. prognoſt. tex. 51. omnis ſcreatio mala eſt, quæ non ſedat dolorem, peſsima autem nigra, quæ verò ſedat dolorem omnis melior eſt.

Et textu 52. quicumque dolor in his affligit ſedibus, non deſinens, neque ſcreationis purgatione, neque ventris ſubductione, neque venæ inciſione, ac medicamento, & victus ratione, in ſuppurationem verti, ſciendum eſt.

Gal. in comm. quicumque dolor circà thoracis, ac pulmonis ſedes non deſinit adhibitis ſubſidijs, idque malum tantummodo habet, nec vllum aliud éxitioſum eſt inditium, eum ſuppuraturum expectabis.

Hippoc. lib 5. *Apho* 8. quicumque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus ſuperne non repurgentur, ij ad ſuppuratiónem vertuntur.

Gal. in comm. eam, quæ fit per ſputa euacuationem humorum facientium morbum lateralem, ſolet Hippoc. purgationem, ac repurgationem nominare, ſicut & iſtos expuere, purgari, tàm in libris acut. quàm in prognoſt. nominauit.

Gal. lib. 3. epid. comm. 1. *ſuprà tex.* 4. narrat,

se vidisse duos citrà febrem, qui talia sputa colore pallida extussirent, sed alterum paulatim febriculæ paruæ exceperunt, quo factum est, vt in longum tempus ducta affectio, permanentibus febribus, tabidum hominem indicarent: alterum absque febrecum talia expueret, continuis diebus paucis, nihil est mali consecutum.

Auic. lib. 3. f. 10. *t.* 4. *cap.* 4. Et scias, quod pleuresis, cùm non est in ea sputum, tunc aut est debilis valde, aut mala fraudulenta. &c. *Ità repetit lib.* 3. *f.* 10. *t.* 5 *cap.* 2.

Hippoc. lib. 1. *Apho.* 12. Accessiones verò, & constitutiones morbi indicabunt & anni tempora, & circuituum successiua incrementa siuè continuè, siuè alternis diebus, siue per maiora interualla fiant: sed & ex his, quæ mox apparent, inditia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si circà initia statim sputum appareat, morbum breuiat, si verò posteà appareat, producit: & vrinæ, & alui excrementa, & sudores, & quæcumque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem, vel malam, vel breues, vel longos fore morbos ostendunt.

Gal. in comm. quemadmodum igitur in pleuritide sputum perfectæ coctionis est signum, cum album, læue, & æquale, nec suprà modum humida, aut crassa eius cohærentia fuerit: sic summam cruditatem significat, quum omninò non sputur, si tenue adhuc sit, debilis, & obscuræ coctionis est signum: si sincerum, minimèque permixtum fuerit, vel flauum, aut ruffum improbandum: si luidum, aut ærugini simile, aut nigrum, perniciosissimum. ex ijs itaque memoria tenendum est, coctionis signa semper bona esse, vtquæ morbi solutionem breui fore ostendunt, quemadmodum exitialium signorum genus ægrotantis mortem breui fore, minari Solere. Cruditatis verò signa diuturnum necessariò futurum morbum portendere

qui-

quidem, non tamen moriturum, aut euasurum hominem. alui excrementum bonum, si molle, sibique constans, & figuratum, qua per secundam valetudinem hora consueuerat, est redd tum, Ventris concoctiones laudat, & docet.

In omnibus costarum, pulmonisque doloribus celeritèr, & facile sputum excreari, in eoque quicquid sani apparet exactè commixtum esse oportet, coctionis itaque signa quouis tempore se prodierint, semper sunt bona, crisima verò non item. quocumque igitur tempore se proderint coctionis signa, bona sunt, totum siquidem ipsorum genus semper bonum. *Ità hec verba sunt Galeni lib.* 1. *de crisibus cap.* 8. *seguitur lib.* 1. *aph. comm.* 12. igitur in pleuritide acuta febris vnà cum spirandi difficultate, tussique, & lateris dolore punctorio signa sunt pathognomonica, dolorem verò vel ad hypochondria, vel ad clauiculam pertinere, itemque faciliùs in latus affectum, quàm sanum ferre decubitum, signa sunt concomitantia. *Ità etiam lib.* 1. *de crisibus cap.* 5.

Hippoc. lib. prorrh. tex. 97. lateris dolor cum biliosis sputis temerè, ac præter rationem euanescens, ægros in vehementem, & furiosam mentis emotionem agit.

Auicennas lib. 3 *f.* 5. *t.* 1. *cap.* 7. Et fluxus quidem sanguinis narium crisis magna est in pleuresi, & in ægritudinibus acutis multotiès, & propriè in eis, quæ sunt sicut variolæ, & morbillus. &c. internæ inflammationes, nisi rectè curentur, in hecticam transeunt.

Auic. lib. 3 *f.* 10 *t.* 4. *cap.* 7. quando non expuit sputum laudabile, velox, & non mundificatur in quatuordecim diebus, tunc iam permutatur ad collectionem, & significat initium ipsius in ascensione, & vehementia doloris ipsius, & difficultas anhelitus, & constrictio eius, & duplicitas ipsius apud dila-

tationem cum paruitate, & vehementia febris, & asperitate linguæ propriè & siccitate tussis propter viscositatem materiæ, & spissitudinem velaminis, & debilitatem virtutis,& casus appetitus,& permixtio rationis, & vigiliæ, & grauitas, quæ sentitur in loco illo.Et quando collectionem fecit, & completur collectio,quiescunt dolor,& febris,& augumentatur grauitas,cumque rumpitur,accidit tremor diuersus, & dilatatur pulsus cũ diuersitate sui,& cadit virtus, & debilitatur anhelitus, & multotiès accidit febris vehemens proptèr quod materia mordicat membra,& mordicat apostema. cùmque rũpitur,& mundificatur à die rupturæ vsque ad quadraginta dies, perducit ad phtisim. & omnis pleuresis, cuius dolor non quiescit per sputum,neque minutionem, neque per alia, tunc spera ex ea saniositatem, aut mortem antè ipsam secũdùm reliquas significationes. & cùm videris pulsus tensionem vehementem fieri,tunc illud indicabit mortem,si virtus fuerit debilis;& si virtus fuerit fortis,tunc ipsa permutabitur ad peripneumoniam, & empiema, & ad phtisim. & ad summum,cum illic est significatio virtutis,& incolumitatis,deindè nõ quieuit dolor cum sputo,aut solutione ventris,phlebotomia,& vaporatione,tunc ipsa est magis decliuis ad empiema, sed si non fuerit significatio incolumitatis fixionis virtutis, & fixionis appetitus, & aliorum, tunc illud significat, quod est mortalis, & indicabit prius syncopim, quàm appetitus cadat, secundum plurimùm apud rupturam.Et rubedo maxillarum ambarum est propter illud, quod adeas ascendit ex vapore, & calefiunt digiti proptèr illud etiam. Si ergo materia aperitionis fuerit plurima & virtus debilis, perducit ad pernitiem.

Et scias,quod quando virtus est debilis,& tensio, & frequentia vehementiores fiunt, tunc illud portendit syncopim, & si est frequentia minor illa,

&

& minor ea, quam fecit ipſa pleureſis, tunc quandoque indicat ſubet, & ſpaſmum, aut tarditatem maturationis. Et quando vides ægritudinem iàm ſedatam parumpèr, & occultatam, & non eſt illic ſputum, tunc fortaſſe minuitur materia cum vrina, aut cum egeſtione, aut apparitione ſolutionis, & apparitione vrinæ groſſæ.

Hippoc lib. 5. *Apho.* 15. quicumque in morbo laterali ſuppurantur, in quadraginta diebus, à die, qua fit ruptio, liberantur, ſi verò non, ad tabem tranſeunt.

Gal in comm. His enim omnibus, niſi, vt plurimum in 40 diebus prius euacuatio fiat, per ſpuitiones purgatis: neceſſarium eſt, pulmonẽ exedi, pure proceſſu temporis putreſcente. morbo igitur laterali diem decimum quartum terminum poſuit purgationis, ſuppuratis autem quadraginta.

CAPVT LXIII.

De cura Pleuritidis: cura eius eſt phlebotomia: de prognoſticis pleuritidis: ſi dolor aſcendat ad claviculã, phlebotomia eſt neceſſaria ſi deſcendat ad hypochondria, euacuandum per medicamenta: qua ſputa ſint bona: partes ventris ſunt alleuiandæ: tentandi ſunt, laterum dolores calidis fomentis, de apponenda cucurbitula ſuprà dolorem: in pleuritide, & alijs morbis mittendus eſt ſanguis per rectitudinem partis affectæ: De Oedemate.

Avicennas li. 3. *f.* 1c. *t.* 5. *cap.* 1. Ex rebus communibus eſt phlebotomia ſed in principio ex latere diuerſo: *inquit Gal.*: ſi febris fuerit vehemens valdè, tunc time ſolutiuũ, & ſis contentus phlebotomia, in ipſa namque nõ eſt timor, aut timor eius eſt minor, inſolutiuo eſt timor magnus ipsũ quãdoque

mouet, & quandoque non ſoluit, & quarè in nocte ſuperfluit.

Et oportet, ne narcotica eis approximes in quantum potes, ipſa enim prohibent maturationem, & ſputum. *Et cap. 2. loci ſupràcitati.* Dicamus ergo, quod cura eius eſt phlebotomia, & ſi ſanguis fuerit vincens, extrahatur, donec color eius alteretur, ſignificat enim, quod nocibilior ſanguis iàm euacuatus eſt: & ſi eſt humor alius, euacua, non cum eis quæ ſunt ſicut mirabolani, neque in quo eſt ſtipticitas, immò cum eis, in quibus eſt cum ſolutione lenificatio, ſicut ſique violatus, & ſiracoſt, ideſt manna. Quidam verò ſapientum dixere, rectiùs eſſe quantum poſſibile eſt, vt euacuetur cum phlebotomia, timendo ſolutiuum.

In pleuritide a bile facta ſanguinis miſſionem prohibet *Galenus lib. 6 epid. comm. 2. ſuprà tex. vltimum* propter eam rationem, ne acrior reddatur bilis, magiſque ferueat, atque inde grauiores dolores, periculaque accidant. idem tamen *Galenus li. 2. acut. ſuper tex* 11: admonet nos, in pleuritide ſemper euitanda potius pharmaca, quam venæ ſectionem, & ſi dolor deſcendat: eandem ſententiam habet *Paulus Ægineta lib. 3. cap. 33.*

Hippoc. lib. 6 apho. 16. A morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum.

Gal. in comm. ait Hippoc. non ſimpliciter dixiſſe, morbo laterali, vel pulmonia habito, ſcilicèt detento, id eſt vexato homini à talibus paſſionibus profluuium alui ſupertueniens malum eſſe ſignum, quoniam ità habentibus profluuium alui ſolet aduenire, cùm non benè poſſit ampliùs hepar ad ſe trahere alimentum, neque conuertere in ſanguinem, & quandoque ventriculus alimentum corrumpat. in mediocri autem morbo laterali, atque pulmonia profluuium alui ſupertueniens poteſt

in-

interdùm prodeſſe ratione euacuationis,& magis, cùm ſigna coctionis apparuerint ineſſe paſſionibus, neque adeſt timor, ſed morbus eſt citrà periculum.

Hippoc. lib. 6. apho. 5. Dolores, qui ſunt in lateribus, & pectoribus, atque alijs partibus, an multum differant, perdiſcendum.

Gal. in comm. Perdiſcere oportet, non modò locum dolentem qualis nam ſit, ſed & magnitudinem doloris in eo quanta ſit, hoc autem confert,& ad loci patientis dignotionem,& ad præcognitionem eorum, quæ circa Aegrum futura ſunt; & præterea ad curationis inuentionem. Si ergo in latere magnus fuerit dolor, primùm hic eſſe non poteſt, quin patiatur membrana, quæ ſubcingens nominatur: Secundo autem non eſt abſque periculo: deindè & maiori indiget curatione; ſiquidem ad clauiculam dolor pertingat, venæ ſectione: ſi verò ad hypochondrion, purgatione: quemadmodum ipſe in libro de victus rat. in acutis docuit: ſin autem mediocris fuerit dolor, & præterea non pungat, vt qui in membrana ſubcingente eſt, neque ad clauiculam, aut hypochondrion pertingat: contingit, ipſum carnoſis cóſtarum partibus fieri: atque ideò neque eſſe periculoſum, neque magno auxilio indigere: ſic & in ſingulis alijs partibus doloris magnitudo eſt conſideranda &c.

Auicennas lib 3. f. 10. t. 5. cap. 2. Diſpoſitionem doloris in pleuritide obſeruandam eſſe præcipit hoc in loco ſi dolor fuerit aſcendens ad furunculam, & thoracem,& quod eſt ſuper ea, tunc plebotomia eſt melior: ſi verò declinet ad partem hypochondriorum, tunc neceſſaria eſt ſolutio ſola, aut cum plebotomia ſecundum quod neceſſarium facit illud, quod teſtificatur,& illud ideò, quoniã phlebotomia ſola ex baſilica non trahit de hoc loco, de quo ſit curandũ; & ex eis, quæ ſignificant neceſsitatem euacua-

tionis est, quando inuenis euacuationem, & emplastrationem non sedare dolorem. Cùmque phlebotomas, & euacuas, & non sedantur accidentia, tunc scias, quod prohibitio, quam quæris, difficilis est: si verò dolor ad clauiculam pertingerit, vel partibus septo transuerso superioribus granitas, internam cubiti venam secare expedit, neque vt copiosè sanguis detrahatur, est cunctandum, sed eoùsque auferèndus, donec rubidior multum, vel pro rubido liuidus fluxerit, nàm vtrumque contingit.

Hippoc. lib. 2. de rat. vict. acut. tex. 10. & 11. si verò eas, quæ sub septo transuerso sunt, partes dolor infestet, nullum ad clauiculam signum fecerit, Ventrem mollire oportet.

Et lib. 4. de rat. vict acut. tex. 72. in peripneumonijs, & pleuritide considerare oportet, si febris acuta, si dolores vel ad alterum, vel ad vtrumque infestent, si æger in ea, quę sursùm fit spiritus latione, laboret, tussesque adsint, & sputa educantur, vel liuida. & tenuia, & spumosa, & florida, & si quidpiam aliud discrepans præter ea, quæ didicimus.

Vī lib. 4. acut. 73. si dolor rursum penetrauerit, vel clauiculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam secare oportet, qua dolor afficit parte.

Et textu 74. Sanguinem auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, colore, ampliùs non veritus, si dolor acutus fuerit ad animi deliquium vsque detrahes.

Et tex. 75. postea clysterem exhibebis.

Galenus in comm. dicit clysterem esse exhibendum, si aluus sua sponte probè non deijecerit.

Et tex. 76. si dolor in thorace fuerit, valdèque infestarit, pleuritico ventrem sub purgabis, ni-

nihilque dùm purgabis, dabis, à purgatione autem oximel. verùm tamen purgans medicamentum quarto die miniſtrabis, tribuſque primis diebus clyſteres exhibebis: quibus ſi non leuetur, ad hunc purgabis modum. cuſtodies deindè ægrum, donec ad febris priuationem, & ſeptimum peruenerit diem: qui ſi in tuto eſſe videatur, in primis exiguum, tenuemque cremorem, eumque melle miſceus dabis: ſi verò facile reuocatur, & facilè ſpirat, lateraque non doleant, ſenſim craſſiorem, & copioſiorem, & bis die miniſtrabis.

Hippoc. lib. 4. acut. 78. cocta autem ſunt ſputa, cum puri ſimilia fuerint: vrinæ autem cùm hipoſtaſes erui modo ſubrubras habuerint: cœteris autem laterum doloribus tepefactoria apponere, & ceromata nihil vetat, cruraque, & lumbos calido inungere, & pinguedine illinire: hypochondrijs quoque aduſque mammas ex lini Semine cataplaſma imponere: vbi autem peripneumonia ad ſtatum peruenerit, quando non repurgantur auxilium non habent, & mala eſt, ſi laborans ægrè ſpirauerit: fuerintque vrinæ tenues, & acres, atque ſi ſudores circà cernicem, caputque oriantur. nempè ſudores huiuſmodi mali ſunt, vincente ob æſtum, impetumque, & violentiam ægritudine, niſi vrinæ multæ, & craſſæ prodierint, & concocta exierint ſputa, atrum autem ex his ſpontè euenerit, ſoluit morbum.

Auicenn. lib. 3. f. 10. t. 5. cap. 2. de cura pleureſis. & ad vltimum cum non fit phlebotomia, & maturatur, emittitur ſputum ſufficienter: deindè vides debilitatem in virtute, tunc non phlebotomes omninò: diſpoſitio namque debilitatis virtutis non eſt, quæ tolerare poſſit phlebotomiã, & ſolutionem: neceſſarium eſt tunc tibi vti clyſteribus medijs, & acutis, & ſecũdum quod neceſſarium fuit illud, quod

teſti-

teſtificatur hoc,& propriè cùm dolor eſt decliuis ad hypochondria .

Et cap. 3. Et ſtude, vt alleuies partes ventris, vt non comprimant partes pectoris , & illud fit cum lenificatione naturæ , & attractione fæcis , ſi retinetur,cum chyſteribus leuibus , ſicut aqua hiſt ordei , cum pauca aqua ſicle ; & oportet , vt prohibeas inflationem . Et ſcias , quod fumus fæcis , & eius inflatio nociui ſunt valdè in hac Ægritudine , & ex eis , quæ ſollicitè ſunt attendenda,eſt, vt ſuccurras cum maturatione ægritudmi antè , & abſque neceſsitate ſaniei : ſi autem fiat ſanies , oportet , vt ſuecuras cum mundificatione eius ante quàm corrodat . & ſcias , quod neceſſaria eſt humectatio : quarè ſtude , vt facilè fiat ſputum, & velox : cùmque ſputum incipit in aſcenſione , & pertranſit quartum , conforta hanc decoctione cum rad: lilij , & capill. veneris . & cùm materia eſt groſſa , & virtus eſt fortis , & non eſt in neruis nocumentum , non eſt malum tribuere in potu oximel permixtum, vt incidat . & ſi lenieris materiam cum eis , quæ ſunt ſicut craſsia fiſtula cum Zuccaro , & tereniabin , & ſiracoſt , erit rectum .

Galenus lib. 1. *acut. ſuprà tex* . 32. Vbi in pleuritide , vel pulmonia , vel alio morbo alui excrementa retinentur , in flatum conuerſa dolorem augent .

Hippoc. lib. 1. *acut. tex* 33. Prætereà , ſi lateris dolor aſsiduus eſt , calidiſque fomentis non remittatur , ſputumque non procedit , ſed ſummè citrà coctionē glutinoſum ſit , niſi quis dolorem vel alui ſubductione, vel ſecta vena pro vtriuſuis exigentia ſoluerit, ptiſanam autem ità affectis dederit, præcipitem aget in mortem .

Gal. in comm. fieri autem pleuritidem ipſam ob inflammationem eius , quæ coſtas ſuccingit,membra-

branæ oſtendimus. ſi igitur, cum in vigore fuerit inflammatio, ptiſanam quis dederit, ægrum grauiter offendet: vigentis autem inflammationis notæ ſunt, dolor aſſiduus, & qui nullo pacto à calidis fomentis remittitur.

Et l. 1. acut. tex. 34. ob has igitur cauſas, atq; ob alias ſimiles adhuc magis, qui tota vtuntur ptiſana ſeptimo die, vel celeriùs moriuntur, alij quidem mente loeſi, alij ob difficultatem ſpirandi, ſtertoremque prefocati.

Gal. in comm. Nunc ſiquidem ſumptionem ptiſanæ prius quam ſoluatur dolor, recenſuit, ſputique, ob frequentem reſpirationem, glutinoſitatem, ob quam & ſuffocantur. ſed loedi quoque aſſerit, ſi, vt ſupponit, vacuati ſint, vinum ſumpſerint, aquam item mulſam, & oximel. nempè de alijs omnibus neque idiotis ipſis non conſtat. non abs re igitur, ait, mente loeſos mori. id enim contingere natum eſt; ſi vinum, vinoſaque intempeſtiuè ſumpſerint.

Hippoc lib. 2. acut. tex. 1. Lateris dolorem, ſiuè is per exordia fuerit, ſiue poſteà obortus ſit, tentare, calidis fomentis diſſoluere, non abs re exiſtit.

Gal in comm. Nempè fomenta calida cutim ipſam ad perſpirationem rariorem efficere, tum per habitum corporis digerere conſueuerunt, quæ ſi facta fuerit, non ſolum ſanguinis aliquid euacuabitur, verum quoque & affectæ, quæ minus diſtenduntur partes, mitius exindè, & manſuetius dolebunt, àt cum ſanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam pus vaporoſum ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. ſanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore eſt, humorum redundantiam: nam pars, quæ calore afficitur plus trahit, quàm euaporat. cum igitur fomenta calida dolorem non diſſoluerint, corpus totum inſigni aliqua euacuatione

præ-

præuacuabit vacuatio, autem insignis in morbis acutis, aut per ventrem aut per venæ sectionem fit.

Et textu 9. Verùm si fomentis dolor non soluatur, non diutiùs calefacito, siccat enim pulmones, atque ad suppurationem excitat.

Ga. in comm. si ab horum experientia facta, dolor non leuetur, totum corpus vacuabis, à fomentis desistens, cùm pulmonem exsiccent, & suppurationem excitent.

Et textu 6. lib. 2. acut. Hippoc. siccis ex fomentis maximè conueniunt, quæ ex sale, milioque fractis, torrefactisque, atque in sacculis conclusis parentur: leue siquidem quippiam, & beneuolum, iucundumque est milium.

In Pleuritide numquam repellentibus neque internis, neque externis esse vtendum præcipit *Hipp. lib. 2. acut.* propterea, quià talia humores inflammationem efficientes in pulmones, iecur, cor, & cerebrum nonnumquam repellunt. *Ità tenet Gal. lib. 11. meth med. cap. 17.*

Alexander Trallianus lib. 6. agens de pleuritide. In pleuritide conuenit cucurbitula quoque post cutem incisa vti, vt quod in ea continetur, ex alto extrahatur, atque, hoc facto, mirari licet, quomodò indè etiam dolor qualiscumque fuerit, licet vehementissimus, conquieuerit, vt neque fomento, neque alio præsidio indiguerit: hoc medici, priuatique omnes vsi sunt, longa id experientia edocti, & iuuant. hoc tamen facere post generalem totius corporis purgationem.

Cornelius Celsus lib. 4. cap. 6. Huic dolori lateris febris, & tussis accedit, & per hanc excreantur, si tolerabilis morbus est, pituita, si grauis, sãguis, interdũ etiam sicca tussis est, quæ nihil emollitur, id que primo vitio grauius, secundo tolerabilius est: remediũ verò est magni, & recentis doloris sanguis missus. at leuior, siuè vetustus casus est, vel superuacuũ,

vel

vel ſerum id auxilium eſt, confugiendumque ad cucurbitulas eſt, antè ſumma cute inciſa.

Hippoc. lib. 3. epid. 3. agroto 8. Narrat hiſtoriam Anaxionis lateris dextri pleuritici cum febre acuta, cùm tuſſi ſicca ſine ſputo, cum ſiti, & in ſomnijs, cum vrinis coloratis, tenuibus, & copioſis cum delirio, ſine profectione fotus, ideſt iuuamento fomenti: cui octauo die in cubito venam ſecuit, vndè dolores certè remiſerunt: vndecimo leuiores extiterunt, à febre trigeſima quarta die abſolutè eſt liberatus. hanc hiſtoriam Anaxionis narrat *Galen lib. 1. apho. comm. 12. & citat. Hippoc. 3. epid* 3. 8. ægroto, & ait, ſe de eadem dixiſſe *lib. primo de criſibus*.

Sicut in pleuritide, ſic, & in alijs morbis in mittendo ſanguine rectitudinem partis laborantis ſemper ſeruandam eſſe *Galenus lib. de curandi rat. per ſang. miſſ. cap.* 15. *ex Hippoc. ità ſtatuit*. Quibuſcumque eruptio ſanguinis accidit, ſummum id commodum laborantibus affert: hoc autem, cùm clariſſimè ſæpè numero hac voce in hoc vtatur ſignificato: quibus verò contrà euenit, nihil iuuat, aut etiam interdùm nocet, quod vires ſcilicet citrà morbi leuamen deijciat, atque exoluat. non enim in liene turgente ex dextra, nare erumpens ſanguis, nec iecore ex ſiniſtra vllam fert vtilitatem, ſed reuulſio, quibus indirectum adhibetur, euidentem vtilitatem celeriter oſtendit: quibus contrà, haud etiam. dextra igitur nare ſanguis erumpens ad dextrum hypochondrion fixa cucurbitula clarè, celeriterque ſiſtitur, ſicut & ad ſiniſtrum, ex ſiniſtra erumpens: porrò reuulſionis cauſa, ſi venam ſeces in directè quidem oppoſitis ſanguinis erumpentibus citiſſimè videbis vtilitatem, at ſi contra ſeces, nihil profuerit.

Et cap. 16. *de ſang. miſs.* ſi affecto liene (haud) æque adiuuerit circà anularem digitum ſiniſtræ ma-

manus inciſa vena, atque ſi interuam ſecueris cubiti. Multum enim iuuat afflictum lienem ſanguis ex ſiniſtro brachio detractus: præſtat autem non ſemel quantum conueniat extraxiſſe, ſed & in duos dies id partiri ſatius eſt: inuenire tamen nequeo, quàm ob rem medici lienoſis ſanguinem detrahere neglexerunt: quin & pleuriticis, quæ ex directo laborantis lateris adhibita fuit ſanguinis miſſio, clariſſimam ſœpe vtilitatem attulit, quæ verò ex brachio oppoſito, aut omnino obſcuram, aut certè poſt temporis interuallum.

Ad hæc oculorum perſœpè dolores grauiſsimos è directo venæ, quam humeralem vocant, ſectio intrà horæ vnius ſpatium compeſcuit. Affecto latere, aut pulmone, aut ſepto tranſuerſo, aut liene aut iecore, aut ventriculo ea, quæ per alas ad cubiti iunctturam pertingit: hoc autem caſu maximè interior ſecanda venit: quod ſi non: certè ea, quæ ab ipſa in curuaturæ apparet fixura. Nouiſtis ſanè paulò antè ab humerali vena prædictam deduci, ipſam connectentem; nàm hi tres ſunt loci mittendi ex cubito ſanguinis, interior, exterior, medius? igitur interior vtilis eſt in ijs, quibus inferiores collo partes parientur: exterior verò ijs, quibus, quæ his ſuperiores ſunt, vt fauces, aut caput: medius locus interdum vtraſque habet deductas venas in vlteriorem brachij partem tendentes.

Hipp. lib. prorrhet. tex. 125. quæ ex parte aduerſa, & præpoſterè fiunt ſanguinis eruptiones malo ſunt, velut in lienis tumore ſi ex nare dextra effluit: quod eſt circà præcordia, eodem modo ſe habere expectandum eſt. maius autem malum denuntiatur, ſi cum tenui circà frontem, & thoracem ſudore iſtud contingit: *Ità etiam lib. de coacis prænot tex.* 327.

Galenus li. 2 *ad Glauc. cap.* 3. Oedema igitur vocamus tumorem mollem doloris expertem, quē ex pitui-

pituitosa substantia, aut spiritu vaporoso fieri constat: nonnumquam etiam in pedibus, & cruribus eorum, qui aqua inter cutim, & phthisi, & alio malo habitu, cachexiam vocant, laborant. Verùm tale oedema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria, præcipuaque curatione indigens.

CAPVT LXIIII.

De cancro, & eius causa: quod occulti cancri non debeant curari.

Avicennas lib. 4. f. 3. t. 2. cap. 15. Cancer est apostema melancholicum de melancholia, adusta à materia colerica, aut in qua est materia colerica, cum qua combusta est, non à pura fęculenta.

Galenus lib. 2. ad Glauc. cap. 10. cùm de his abundè dictum sit, reliquum est, vt de cancrosis tumoribus disseramus, qui in omnibus quidem partibus corporis fieri consueuerunt, sed in mammillis præsertim mulierum, quæ purgationem secundum naturam non habent, quæ vbi modum seruauerit, tunc mulier integra fruitur sanitate. hi verò omnes prætèr naturam tumores ex melancholica superfluitate generantur, de qua diximus in commentarijs de potentijs naturalibus, vbi ostendimus, hunc humorem, dùm sanguis in hepate fit, fęcis vrinarię proportione generari, expurgari autem à splene, qui ex eo naturaliter habet alimentum.

Galenus lib. 3. de alim. fac. cap. 2. affectus melancholici sunt cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine melancholia nominatur.

Gal. lib. de atra bile cap. 4. ait quod cùm melancho-

cholicus humor ſolus, impermiſtuſque eſt, principio nigrum tumorem efficit, deinde in cancrum nominatum ſpacio temporis deſinit. vtique cùm cutem exedendo acrior, contumaciorque fuerit, cùm mitiuſculus eſt, ſine vlcere cancrum latentem produceit: dilucidè enim omnes id genus affectus, & cancer præſertim à melancholico fiunt homore: cum venæ, quæ in partem affectam perueniunt, craſſum vtrumque humorem continere aperte viſantur.

Gal. lib. de plenitud: cap. 13. & in lib. de tumorib. præter naturam cap. 12. cùm verò in carnem bilis atra decubuerit, cùm mordax ſit, circumiectam cutim perrodit, vlcuſque efficit, cùm verò modeſtior eſt, efficit cancrum, qui ſine vlceratione eſt. dictum autem anteà eſt, ab hoc magis, quàm ab inflammationibus venas attoli, earumque qualis ſpecies coloris ſit, non ſolum autem cancroſum vlcus, ſedalia quoque multa cum tumoribus corporum eos continentium conſtituuntur: omnia mali humoris, aut bilioſi cuiuſdam, aut melancholici, aut alitèr quoque virulenti ex corruptione maiori ſubnutriri affecta: &c. Scabies, & lepra melancholici affectus ſunt ſolius cutis. vt ſiquidem in venis quoque, & carne fiant, cancer. *Hippoc: lib. 6. aphor.* 38.

Cancros occultos omnes melius eſt non curare, curati enim citò pereunt non curati, verò longius tempus perdurant,

Gal. in comm. ſectio, vel vſtio ſola ſunt remedia cancrorum, hæc enim in his cancris ne adhibeamus, conſulit. quod igitur illi qui ſunt in penitioribus partibus talia remedia non deſiderent. etiã experientia docet: equidem ſcio, omnes, qui huiuſmodi cancros curare tentarunt, magis illos irritaſſe, & breui homines interemiſſe. Nam & qui cancrum in palato conſtitutũ, & in ſede, & in ſinu muliebri, vel vſſerunt, vel ſecuerunt, non potuerunt vulnera ad cicatricem perducere, & homines in curatione

ne afflictos, ac maceratos vsque ad mortem detulerunt, qui si curationem non adhibuissent, longiori tempore vitam cum minori molestia transegissent. tales igitur cancros nullo modo curare tentemus; ex his verò, qui in summa parte corporis hęrent, illos tantum modo, quos possumus vnà cum radicibus ipsis resecccare. neque enim malum est per similitudinem radices cancri nominare eas, quæ sunt sanguine melancholico, venas, & vsque ad loca circumstantia distenduntur: multi sanè magnæ authoritatis medici, neque hos manus opera curari, permittunt, sed illos tantum, qui exulcerati simul laborantes molestant, adeò vt ipsi vltrò manu curari desiderent: simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnà cum radicibus resecccare, & exurere.

Hippoc. lib. 7. epid: Abdære mulieri cuidam circà pectus carcinoma exortum est. erat autem eiusmodi, per papillam sanies suberuenta effluebat: intercepta verò fluxione, mortua, est.

CA-

CAPVT LXV.

De epilepsia, Apoplexia, spasmo, & conuulsione: de differentia inter morbum comitialem, & apoplexiam: à quo sanguine, & in quo loco generantur hi affectus: qui sint procliues his affectibus, ex Ventriculo malè affecto fieri potest epilepsia, & apoplexia, ex digito pedis fieri potest epilepsia: deliria, quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri passione, sed per consensum accidunt: apoplexia est totius corporis paralysis: epilepsia, totius corporis conuulsio. ob retentum semen in Vtero fit quandoque epilepsia, melancholici fiunt epileptici, & epileptici quandoq; melancholici: de difficultate sananda epilepsia: apoplexia etiam ex flatibus potest fieri: etiam per venarum interceptionem fit. Conuulsio vel à repletione, vel inanitione fit: per consensum oris Ventriculi fit conuulsio febris sanat conuulsionem. tumor in vlceribus a conuulsione vindicat: febris quartana sanat epilepsiam, & alios magnos morbos: quomodo fiat somnus, & epilepsia, & de differentia inter hos affectus.

Hipp. li. 2. Apho. 45. Quicumque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ętatis, & temporum, & locorum, victuum quoq; liberãtur.

Gal. in comm. morbus comitialis proximus quodammodo est, quem apoplexiam appellant, cùm idem locus in vtroque patiatur, & idem humor incausa sit: verùm apoplexia quidem ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, morbus autem comitialis propter motum vitiosum generatur: frigidus autem, & crassus humor ambobus est causa: atque ideò iuuenum ætas calidã, & siccam habens temperaturam maximũ affert auxilium ijs, qui morbo comitialì laborant: sic & locorum proportionales mutationes, quando ad calidiorem, & sicciorem commutantur, eodem modo, & victuum.

ctuum. contingit etiam ſimpliciter etiam vitæ mutationem intelligere morbo comiciali prodeſſe, quoniàm magna ex parte victus de prauatus paſſionẽ creat, vnde mutatio multò ad melius perducit.

Hippoc. lib. 5. *apho.* 7. quibuſcumque morbi comitiales fiunt antè pubertatem, mutationem accipiunt, quibuſcumque autem vigeſimo quinto, commoriuntur.

Gal. in comm. Non modò enim ad alias partes tranſlatis ijs, qui morbum comitialem faciunt humoribus, ſoluitur paſſio, ſed etiam omninò curatis: ſunt enim hi craſſi, frigidi, & pituitoſi: Ceſſant autem & ob ætatem in ſicciorem naturam tranſmutatam, & ob exercitationem, & victum exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicamentis.

Hippoc. li. 6 *Apho* 56. in morbis melancholicis ad hæc periculoſi decub tus, apoplexiam corporis, vel conuulſionem, vel furorem, vel cęcitatem ſignificãt.

Gal in comm. Fiunt quidem & propter pituitoſum humorem apoplexiæ, conuulſiones, & cęcitates oculorum, fiunt & propter melancholicum: quoniã communis vtriſque eſt horum quæuis paſsio: non tamen furor eſt paſsio communis; numquàm enim hic ex pituitoſo humore ortum habet, cùm ad eius generationem humor irritans, ac mordẽs exigatur; talis autem eſt ſemper quidẽ flaua bilis: melancholicus autẽ humor non ſemper, ſed cùm ſuprà modũ exuſtus, aut putrefactus malignam induerit naturã.

Galenus lib. de rigore, tren: palpit & conuulſ. cap. 6. Conuulſiones, tetani, palpitationes, ſtupores, reſolutiones, epilepſiæ, & paralyſes frigidi ſuperantis affectus ſunt.

Hippoc. lib. 3. *apho:* 23. hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

Gal. in comm. Vertigines quoque cerebri lœſiones

nes

nes conſequuntur, ſicuti & apoplexiæ . nam & hæc paſsio fit, cùm caput repletum eſt pituita .

Auicen. lib. 3. f. 1. t. 5 cap. 8. de epilep. Epilepſia eſt ægritudo prohibens membra animata ab operationibus ſenſus & motus, & erectionis non integrè , & illud eſt proptèr oppilationem cõtingentem: plurimùm verò eius eſt ſpaſmus vniuerſalis accidens ex nocumento accidente ventriculo cerebri, quarè facilè peruenit ad oppilationem nõ completam: & prohibet tranſitum virtutum ſenſus, & motus in eo, & in membris integrè fieri abſque interfectione vniuerſaliter & prohibet à poſsibilitate erigendi, & neque poſsibile eſt homini , vt cum eo remaneat erectio corporis. &c. & plurimum enim cum accidit epilepſia, accidit à flegmate : *& Hippoc.* quidem dixit, quod plurimæ oues patiuntur epilepſiam , & quando à cererebris ſuis anatomatizantur inuenitur in eis humiditas mala fætida. &c.

Auic. lib. 3. f. 1. t. 5. cap. 22. de apoplexia: apoplexia eſt ocioſitas membrorum à ſenſu & motu proptèr opilationem contingentem in ventriculis cerebri & in curſibus ſpiritus ſenſibilis, & motui . &c.

Et illa, quæ eſt in meatibus ſpiritus a cerebro, aut eſt humor ſanguineus effuſus ad ventriculos cerebri ſubitò, aut eſt humor flegmaticus, & eſt ſuperabundans, eſt multus: illa autem quæ eſt in meatibus ſpiritus ad cerebrum, eſt cùm oppilantur arteriæ, & venæ ex vehementia repletionis , & multitudine ſanguinis , & ſpiritus non habet tranſitum , quarè non moratur vſque quo præfocet: & accidit ex illo illo ei, quod accidit, cùm ſtringuntur duę venæ apoplecticę ex caſu ſenſus, & motus. hæc ergo ſunt ſpecies apoplexiæ, & cauſæ ipſius .

Apoplexia fit quoq; propter interceptionẽ venarũ.

Hippoc. lib. 4. de rat. vict. morb. acut. text. 23. Quod autem quis repentè obmuteſcat , id venarum interceptiones, occluſioneſque faciunt , ſi ſa-

no absque occasione, vel alia causa contigerit.

Gal.in comm. Venarum interceptionem appellat oppletiones,quæ à copia exoriuntur:cũ igitur suprà modũ oppletę fuerint venę, premi virtutem,grauariq; est necesse,atq; in extinctionis agi periculũ natiuam caliditatem,quæ ob multitudinem,copiamq; suffocationi quippiã simile patitur: oriuntur siquidem epilepsiæ,& apoplexiæ, & syncopes cardiacæ: nempè vno communi vocis carentiæ symptomate.

Hippoc.lib.3.apho:16. morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt,febres longæ,alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ: siccitatibus verò tabitudines, lippitudines, articulorum morbi, stillicidia vrinæ,& difficultates intestinorum.

Gal. in comm. febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt: accedit ad hoc,quod frigidiores,& magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum,sicut contrà in siccitatibus biliosiores: quarè in temporibus pluuiosis febres erunt longiores,in siccitatibus autem acutiores:alui autem profluuia in tẽporibus pluuiosis rationabiliter euenire ex humorum superabundantia per aluum expurgata,non est obscurum:sicut etiam,quod eisdem temporibus putredines fiant, quoniam perspicuum est,humida siccis magis esse putredini obnoxia,sunt vtique & morbi comitiales, & apoplexiæ morbi ex pituita ortum habentes.

Gal.lib.3.de locis aff. cap. 7. Atque morbus quoque comitialis conuulsio est omnium corporis partiũ,nõ perpetua,vt in emprosthotono, & opisthotono,atq; tetano,sed quę ex tẽporũ intervallis accidit neque solum hac re, sed mẽtis quoq; ac sensuũ oblæsione à iã dictis conuulsionum generibus differt

vndè conſtat,in ſupremis corporis partibus,cerebro videlicèt, hunc affectum generari . Cœterum velox eius diſcuſsio craſſum humorem ſpiritus viam in cerebri ventriculis obſtruentem, hunc maximum affectum peperiſſe,declarat, neruorum principio ſe ipſum quatiente, quo excutiat id,quod noxium eſt. ac fortaſsis per morbum comitialem conuulſio haud adſimilis eſt his , quæ à ſpinali medulla incipiunt conuulſionibus,ſingulorum neruorum irrigatis proceſsibus . Verùm non ab ariditate, vacuatione neque,ſed à craſſo ſemper humore hanc affectionem induci argumento eſt , quod & ſubitò fit, & ſoluitur confertim . nàm ſubitaria meatuum obſtructio à craſſo , viſcoſoque humore fit : vt autem, vel cerebrum, vel tenuior ipſius membrana ad tantam perueniat ariditatem , vt corio ſimile quippiam pati videatur , non ſine multo tempore fieri poteſt . accedit ad hæc , vt is , qui ſic laborat, neque videat, neque audiat, neque vllo ſenſu quicquam percipiat,ac ne conſequi quidem poſsit, quid factum ſit , ſed cum memoriæ viribus , ratio quoque lœditur : ex his itaque rationibus omnibus rationi conſentaneum eſt , in cerebro hanc affectionem fieri,impediente humore animalem ſpiritum , qui in ventriculis eius continetur, quominus poſsit exire. &c. nàm ſatis fuerit ad probè curandum noſſe , partem affectam eſſe cerebrum, atque eius in ventriculis humorem craſſum , vel viſcidum comprehendi:igitur quem admodum hæc ad curationes, quarum gratia & affectas ſedes , & earum diſpoſitiones inquirimus , ſunt vtilia , ſic craſſorum quoque humorum differentiæ , vtrùm videlicèt pituitoſi ſint , an melancholici haud mediocritèr ad curationem conferre videntur . &c. & poſt in eodem cap. Atque inter optimos medicos conuenit, non ſolum hæc accidentia , verùm etiam morbum comitialem capiti à ventriculo procedere .

At

At propria melancholiæ accidentia simul cum ventriculi dispositione scribere haud facile est. Id itaque addere, ac simul qualis sit huiusmodi affectibus ventriculi dispositio, manifesta interpretatione enarrare aggrediamur. atque videtur quidem in ipso inflammatio esse: sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior, & magis melancholicus fit. itaque quemadmodum elato ex ventriculo ad oculos fuliginoso quodam, aut fumoso halitu, aut crassis quoque vaporibus similia, vt in suffusionibus accidentia contingunt, eadem ratione, sublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione fuliginosa, fumosaque, melancholica eueniunt in mente accidentia: quin etiam quàm frequentissimè videmus, flatua in Ventriculo bile contenta, caput dolore affici, mox ea per vomitum ejecta, illicò dolorem mitigari. atque huiusmodi dolorum genera mordendo, exedendoque infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia cum mentis delatione molestare videntur. &c. Vt enim tria melancholiæ, ita quoque hunc morbum tribus contentum differentijs, omnes ferè medici distinguere neglexerunt: verùm omnibus commune est, quod cerebrum afficiatur, vel consistente in ipso affectu, id quod pluribus epilepticis accidit, aut à ventriculi ore ad cerebrum per consensum ascendente: atq; hoc genus proportione respondet accidentibus, quæ oculis à stomacho adueniunt, veluti in suffusionibus, fit etiam, sed ratò tertia morbi comitialis species, cùm à parte aliqua, cui id fortè fortuna accidit, incipit affectus, qui deindè, sentiente ægro, ad cerebrũ vsque ascendit. hoc genus vidi, primùm in Puero tedecim annorum existente, qui ex tibia dispositionẽ habebat, & initium huius affectus, mox illinc recta ascendente, per fæmur, & suppositа illi Ilia, & per latera ad ceruicem, donec ad caput peruenirent. &c. Alius deinde Adolescens compos mentis, dicebat,

veluti aurã quandã frigidam esse id, quod ascendebat,& statim comitiali morbo corripiebatur : vnde ex duobus alterum placuit Pelopi Præceptori, aut quod qualitas quædam,alteratis per continuationẽ partibus,aut spiritalis quædã substantia transmitteretur : neque mirandum esse, dicebat, validam vim esse humori, qui in affecta parte præter naturam genitus fuisset,qualis pernicioſarum ferarum venenis in esset; quis enim crederet, vel à scorpionibus infixo aculeo, vel à phalangiorum ictibus totum corpus ingenti, & inusitata mutatione affici. &c. Etenim cum nuper ictus à scorpione quidam esset, videor mihi videre, inquit, quod grandine percussus sim: eratque omninò frigidus,sudore etiam frigido accedente, sed tandem, adhibitis remedijs, non sine magno negotio seruatus est. &c.

Apoplexiæ etiam, quod subitò eueniat, aut frigidum humorem,aut crassum,aut viscidum,qui principaliores cerebri ventriculos affatim implet, non totius substantiæ intemperiem causam esse,manifestum est:veluti lethargi, phrenitidis, maniæ,melancholiæ, stultitiæ, amissæ memoriæ, sensuum hebetationes,resoluti motus: porrò in omnibus eiusmodi affect bus,in quorum numero apoplexia quoque continetur,periculi magnitudinem ex anhelitus nocumento conijcere oportet. &c. atqui ex anatome didicimus neruos omnes à cerebro primariũ sumere initium: neque simpliciter initiũ,sed primariũ. quãuis enim permulti ex spinali medulla nerui prodire videantur: vim tamen omnem,quam habet,cerebrũ ipsi suppeditat:quum itaque spirationem vehementer impeditam, difficulterque procedentem videris,non paruam in cerebro morbidam dispositionem esse conijcere debes.idq; in soporiferis morbis,quos nimirum omnes in cerebro fieri manfestum est.&c.

Eodem l.3.de loc.aff c.7.ante medium caput. Deliria autem,quę per febrium vigores accidunt, non pro-

propria cerebri affectione, sed per consensum fiunt: proinde eos delirare, & desipere, non solùm medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt. igitur quemadmodum phreniticorum febris vnum quoddam accidens dispositionum cerebri censetur, sic è conuerso ardentium febrium delirium multis elatis ad ipsum vaporibus calidis. &c.

Nàm cerebrum ventriculo, Ventriculus cerebro suas affectiones transmittit, idque propter neruorũ à cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, per quos etiam sensus huic particulæ, quam vlli reliquarum corporis partium acutior est.

Galenus lib. 2. de symptt. causis cap. 2. quod autem apoplexia totius corporis sit paralysis, & epilepsia totius corporis conuulsio, suprà est dictum: nec minus, quod torpor leuis quædam sit paralysis: sanè torpore laborantium particularum, non parua in excessu, & defectu differentia est: propterea quod id symptoma ex morbo, & facultate est mistum. quippè si morbus virtutem prorsus superat, omninò membrum sustinere non valet: sin virtus vincit, haud quaquam impeditur.

Epilepsia fit etiam aliquando ab vtero ob retentum Semen, vel menses in mulieribus, *Galenus lib. 6. de locis affect cap. 5.* refert historiam mulieris Viduæ, quæ ob retentum semen in Vtero epilepsia corripiebatur: & aliam historiam Viri similiter.

Hippoc. lib. 6. epid. textu 54. Atra bile vexati morbo quoque comitiali corripi magna ex parte consueuere, & morbo comitiali laborantes atrabile diuexari: at horum vtrumque magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinat: etenim si in corpus cerebri, morbo comitiali laborant, si in mentem, atrabile vexantur.

Auicennas lib. 3. f 1. t. 5. cap. 8. & multotiès quidẽ mutatur melancholia ad epilepsiam, & multoties quidem mutatur epilepsia ad melancholiam.

Hippoc. lib, 2. *apho*. 42. Soluere apoplexiam fortem quidem est impossibile: debilem verò non facilè.

Gal. in comm. in apoplexijs totum corpus repentè sensu, ac motu priuatur, solus restat anhelitus, qui si & ipse prohibeatur, maxima est, & acutissima hæc apoplexia. &c. omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali non potente defluere ad partes infrà caput existentes, aut propter aliquam dispositionem inflammatoriam, quæ in ipso cerebro sit constituta, aut ventriculis ipsis oppletis humore pituitoso. verùm causæ magnitudinem etiam passionis magnitudo consequitur. magna autem ex parte curationem non admittit propter respirationis læsionem. ac mirari licet, quomodo omnibus aliijs musculis motu carentibus in apoplexijs, illi, qui thoracem attollunt, quamuis difficultèr moueantur, tamen plerumque videtur, aut hoc fieri propter respirationis necessitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationem, & ob hanc ipsam causam magna ex parte musculi omnes, qui thoracem mouent, in apoplexijs operantur, etiam si rarò priùs omnes operentur, quemadmodum in vehementibus exercitijs, in quibus anhelitus plurimus est necessarius: verùm in apoplexijs non ob id, quod sit adaucta necessitas respirationis, sed quià vis est imbecillis, ideò omnes musculi thoracis simul coguntur operari, quemadmodum & alioqui in ijs, qui cum febre vires habent imbecilles, ob hanc ipsam causam omnes mouere coguntur se ipsos.

Hippoc. lib. 6. Apho. 51. quicumque sani dolore capitis repentè capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

Gal. in comm. Dicit, Hippoc. hic nominare mutos, non eos, quibus læditur vox tantum, sed illos,

qui-

quibus etiam læditur ſenſus,& talem affectum fortem apoplexiam vocat: videtur autem nunc fortis apoplexiæ inditium appoſuiſſe,quod ſtertere dicit, quod etiam profundè dormientibus accidit, quoad diſpoſitionis ſimilitudinem, ſecundum diuerſum quidem vtriſque modum,nihilominus, quatenùs aliquid habent commune,vt ſtertant,conſequitur:eſt autem commune ambobus eius, quæ fit per neruos,operationis debilitas: expoſitio aphoriſmi talis eſt: quibus ſanis dolor in capite repentè aduenerit, cauſam referre oportet imprimis ad ſpiritum flatuoſum, interdum verò & ad influentis vniuerſim materiæ multitudinem, quam & nunc ad cerebrum fuiſſe delatam,indicant caſus, qui poſt dolorem ſuperueneruut, per quos & quod fit quædam materia ſpirituoſa commonſtratur: atque idcircò febris ſuperueniens ſoluit diſpoſitionem, vt quæ calfaciat,extenuet,atque reſoluat ſpiritum flatuoſum, & pituitoſos humores: fit autem hoc nonnumquam tribus diebus,aut quatuor,non numquam verò pluribus, non tamen vltrà dies ſeptem; quià pars eſt principalis: tales verò partes non diù tolerant fortes ſimul,ac diuturnas paſſiones.

Hippoc lib de flatibus ad finem. Apoplexiæ etiam ex flatibus fiunt,nimirum quando frigidi flatus, & copioſi carnes ſub erint,& inflarint. hæ tamen corporis partes ſtupidæ redduntur, & ad hunc modum fieri cenſeam, cùm ſpiritu copioſo per totum corpus vniuerſo ſanguini permiſto venas contingunt.

Hipp.lib.6. Aph.39. Conuulſio ſi tvel à repletione,vel inanitione, ità & ſingultus.

Gal. in comm. Conuulſio autem paſsio eſt inuoluntaria ad ſimilem venientibus neruoſis partibus diſpoſitionẽ,quam etiam in motibus factis ſecundũ appetitũ aſſumebant. nã ex repletione ità nerui intendũtur,vt chordæ in valdè humidis ambiẽtis noſtri aeris conſtitutionibus,atq;ideò propter hãc cauſam

ſœpe etiam rumpuntur, idem verò & ſiccioribus conſtitutionibus accidit, nam in ſe ſe colliguntur, ac conuelluntur omnia neruoſa corpora violenter exſiccata. &c. ſingultus verò conceditur conuulſio ſtomachi nominari; quandò verò hoc ſolum ſtuduerimus, vt ſingultus ſubſtantiam cognoſcamus, meliùs fortaſſis fuerit, non conulſionem ipſum nominare, ſed quendam morum eiuſdem quidem generis, cuius vomitus, interiorem tamen illo, & vehementiorem. nam ſtomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipſo continentur, expellere, ad duos mouetur caſus, vehementiorem quidem in ſingultibus, mediocrem illo in vomitibus: ſiquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in ventriculi ſpatio latiori continentur, expellere: in ſingultibus autem, quæ ſunt in ipſo ventriculi ore penitiore.

Hipp l. 5. Ap. 1. Conuulſio ab elleboro lethalis eſt.

Gal. in comm. Non impoſſibile eſt igitur, vt dixi, & per compatiendi ad os ventriculi ſocietatem fieri conuulſionem ex elleboro albo, & hæc foret conuulſio moderatiſſima: contingit autem & propter ipſam euacuationem ſuprà modum ipſis purgatis conuulſionem aduenire: ſicuti & coleram patientibus contractiones frequenter adueniunt: ſed neque illud eſt impoſſibile, propter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad ſe attrahentis, atque omninò tunc eos malè afficientis fieri conuulſionem. &c. liquet igitur, quod ex repletione conuulſio ſanabilis eſt per euacuationem: ea verò, quæ fit per inanitionem, & neruorum ſiccitatem non facilè admittit curationem. &c. ſanantur autem ex ipſis, & quę propter morſum, & quę propter diſtenſionem ex vomitibus fit: quæ autē ex ſiccitate accidit, inſanabilis eſt.

Hipp. li. 5. aph. 2. conuulſio ex vulnere lethalis eſt.

Gal: in comm. ex vulneribus igitur fiunt conuulſiones ratione ſequentis ipſa inflammationis, vbi partes neruoſas attigerit.

Lib.

Lib.5.Apho.3. Vbi ſanguis multus fuxerit: ſin gultus,aut conuulſio ſuperueniens, malum.

Lib. 5. Apho. 4. ex ſuperflua purgatione conuulſio, at ſingultus ſuperueniens, malum.

Lib. 5. Apho. 5. ſi ebrius quipiam repentè obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut, vbi adhoram peruenerit, qua ſoluuntur crapulæ, vocem recuperet.

Gal. in comm. Repletis neruis talis conuulſio ſuperuenit: ſolet autem facillimè vinum replere, vt quod calidam habet temperaturam, talis ſiquidem natura promptè omnia ſubintrat, præſertim cum non admodum craſſam ſubſtantiam habuerit. ſubſtantiæ itaque copia vinum neruis affert conuulſionem. rurſus autem qualitate ſanat eam, quam fecit diſpoſitionem, neruos calefaciendo, atque exſiccando, & ſi hoc aliquando facere nequeat, mortem ſubſequi eſt neceſſarium, qua autem vi diximus vinum ſanare conuulſiones, eadem videlicèt & febris ſanat.

Hippo. lib. 2. Apho. 26. Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem.

Gal. in comm. Cum igitur aliquem ſanum contigerit repentè conuelli: huiuſmodi conuulſionem, neceſſarium eſt, ex repletione fieri. replentur autem nerui frigidis, & glutinoſis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur: vndè conuulſionem patiuntur: hiſce igitur febris ſuperueniens ſolita eſt magna ex parte calefacere,extenuare,atque diſſoluere: ſi verò ex febribus ardentibus totum corpus exſiccetur, & neruis deindè ex ſiccitate conuulſio accidat,maximum eſt malum, & penè inſanabile, quoniam longum tempus exigitur ad ſiccitatem neruorum remouendam; vehementia autem morbi tempus non expectat, ſed citò vires diſſoluit, & ſubitò exitium affert.

Hippoc. lib. 4. apho. 57. qui ſpaſmo, aut tetano tentantur, febre ſuperueniente, liberantur.

Gal. in comm. eſt quidem & tetanus neruorum conuulſio. &c. omnes conuulſiones ſunt numero tres: opiſtrothonos ideſt tenſio ad poſteriora, & tetanos, ideſt æqualis tenſio: emproſthotonos, ideſt tenſio ad anteriora: omnes verò conuulſiones fiunt vel ex repletione, vel ex inanitione partium ſcilicet neruoſarum: quęcumque igitur conuulſiones ad febres ardentes ſequuntur, has, par eſt, fieri ex ſiccitate: quæcumque verò ſuoptè initio inuadunt, ex repletione habent generationem. his conuulſionibus febres aduenientes partim quidem ſuperfluam diſſol. unnt humiditatem, partim calefaciunt frigiditatem, qu reduæ ſunt medicis remediorum intentiones: non abſque ratione igitur in febribus lethales ſunt conuulſiones, non lethales verò, quæ febres antecedunt.

Hipp. lib. 2. epid. 4. ad finem. Tumores in vlceribus a conuulſione, & inſania liberant.

Lib. 5. aph. 65. quibus tumores vlceribus apparẽt, nõ conuelluntur valdè, neque inſaniunt: verùm his euaneſcentibus, derepentè quibuſdam à tergo conuulſiones, & diſtentiones fiunt: quibus verò ante inſaniam, vel dolor lateris acutus, vel ſupuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſint rubicundi.

Gal. in comm. Poſteriora ſiquidem neruoſa ſunt, anteriora autem venoſa, atque arterioſa. quãdo igitur ab vlceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem ſe contulit: in partibus quidem neruoſis poſterioribus conuulſiones fient, ac diſtenſiones: in anterioribus verò inſania, ſi feruntur ad caput: lateris autem dolor, ſi ad thoracem humor conuertatur: ſæpius verò & hi ſuppurantur, ſi humor diſſolutus nõ fuerit: difficultatẽ verò inteſtinorũ fore, inquit, ſi tumores rubei fuérint, & repentè deſcendat, & difficultas

in-

inteſtinorum intelligitur hic, quæ cum fluxu ſanguinis: videtur quidem magna ex parte conuulſio fieri, non in cruribus modò, ſed etiam in brachijs, fortè quoniam hæ partes omnes è directò ſunt dorſalis medullæ naſcuntur: & ab hac, & membrorum extremorum, & ſpinalium muſculorum nerui.

Hippoc. lib. 5. Apho 66. Si in vulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum.

Gal. in comm. Nam & in his ſuſpicandum, ne humores ad vulnera defluentes ad partes principaliores tranſeeent. hoc in illis præſertim fieri vulneribus eſt exiſtimandum, in quibus adeſt quidem dolor, & propter ipſum omninò aliquid influit, ſed à medicis reprimitur valdè infrigidantibus, aut adſtringentibus medicamentis? ſi dolor abſit, neque fluxio mouetur: maximè autem dolores patiuntur partes neruoſæ, quæ per medicinas calefacientes, atque exſiccantes curari deſiderant.

Auic. lib. 3. f. 1. t. 5. cap. 8. epilepſia autem multotiès re oluitur propter febres, quas tolerat habens eam, & propriè quæſunt longæ, & quartana propriè propter vehementiam longitudinis ſuæ, & propterea quod digerit materiam melancholicam, donec reſoluatur, & tremor fortis, qui fit in febribus, tremor enim excutit vehementèr; quod in cerebro comprehenſum eſt de ſuperfluitatibus: ſudor autem iuuat tremorem ſua expulſione.

Hippoc lib. 5. Apho. 70. A quartanis capti non admodum à conuulſionibus capiuntur: ſi verò priùs fuerint capti: quartana ſuperueniente, liberantur.

Gal in comm. quæ quidem fit ex euacuatione cõuulſio, acutiſſima eſt, & perniciosiſſima: quæ verò ex repletione partiũ neruoſarũ, qualis in morbo comitiali, neq; acutiſſima, neque ſimiliter periculoſa: meminit autẽ Hipp. nũc nõ de tali cõuulſione nã verba

capti, & capiuntur , longitudinem temporis oſten dunt.hanc itaque conuulſionem quartana non ſolum prohibet fieri,verum ſi præfuerit, ſoluit: fit autem ab humoribus lentis,ac pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt. cum verò horum humorum duplex ſanatio ſit , excretio ſcilicet,& coctio:ambas habet quartana:excreticnem quidem ex rigore;hæc enim agitatio ſola ſufficiens eſt, craſſum excernere humorem : coctionem verò caloris febrilis ratione, qui rigorem conſequitur .

Hippoc. 6 epid. 67. quartana laborantes magno morbo non capiuntur, ſi prius autem fuerint capti, ſuperueniente quartana,liberantur .

Gal. in comm. Comitialem Veteres,& magnum morbum,& affectum puerilem appellabant.&c.oritur ſanè & ab alijs affectis partibus nonnunquã vitium hoc:ſed in pluribus primum ipſum cerebrum afficitur,non alteri affecto conſentiens: morbi autẽ cauſa frigidus , craſſuſque humor eſt cerebri ſinibus collectus, neruorumque origines , ac præcipuè dorſi medullæ primum principium occupans. hunc igitur humorem & aliæ quidem febres iuuant, ſed maximè diuturnæ, et ex his omnibus quartana potiſſimum.itemque ea ipſa quartana, quæ longiſſima ſit,& cum rigore inuadat;ipſe namque rigor diſcutit materiam craſſam à partibus obſtructis: cerebri quidem initium hoc obſtruente humore:febris autẽ caliditas prius attenuãs,& ipſum diſcutere apta eſt : præterea & totam temperaturam vehementibus rigoribus mutare, & eam humidam, frigidamque ad calidius, ſicciuſque redigere : ab illa enim pituitoſus humor procreatur . interdum verò & vexante febrili acceſſione,excretiones ſequuntur, conuulſionem iuuantes per ſudorem quidem ſæpius, aut vomitum,aut alui ſubductionem;quarè & per hæc expurgatur morbi materia .

Hippoc. lib. 1. epid. textu 4. At verò quartana omnium

omnium est ſicuriſſima, facillima, longiſſima, hæc enim non eſt ipſa quidem per ſe talis, ſed etiam à magnis alijs vindicat morbis. &c.

Galenus in comm. Verùm ipſa ſua ſponte quartana periculo vacat, quæ quidem alijs etiam morbis liberat, atque ita nouimus, morbos comitiales fuiſſe à quartana diù infeſtante diſcuſſos.

Galenus lib. de vtilit. reſpir. in omni igitur conatu fit per continuationem anhelitus concluſio ſpiritus inter diaphragma, & in ipſis fiſtulis pulmonis, quæ procedunt à trachea arteria, poſt quam fit aeris inſpiratio, & idem in ſpiritus compreſſione diaphragmatis tranſmittitur per fiſtulas pulmonis ad ventres cordis, & indè ad venas, & pelles, & neruos. contingit autem oppilationem fieri in loco, in quo vena, & arteria procedentes à corde, tranſeuntes per collum coniunguntur ad pelliculas cerebri, & ſpinalis medullæ ex humore, aut fumo multo, aut pauco, & tantum craſſo, aut ſubtili: itaq; ibi oppilatio per anguſtiam venularum, quæ procedunt ab illis venis, diſſeminanturque in pelliculis cerebri, & ſpinalis medullę: dico autem ex hac oppilatione fieri ſomnum, quãdoque epilepſiam, & quandoque etiam apoplexiam. fit autem apoplexia ex humore plurimo, & craſſo, epilepſia ex humore non tanto, neque adeò ſpiſſo: & quandoque ex ſolo fumo craſſo aſcendente à ſtomacho, aut pede, aut aliquo alio membro: in his quidem videtur aura ſubtilis, & frigida aſcendere ad caput.

Somnus autem fit ex multo fumo ſubtili faciente diuturniorẽ, ſed minorem, & facilè ſolubilem oppilationem: vndè quidam in ſomno ſentiunt, & mouentur, & etiam loquuntur, & imaginantur: quidam in epilepſia, & etiam in ſyncope, quæ eſt paſſio cordis: fit autem quibuſdam in epilepſia ſpuma circà

os,

os,dum ſpiritus,qui fertur à corde in venas ſurſum, occurrit humori facienti oppilationem, & ei admiſtus ſpuma fit : eſt enim ſpuma admiſtio aeris, & aquæ, aut humoris, ideò que alba eſt,vt aer.&c.vt enim prædictum eſt, ſomnus,& epilepſia fiunt in eodem loco, & ex ſimili cauſa:vndè Ariſtoteles dixit, epilepſiam eſſe ſomnum quendam : verùm ephialtes longo tempore perdurans in epilepſiam conuertitur, amplius autem dicit Ariſtoteles, quod quibuſdam venis colli compreſſis, fit homo inſenſibilis, & ſimilis dormientis : vndè & Antiqui venas illas vocarunt carotidas, propterea quod in eis fit caros,quod eſt inſenſibilitas, & immobilitas totius corporis.

Hippoc. lib. 6. Aph. 57. Apoplexiæ autem fiunt maximè à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum.

Gal. nõ omnem apoplexiam,ſed ſolũ,quæ ex atra fit bile ſola, contingit aduenire ijs ætatibus ſupradictis,quoniã in his maximè abũdat atrabilis humor, quemadmodũ in autumno.quod ſi volumus ſimpliciter pronunciare,plures ſenes laborant apoplexia.

CAPVT LVI.

De Arthritide, Iſchiade, & Podagra, de earum materia, cauſa, & differentia,& cura. Cura lethargi eſt contraria curationi phrenitidis.

Galenus lib. 10 de comp.med. ſec. locos cap. 2. in principio. Ex genere arthritidis eſt,tùm iſchias, tũ podagra,quod enim in omnibus articulis,arthritis eſt:hoc in vno iuxtà coxendicem quidẽ,iſchiada, iuxtà autem pedẽ podagram.incipit autẽ plerumq; podagræ generatio ex vno articulo, & progreditur

in

in omnes temporis diuturnitate accedente. Communem habent hi tres affectus humoris redundantiam, quæ affectam occupant coarticulationem, qua expleta, in omnem partem circumfitæ neruosæ particulæ tenduntur, & ex eis dolor oritur. aliquando quidem igitur irruẽs humor sangnineus est, vt plurimùm verò pituitosus, aut ex pituitoso, & bilioso mistus, aut etiam sanguine cum ipsis permisto. quod si quis exactiùs rem velit interpretari, non pituitosũ humorem, sed qui propriè crudus appellatur, vt plurimum circà arthritidos prædominari dixit: est autem hic crassus ad similitudinem puris crassioris: vbi verò in ipsis articulis diutiùs moram traxerit, non solum crassior sed, & viscõsior redditur. qui igitur tophi, seu calli appellantur, horum generatio ex his est, & postquam fuerint producti, ne speraueris ad pristinam constitutionem exactè redire articulum posse.

Auicennas lib. 3. f. 22. t. 2. cap. 5. De doloribus iuncturatum, & eis, quæ communicant podagræ, & sciaticæ, & alijs. causa patiens in his ægritudinibus est membrum susceipiens: & causa efficiens sunt complexiones, & materiæ malæ. &c. membrum itaque susceipiens est causa, vt eueniant istæ ægritudines, aut propter debilitatem sui propter malitiam complexionis confirmatæ, & propriè frigidæ: aut propter debilitatem sui in creatione sua non ex parte complexionis.. &c. causa autem efficiens, aut est complexio corporis totius, aut in membro principali inflammans, aut infrigidans, aut exsiccans, constringens, & propriè cum ei commiscetur humiditas extranea. materiæ verò aut sunt sanguis singularis: aut sanguis flegmaticus, aut sanguis colericus, aut sanguis melancholicus: aut est flegma singulare aut vehementia crudi, aut singularis: aut humor cõpositus ex flegmate, & colera aut aliquid ex genere coleræ, aut ventositas irretita: & plurimum

qui-

quidem fit à flegmate cum colera, deinde à crudo, deinde à ſanguine, poſtea à colera,& raro fit à melancholia, & catarri, & corizæ ſunt ex cauſis eius. &c. & iterùm exercitium ſuper repletionem,& coitus ſuper repletionem,& cibum: & vinum plurimũ in ieiuno antè cibum; ipſum nàmque lædit neruos: & humores crudi cùm retinentur in corpore,deinde non euacuantur per naturam in egeſtione,& vrina, neque per artem:nõ eſt longinquũ,quando euenire faciãt dolores iuncturarũ,ſi expellantur ad eas partes,ſi remanſerint,& putrefiant. &c.& plurimũ quidem illi,cui accidũt dolores iuncturarum, accidit in primis podagra: & dolores quidẽ iuncturarum ſunt ex ſumma ægritudinum,quę hæreditantur plurimũ; quoniã ſperma eſt ſecundũ complexionẽ generãtis. &c.& quando apparent varices in habentibus dolores iuncturarum, & podagram,eſt corũ ſanatio per eas.&c.ſciatica verò eſt de sũma doloris iũcturarũ, & eſt dolor,qui incipit à iunctura anchæ;& deſcẽdit retrò ad coxã,& quãdoq;extenditur vſq;ad genu,& ad calcaneum,& quantò plus prolungatur ſpatium eius,additur eius deſcenſio,& ſecundũ materiam in paucitate,& multitudine ſua:& quandoq;protenditur vſque ad digitos,& extenuantur ex eo pes,& coxa.&c.Dolor vero anchæ,& eſt ille,in quo eſt dolor fixus in ancha,qui non deſcẽdit, niſi cũ permutatur ad ſciaticã:multotiès accidit autẽ ex debilitate cõſequente à cauſa ſeſſionis ſuper dura, & cauſa percuſſionis cõſequente cauſa,& cauſa aſſiduationis equitandi,& ſunt cauſæ eius illę cauſæ:verũ plurimũ fit ab humore crudo.&c.& quandoq; fit à materijs calidis permiſtis etiã, & à repletione venarũ anchę ex sãguine,& ab apoſtematibus intrinceſis in profũditate locorũ,verũ tamẽ nõ apparẽt propter profũditatẽ ſuã, ſicuti apparet apoſtema reliquarũ iũcturarũ.& dolores iũcturarũ,quãdo curãtur,& radicãtur, nõ redeũt velociter:ſciatica verò,& podagra qualiber

bet ex cauſa redeunt, & illud fit propter ſitũ membri: & iltę quidem ægritudines ſunt ex eis,quę hęreditantur, & propriè podagra: & materia quidem ſciaticę plurimũ eſt in iunctura,& procedit ex ea in neruo lato,& cum dolet pręparatur effuſio materierum ex toto corpore deſuper ad ipſam pręter materias coarctatas in principio rei.& quandoque accidit vt nõ ſit in iunctura,immò in neruo lato: & multotiès quidẽ multiplicatur humiditas mucoſa in pixide,quare mollificatur ligamentũ,quod eſt inter additamentũ,& pixidẽ;quamobrẽ dislocatur ancha,& antè illud accidit diſpoſitio inter firmitudinẽ, & diſlocationẽ,& eſt,vt ſit velocis exitus,& velocis reditus inquieta valdè.& ſciatica quidẽ eſt de vehementioribus doloribus iuncturarũ:& cauteriũ ſecuritatẽ facit eius;podagra verò ex sũma dolorũ iuncturarũ exiſtẽs,quãdoq; incipit à digitis,ſcilicet a policibus, & quandoq;incipit à calcaneo:& quandoque incipit à latere eius, deindè & quandoque eleuatur ad coxã,& quandoq; apoſtematur & ex eis,quæ accidunt habentibus prodagrã,eſt,vt prolungentur oſsa teſticulorum ipſorum. Et podagra quidẽ colerica attrahit mortẽ ſubitò,& propriè apud regimen plurimũ.

Hippoc. lib. 6. apho. 55. Dolores podagrici vere,& autumno magna ex parte mouentur.

Gal. in comm. Podagricæ paſſiones, ſicuti & omnes aliæ articulares vere augentur. &c. excitantur quidem aliquando & autumno ijs, quibus per æſtatem tempore, quo fructus maturantur, vitioſi aliqui humores fuerint coaceruati. &c.

Hippoc. lib. 6. Apho. 28. eunuchi neque podagra laborant,neque calui fiunt.

Gal in com. Nã eunuchos podagra non laborare, Hipp. quidẽ tempore verũ exiſtit:nũc verò nõ amplius,proptèr immodicũ ocium,& victũ intẽperãtẽ. res autẽ tota ità ſe habet.neceſſe eſt pedes natura eſ ſe imbecilliores,ſi quis podagra corripi debeat:ſicut

& cc.

& cerebrum, si morbum comitialem passurus sit. non tamen est omninò necessarium alterutrum pati, si nihil in vita deliquer t. discès autem apertè, quod imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandam passionem ex interimedio tempore accessionum, in quo prorsus non infestantur, quamuis naturalis imbecillitas cõtinua sit, clarum est autem hoc, & in podagricis manifestissimè apparens, quod influente aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. si numquam igitur hic humor influeret liquet, quod neque vnquam accideret passio. non' influet autem, si semper vacans superfluitatibus corpus extiterit. erit autem vacans superfluitatibus, si mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: vndè & desidiæ, & crapulæ eis nocent. Nocent etiam multa, & potentia vina bibita, præcipuè cùm aliquis ea ieiunus potauerit: hæc enim neruosam substantiam promptè percutiunt, sicut & coitus. ætate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant propter vitæ moderantiam: nostris verò temporibus vsque adeò auctis edulijs, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrorum multitudo; cum nonnulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus, atque ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vrina potentia, ac venereis vtantur immoderate: nonnulli vero etsi non in h s omnibus, in vno saltem aut duobus delinquant. At qui peccatum magnum cùm fuerit, sæpè in vno eorum, quæ diximus, deliquisse sat est. ob hanc igitur causam etiã eunuchi podagra corripiũtur, quamuis nullum habeãt vsum venereorum; talis enim est eorum desidia, ingluies, ebrietas, vt etiam sine venereis podagra corripi possint. Hęc eadem & de articulari morbo dicta existimes: omnes siquidẽ, qui eo laborant, maxima ex parte prius podagrici fiunt. accedit ad has causas, ob quas pleriq; incidunt in podagras, quod multi & patres, & Auos habuere

po-

podagricos, in quibus ſemen erat vitiatũ: atque ideò filijs vehementiorẽ fecerunt partium imbecillitatẽ.

Lib. 6. Apho. 29. mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.

Gal. in comm. mulieres non fiunt podagricæ ratione euacuationis. &c.

Lib 6. *Apho.* 30. Puer podagra non laborat ante vſum venereorum.

Ga. in comm. quod magnam vim habeat ad podagræ generationem vſus venereorum, liquet etiam in pueris, quemadmodum paulò anteà & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaque vidimus quoſdam podagra laborantes, pueros autem non vidimus. &c.

Lib. 6. Aph. 49. quibuſcumque morbi podagrici fiunt, ij, ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

Gal. Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decumbente, hanc autem fluxionẽ ſuſcipiunt quidem loca dearticulationum, deinceps circumſtantia omnia vſque ad cutem: quia verò impleri dicimus dearticulationes, liquet etiam eſſe neceſſarium ea, quæ circumiacent ligamenta extendi. neruos enim, & chordas, ſeù tendones non eſt rationabile in ipſis inflammari, ſed ſolùm dolere, quià ſimul cum dearticulationibus extenduntur, argumento, quoniam viſus eſt numquam podagricus pati conuulſionem, quæ frequenter ſolet in neruorum, ac chordarum inflammationibus aduenire. verùm intentio ſanationis in eis communis eſt omnibus inflammatione laborantibus. &c.

Hippoc. lib. 6. Apho. 59. quibuſcumque à coxendicum dolore (diuturno) moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, ijs mucores ſuperueniunt.

Gal. Sœpe in articulis humor pituitoſus aceruatur, quem mucorem appellant, à quo madefacta dearticulationis ligamenta, laxiora redduntur: atq; ideò facilè à cauitate articulus excidit, & rurſùs non

cum

cum difficultate incidit: quæ nunc, ait, accidere ijs, qui ita morbo laborant coxendicum. quando autem coxam, ait, excidere, articulum coxæ debemus intelligere. &c.

Lib.6.Apho.60. quibscunque coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa: ijs crus tabescit, & claudicant, si non vrantur.

Gal. vult enim dicere, quod à coxendicum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, necessarium est processu temporis crus contabescere, nisi prius vrendo mucorem exsiccemus, quod in libro de articulis consulit fieri in brachio iugiter excidente. &c.

Galenus lib.6.apho.comm. 47. Nos itaque plurimos ita seruauimus annos, qui longo ante tempore singulis annis morbis capiebantur: atq; podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circà articulos facientem ex tali euacuatione multis annis fieri prohibuimus.

Auic.lib.3.f.22.t.2.cap.5. oportet, vt vtatur ille, qui assuetus est doloribus iuncturarum, & podagra phlebotomia in Vere. & ex eis, quę cõferunt ad hoc, & ad dolores genuum est ceratum de euphorbio.

Galenus lib. de attenuante victus rat.cap.1. Vidi equidem non paucas arthritidas, quæ iam articulorum ossa nudarant, alias quidem attenuanti victus ratione in totum permutatas, alias mitiores fuisse redditas. vidi pretereà, & eorum plerosque, qui spirandi difficultate sæpe prehenduntur, adeò leuatos, vt aut prorsus reualerent, aut longo saltem interuallo leniter affligerentur. Eadem etiam hæc tenuans victus ratio magnos lienis tumores, & hepatis scirrhũ colliquat: adhęc epiplepsias paucas quidem, & etiam nùm incipientes penitus sanat. inueteratas verò, ac consummatas iuuat non mediocriter. Lethargum quodammodo esse contrarium secundum speciem phrenitidi.

Gal.

Gal. lib. 13. *meth. med. cap.* 21. quin etiam in lethargicis nemo est, qui capiti non applicet auxilia: nam id vitium contrarium est quodammodo secundum speciem phrenitidi: gignitur autem, cerebro patiente.

CAPVT LXVII.

De alopecia, eius causa, & cura: proponitur historia.

GAlenus *lib.* 1. *de comp. med. sec. locos c.* 2. quemadmodum plantæ aliquæ ob humoris inopiam resiccatæ corrumpuntur; aliquæ verò ob humoris alieni ab ipsarum natura commercium: eodem modo, & capilli, aut propter humorũ, ex quibus nutriri consueuerunt inopiam, aut propter eorũdẽ vitiationẽ accidit, vt corrumpantur: & propter inopiam sanè humorum caluities contingit: propter vitiatos verò humores alopecia, & ophiasis, vnum quidem ambæ secundum morbosam affectionem malum, nomina autem iuxtà figuram habentes diuersa. &c.

Ego itaque, quemadmodum nostis, etiam iã factas alopecias aliquãdo sola purgatione sanaui, nullo amplius medicamento post ipsã ad locũ affectum admoto: vt autem eius rei amplioré experientiã facerem ex huiusmodi quopiam successu sũ impulsus. Adolescens quispiam bonæ habitudinis, & exercitijs assuetus, hanc affectionem in capite habebat: erat autem satis familiaris mihi, vt victus rationem etiã ipsius, qua iàm per tres, aut quatuor mẽses vsus erat, probè noscerem: explebat enim se quotidiè fermè fragis. hunc itaque sola hierra, & colocintide purgaui bis in quinque diebus: in prima sanè purgatione quatuor ex ea drachmis, in secunda

quin-

quinque exhibitis. priùs verò quam ad has purgariones peruenirem, catapotia ex aloe vndecim præbui, ciceris ferè magnitudinem habentia: habent autem catapotia hæc colocintidis partem vnam, aloes & scamoneæ partes duas. His ego vnam partem succi absinthij misceo.

CAPVT LXVIII.

De periculo morbi, quando intrò conuertitur.

Hippoc. lib. 6. epid. 5. in principio. Inflammationes in ijs partibus, ideſt vlceribus excitatas ſi ſponte retrocedant, & euaneſcant, recidiuas, & multa pericula ſecum afferre: quod ſcilicèt praui humores à partibus externis, & ignobilibus ad interna viſcera, & membra præcipua deferantur. Circà quod præceptum Galenus ſcribit: in cœteris partibus inflammatis medicos preſidia repellentia adminiſtrare, & tres excipit caſus: primũ, ſi materia fluens fuerit maligna: ſecundum, ſi materia fuerit multa: tertiũ, ſi totum corpus æqualiter humoribus redundet: cuius ratio eſt, quia non licet malignũ ad partes nobiles deponere, & repellere: neque facilè poteſt propelli medicamentis multitudine humorum impeditis: nec demùm in corpore omni parte pleno vacat locus, ad quem medicamenta poſsint depellere.

Hippoc. lib. 6. Apho. 25. Eryſipelas foris intrò conuerti, malum; intus verò foras exiſtere, bonum.

Gal. in comm. Non ſolum eryſipelas, ſed alium quempiam affectum ex profundis, & præcipuis partibus ad cutem trudi, & bonum ſignum, & bona cauſa exiſtimanda eſt: contrà verò ad internas, & profundas corporis partes remigrare: malum &c.

Hip-

Hippoc. lib. 5. apho. 65. quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur valdè, neque insaniunt: verùm his euanescentibus derepentè quibusdam à tergo conuulsiones, & distensiones fiunt: quibus verò ante insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio vel difficultas intestinorum, si tumores sint rubicundi.

Gal. in comm. quando igitur ab vlceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem se contulit, in partibus quidem neruosis posterioribus conuulsiones sient, ac distentiones: in anterioribus verò insania, si feruntur ad caput: lateris autem dolor, si ad thoracem humor conuertatur: sæpius verò & hi suppurantur, si humor non dissolutus fuerit: difficultatem verò intestinorum fore inquit, si tumores rubei fuerint, & repentè descendant.

Lib. 5. Apho. 66. si in vulneribus fortibus, & prauis, tumor non appareat, ingens malum.

Gal. in comm. Nàm & in his suspicandum, ne humores ad vulnera defluentes ad partes principaliores transmeent. hoc in illis præsertim fieri vulneribus est existimandum, in quibus adest quidem dolor, & proptèr ipsum omninò aliquid influit, sed à medicis reprimitur valdè infrigidantibus, aut adstringentibus medicamentis.

&c.

CA-

CAPVT LXIX.

Cibi, & potus efficiunt bonos, vel malos humores, nec non faciunt ad animi mores. De signis vteri affecti: Super vacuitate dormire est malum:

GAlenus *lib. quod animi mores sequantur temperamentum corporis cap.* 1. quandoquidem per cibos,& potus, perque ea, quæ in diem gerun-tur,probam temperiem corpori admolientes, ex ea quoque nonnihil ad animi mores virtutem confe-remus, quod genus Pytagoras, & Plato, alij-que Veterum nonnulli perhibentur feciſſe.

Gal. lib. 1. *de tuenda ſanit. cap.* 8. Corrumpuntur enim animi mores praua conſuetudine cuiuſque horum,cibi,potus,exercitationis,videndi, audiendi, totius denique muſices. &c.

Galenus in conſilio pro Puero epileptico. Prætereà bulbi,& cocleæ,& caſeus, & fungi, bouinæque car-nes,& oua in aqua durata,cùm difficilis ſint coctio-nis,tum craſſos generant humores: alica verò,& carnes ſuillæ bonum quidem generant ſan-guinem, ſed viſcoſum: paluſtria autem omnia generant ſuperfluitates plurimas: legumina ve-rò omnia ventoſa ſunt,& præcipuè faba, & ciceres, ptiſanaque non diligenter cocta ventoſa eſt: quam ob rem benè coquere ipſam oportet,vel ea non vti: leus quoque bene decocta omnem ponit ventoſita-tem:verùm ipſa non aſsiduè,crebroque vti oportet, quoniam generat craſſos humores.

Hippoc. lib. 2. *epid:* Æui per annonę caritatem, qui leguminibus veſci coacti ſunt, in crurum debi-litatem inciderunt, & propter eruorum eſum ge-nuum dolores patiebantur. quod exponit etiam

Gal.

Gal. lib. 3. Apho. comm. 16. ità dicens. in Anno famis tempore qui leguminibus vescebantur, infirma habebant crura, qui orobos comendebant, genuum dolores patiebantur. non arthriticos, sed genua dolentes ipsos appellauit.

Gal. lib. de bonitate, & vitio succorum cap. 1. Quantum sit in mali succi cibis virium ad procreandos morbos, facilè non omninò mente captis declarauit fames, quæ per plurimas Romani imperij gentes sęuijt multis deinceps annis cõtinuè, quę gentes, cum iam consumptis optimis edulijs, ad herbas comedendas, & alios praui succi cibos comedere cogerentur: vere multi, tum cutaneis morbis, tùm alijs malignis ob excellentem putredinem ortis corripiebantur. his Galenus sanguinem non detraxit propter acrimoniam humorum.

Hippoc lib. 2. apho. 36. qui salubritatem corporis habent, cùm per medicamenta purgantur, citò exoluuntur, vt & qui prauo vtuntur cibo.

Gal. in comm. qui salubritatem corporis habent non absque ratione in medicationibus citò exoluuntur; colliquantur enim, non purgantur: qui verò vitioso vtuntur alimento, ob malorum humorum abundantiam facilè exoluuntur in purgationibus: siue autem istud, quod exterius assumitur, siuè quod in corpore continetur, vitiosum alimentum nominet, vterque sermo veritatem habet; quoniam cibi vitiosi solent sanguinem gignere vitiosum.

Gal. de vena sec. aduersus Erasistrateos c. 3. post mediũ caput, sanguis nãq; ciborũ inopia arefit, & dẽfior se ipso redditur: eãq; ob rem ineptior ad fluẽdũ euadit.

Hippoc lib. 6. epid 7. 38. vteros affectus indicabunt tormina circa vmbilicum, & dolores, qui interdum à poro, quin etiam ab allio his posteà contingebant &c. *& li. 7. epid.* veri affectus magna ex parte à flatibus originẽ ducũt: indit o sũt eructuationes, Vẽtris

rugitus, & lumborum tumores, ac renum, coxendicumque.

Auic. lib. 1. *f.* 3. *D.* 2. *cap.* 7. ſuper vacuitate dormire malum eſt,& virtutem deijciens: ſomnus diurnus quantum fieri poteſt euitandus:in die quoque dormire malum,generat enim ægritudines humectantes, & reumatiſmos, & corrumpit calorem, & generat ſplenem, & laxat neruos, & efficit pigritiem, & generat apoſtemata, & febres frequentes: vbi tamen contingit in nocte non dormire,diurnus ſomnus conceditur.

CAPVT LXX.

De natura acidi, amari, & dulcis: omnia, quæ nutriunt ratione dulcis nutriunt: mel eſt natura dulce, & calidum: de ſucco, quem mel generat: de materia mellis,& quibus conferat,aut noceat: de vtilitate aceti mulſi: ſanguis ex mediocri calore gignitur, alij vero humores ex immodico, vel deficiente.

GAlenus *lib.* 4. *de ſimpl. med. fac. cap.* 12. *in princ*: Porrò quod aciditas frigoris vi eueniat, & anteà oſtendimus. &c. omnia amara eſſe calida *Gal lib.*4. *de ſimpl. med. cap.* 9. quicumque ergo fructus oloeſi ſunt, ſolummodò edēdo ij ſunt & dulces: quibus verò alteraſcentibus amaror adueuit ij edi non poſſunt. quippe amarum omne edi nequit,taleque efficitur à caloris exceſſu; verum dulce omne calidum eſt,nec immodice calorem noſtrum exſuperat *& eodem lib. cap.* 10 ſanē verò fortaſſis & pingue ipſum dulce eſt, & quicquid nutrit ex genere eſt dulcium, *Et cap* 15 Cœterum omnium, quæ nutriunt,communis dulcedo eſt;nam quidquid nutrit,aut plus,aut minus dulce eſt.his verò quę nō

nu-

nutriunt commune est id, quod per negationem dulcis, aut priuationem sic dicitur, veluti non dulce, & in dulce. &c. quæ itaque summè acida sunt, acerba, aut amara, aut simpliciter aliam quam uis qualitatem præter dulcem sortita sunt, ea omnia nutrire nequeunt. &c. quotquot verò acida simul, ac dulcia tenuiora quidem sunt, quam acerba, sed & ipsa tamen refrigerant. quin etiam amara quidem calida sunt, sed & acria his etiam calidiora. nutriunt ergo hæc omnia si iunctam habeant dulcedinem *& cap.* 18. *eiusdem lib.* scire autem oportet, acres sapores omnes summè esse calidos; ac deinceps post illos esse amaros deinde verò dulces. &c. *& cap.* 19. Nec enim sola caliditate vehementi ab illis diuersi esse consueuerunt, sed quod amari omnes non modò calidam habent facultatem, sed & siccam cineri adsimiles. acres autem quicumque vtique amari non sunt multam interim humiditatem admistam habent, proindèque corporum eiusmodi non pauca à nobis esitantur. porrò quod non calidus modò, sed & siccus est omnis sapor amarus in primis nos, maximèque discreta docet experientia. omnia dulcia, & omnia mellita facilè in bilem conuertuntur. *Gal lib 6 de bonitate, vel vitio succorum cap.* 12. mel quidem omne eo, quod potentia calidum sit id commune habet, vt facilè in bilem vertatur in corporibus calidis: ideò naturis, quæ pituitosiores sunt cibus est in primis accommodus, senilique ætati, sicut in frigidis quoque morbis. &c.

Auic lib 3. *f.* 14 *t.* 1 *cap.* 20. omnia dulcia velociter conuertuntur ad coleram.

Gal. lib. 4 *de simpl med. fac. cap.* 17. Nil mirum igitur, neque cur rerum omnium dulcissimum mel succum generat amarissimum, neque cur id maximè ætate florentibus, & calidis natura & febricitibus accidat, nam vt foris, cum pulsculum igni admoue-

tur amarum efficitur,ad eundem modum & in animantium corporibus,vbi sincerum,calidumque nactum calorem fuerit, bilioſum ſuccum procreat. àt in temperaturis frigidis ſiue propter ætatem, ſiuè propter naturam corporis, ſiuè etiam ob morbum facilè in bonum,& moderatum ſanguinem conuertitur.

Gal lib.3 de alim facult cap.39. Proindè conſtat materiam ex qua mel generatur rori eſſe congenerem : videtur autem & ex plantis, in quarum folijs colligitur,boni,maliue quippiam ipſi accidere;ideoque laudatiſſimum in locis mel gignitur, in quibus thimus,& alię quędam herbæ,& fructices temperamento calidæ,& ſiccæ affatim proueniunt : tenuiorum enim eſt partium id mel, quod in huiuſmodi plãtis generatur,ideoq;in corporibus calidis promptè in bilem vertitur : frigidis verò ſiuè per ætatem,ſiuè per morbum, ſiue natura talia fuerint, eſt accomodatiſſimum : ob id in ſanguinem mutatum nutrire ipſa poteſt : in calidis verò priùs in bilem, quam in ſanguinem mutatur : cum autem tenuium ſit partium, acrimoniæ quiddam habeat,eſt neceſſe, qua aluum ad excretionem proritet. &c.

Præterea in eo differunt, quod mel non planè coctum in ventriculo, atque inteſtinis flatus quoſdam gignat, contrà quod in decoctione ſpumam omnem abiecerit, flatus eſt expers, & vrinam mouet.

Senibus quidem, ac in vniuerſum frigidi temperamenti corporibus mel eſſe accommodum : ætate autem florentibus & calidis in bilem verti, prætereà exiguum nobis alimentum ex ipſo accidere, niſi verti in bilem occupet : quod ſi ei id accidat, tunc nihil prorſus nutrire poſſe. clarum autem eſt; quod pallidam, & flauam bilem ex eo gigni, dicimus, non ſanguinem.

Galenus lib. de bonit. vel vitio ſuccorum cap. 12. Acetum mulſum ætati quidem omni, & naturæ vtillimum ad incolumitatem tutò ſeruandam, quò viæ omnes anguſtæ expediuntur, vt nuſquam craſſus, glutinoſuſque humor hęreat.

Gal. iib. 2. de facult. natural. cap. 8. Demonſtratum enim ijs eſt, alimentum, dum in venis ab innato calore alteratur, ſanguinem quidem ex mediocri calore fieri, reliquos verò ſuccos ex eodem immodico: atque huic ſententiæ, quæ euidenter ſenſibus appæret, omnia conſentiunt: quando, & cibi, qui natura calidiores ſunt, magis ſunt bilioſi, qui frigidiores; magis pituitoſi, ſimili modo ex ætatibus, qui calidi ſunt natura, has bilioſiores eſſe conſtat, quæ frigidæ, pituitoſæ magis obnoxias. iam vitæ rationum, & regionum, & anni temporum, multoque priores his ipſarum quoque naturarum.

Et verſus finem capitis. hoc verò nobis conceſſo, non durum arbitror dictum eſt, in omni actione id quod melius eſt, commodo temperamento referendum eſſe acceptum, quæ deteriora ſunt, vitioſo. àt qui ſi hęc ita ſe habet, ſanguinem à mediocri, bilem ab immodico calore naſci, quid ni putandum? ita namque tum in calida ætate, tum calida regione, tum anni tempore calido, & tempeſtate calida, præterea naturis hominum calidis, & vitæ ſortibus, & victus rationibus, & morbis calidis meritò plurima fieri flaua bilis apparet. dubitare verò, an in animantium corporibus is ſuccus gignatur, an in cibis contineatur, vtique hominis eſt, qui nec illud adnectat: quemadmodum etiam ijs, qui ſani citrà vitium ſunt, vbi aliqua coacti occaſione, contra conſuetudinem cibo abſtinuerunt, os quidem amarum, lotium ve-

verò bilioſum redditur, ac venter mordetur, ſed quaſi nunc ſubitò in hunc non dum ſit ingreſſus, nec quæ in eo ſunt, nouerit. quis namque ignorat eorum, quę immodicè coquuntur, ſingula fieri, primum quidem ſalſiora, poſteà verò amariora? cum ſi mel ipſum, quod omnium eſt dulciſſimum, plurimum percoquere velis, id quoque reddi deris amariſſimum.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS

In quo agitur de morborum prognosticis & signis Desumptis ex vrinis, & idea morbi, & Alui excrementis, & signis à Facie Desumptis, & de Regulis Cibandorum Aegrorum.

CAPVT PRIMVM.

De Recidiuatione.

Alexus lib. 2. de diff. feb. cap. 5. semper enim suis natura viribus vtens, quidquid optimum fieri contigerit his, quæ aluntur, partibus assimilare: quicquid verò alienum, excernere conatur, quod si aliquando ob crassitudinem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, at aliqu am meatuum obstructionem, aut propter sui imbecillitatem totum, quod est vitiatum, nequeat expellere, necesse est, vt si id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrumpatur; neque enim fieri potest, vt aliquis quispiam ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, ne dum qui ita deprauatus, vt naturæ cultum non amplius suscipiat: sed alterum omninò sequitur, vt scilicet concoquatur, apponatur, atque assimiletur solidis partibus animalis, aut corrumpatur, & putrefiat.

Hippoc. lib. 2. aphò. 12. quæ relinquuntur in morbis post iuditium, reciduas facere consueuerunt.

Gal. in comm. Per ea, quæ relinquuntur in morbis malorum humorum reliquias intelligens, quas neceſſarium eſt, tempore putreſcentes, febrem accendere, cum omnis humor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non ſit ad eius nutritionem, & deinceps neceſſariò ad putredinem conuertatur: quando & locus calidus ert, in quo fuerit collectus, tunc maximè, & celerrimè putridus fit.

CAPVT II.

De prognoſticis morborum? Aſtronomia maximè confert ad medicinam, de vtilitate phyſionomiæ, quod non ſit illa aſtrologia medico neceſſaria, quam Vates profitentur. eſt autem illa, quæ à Sancta Mater Eccleſia rationabiliter prohibita eſt. Cognoſcimus ſalutem, aut mortem ægrorum ex virium comparatione cum morbo, per quas vias partes expurgantur: non ſoluitur morbus ſine ſigins ectionis.

HIppoc. *lib.* 1. *epid. textu* 48. Præterita dicito, præſentia cognoſcito, futura prædicito.

Galenus lib. 1. *de locis aff. cap.* 1. *ante medium caput.* intueri in morbis oportet omnia, tum præterita, tum præſentia accidentia.

Ad artem medicam Aſtronomiam non minimum, ſed plurimum conferre, quippè cum vna cum anni temporibus, & hominum ventriculi mutationem accipiunt. *ita Hippoc lib.* de aere, aquis, & locis in principio. & eode loco. ſi æſtas pluuioſa, & auſtrina fuerit, autumnus ſimiliter morboſam eſſe hyemem

men neceſſe eſt, ijſque, qui pituita abundant, & quadrageſimum annum exceſſerint febres ardentes contingere æquum eſt, biliosis verò morbos laterales, & pulmonum inflammationes. &c.

Galenus in lib. aſcripto de ſcientia mathematica in principio ex Hippocrate, inquit. quicunque in medicina ſe exercent, eius autem Phyſophiæ ignari ſunt, quæ docet, dari iuditia de rebus à natura earum deſumpta (phyſionomiam vocant) horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus conſeneſcit: non ſolum non recte agere huiuſmodi homines, ſed plurimum decipi dicit: ait enim eorum animum errore confici, ac defatigari, qui vſum phyſionomiæ ignorant: cum autem maxima pars aſtrologiæ ad eam, quam diximus phyſonomiam iudicatoriam pertineat, liquet illum, ſi partem laudauit, multò magis totam laudaſſe. Diocles non ſolum hoc idem dicit, ſed etiam aſſerit, Veteres medicos ex diuerſitate luminis, & curſus lunæ præcognitiones, quæ in morbis fiunt, conficere ſolitos fuiſſe. indè, & tamen carisſime Aphrodiſi, ſi decubitum infirmi diligenter exploraueris, vberrimam tuæ artis frugem es accepturus, præcognoſcendo, & prædicendo ea, quæ infirmis ſunt euentura.

Gal. lib. 1. *de criſib. cap.* 3. *in fine.* Generoſi autem medici, & arte Hippocratica digni eſt officium, futurum ſtatum præcognoſcere, cum omnem victus rationem ad ipſum inſpiciens inſtruat. eadem ratione principium morbi, atque augmentum, non vbi iam perfecta ſunt, ſed multò anteà præſtabat agnoſcere.

Hippoc. lib. 3. *apho.* 1. Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

Gal. in comm. Dicit Hippoc: hic non intelligere per mutationes temporum, quod ſcilicet, ſit mutatio hyemis in Ver, Veris in æſtatem, & æſtatis in Autumnum, ſed per mutationes iutellig t alterationes, ideſt illa mutatio, quæ fit, vt caliditatis, vel frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis. eius verba ſunt. mel us itaque fuerit ob hanc adiectionem permutationes temporum intelligere illas, quæ fiunt ſecundum illorum temperaturas alterationes; hæ ſiquidem ſunt, quæ potiſſimum generant morbos, quoniam multæ & alia poſt aliam fiunt alterationes, quemadmodum in epidemijs ſcripſit, & nunc etiam poſt dicet. at verò vnius temporis alteratio ſola efficit quidem morbos, ſed non potiſſimum.

Hippoc lib. 3. Apho. 4. in temporibus quando eodem die modo calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. & ità per totum hunc librum Hippoc. & Galenus tractant de aſtronomia ſecundum mutationes temporum anni, ætatis, regionis. &c. quarè videatur locus.

Hippoc. lib. 1. *Apho:* 18. Æſtate, & autumno cibi copiam fuerunt difficillimè, hyeme facillimè, Vere minus.

Hippoc lib. 1. *Apho* 7. Ventres hyeme, ac Vere natura calidiſſimi, & ſomni longiſſimi, quarè per ea tempora plus cibi dare oportet; ſiquidem, plus ideſt caloris natiui.

Gal lib de conſt. artis med cap. 18. *de præcognoſcendi, ac diuinandi arte:* Deinceps itaque de diuinatione dicamus, quandoquidem nobis vtilis cum ad alia quidem, tum vel maximè ad curationem viſa eſt. Cæterum medicis putare id genus, quale Vates pollicentur, conſtare diuinationem, ridiculum eſt. illi enim nono, ſi ità fortè contingat die, ſeruatum iri, aiunt, hominem, non etiam ſi cuncta rectè adminiſtrentur, addentes: huius etenim ipſius præcognitionem, nempè, quod omnia pro-

ſpe-

ſpere, vel infelicirer ceſſum ſint circà Ægrotos, profitentur. At medicus non itã prædicit futurum: verum ſeptimo V. g. die, ſi omnia, vt oportet, ſolutum iri morbum. &c. Attentus enim ſemper his duobus medicus eſt; velut obluctatoribus, nempè morbo, & naturæ, ac primum quidem euadendum, vel pereundum hominem eſſe, ex robuſtiore dignoſcendo, diuinationem facit, deindè verò, & præfiniti temporis ex eo, quod quantò alter valentior ſit, intelligat. neque eſt, quod mireris, ſi vtriuſque robur contemplatus, victorem compereris futurum.

Itaque ſanitatem, ac mortem non ex alijs meditationibus præſentiet medicus, quam ex morbi, ac naturæ robore exactè cognoſcendo, ex ijſdem verò & terminum vtriuſque inueniet. in propinquo enim morbi ſolutio erit, cum benè valuerit facultas: ſin fuerit imbecilla, morbus autem validior, mors maturabit: præſcriptionis autem temporis indicat magnitudo exceſſus: ab alijs quidem ſcopis medicus prædiuinandi facultatem conſequitur: ergo robur naturæ ex proprijs, præſertimque ex pulſuum actionibus agnoſces: quandoquidem vitalis opus ij ſunt facultatis: morbi magnitudinem ex ſuis accidentibus, quantum verò alter alterum ſupereſt, coctionibus, incoctionibuſque has ipſas ex proprijs excrementis, quæ quidem & in aluo ſunt per infernã ſublabentia, quæ in vaſis per vrinas, per ſudores verò, quę toto corpore continentur: ſic, & alias omnes, quæcunque in parte quapiam vna, pluribuſue conſiſtunt: quæ in thorace quidem, ac pulmone per ea, quæ extuſſiuntur: quæ in veſica, vel renibus per ea, quæ in vrinis deferuntur: iecoris autem ſima, & mæſenterium, quomodo prædita ſint viribus ex ijs, quæ per ima deſcendunt, noueris: & per ea, quæ vomuntur, ſuperior venter, ac ſtomachus: quæ per palatum, vel per nares, & aures excernun-

tur, quomodo affectum robore cerebrum sit, declarabunt.

Enim verò commune in omnibus est, non priùs dissolui morbum posse, quam aliquid in decedentibus excrementis coctionis inditium apparuerit: & vt semèl dicam, coctiones omnes celeritatem iudicationis, securitatem salubrem significant; cruda autem, & incocta, quæ in malos conuertuntur abscessus, infestas iudicationes, vel labores, vel tempora, vel eorundem recidiuas portendunt.

CAPVT III.

Vires cum morbo sunt comparanda, si velimus exitum morbi rectè cognoscere: mente constare in morbis magnam salutis spem præbet: similitudines conferunt medicis.

GAlenus *lib.* 1. *de arte curat. ad Glauco: c.* 8. *in fine.* in omni prognostico morborũ omnium vires cum morbo semper comparandas esse. Morbi quantitas, ac virium res, quæ ad eam explicandam vno indiget verbo, ad vsum verò per magna: neque enim benè præscire possumus, nisi horum singulorum magnitudinem diligenter pensitemus; nam, vtrum morbus sit exitialis, an non, & quando magis debeat mori, aut sanitati Ægrotus restitui, nisi omnium, quæ diximus, quantitatem diligentiùs animaduertens ad duo redegeris capita, ad ipsius scilicet morbi magnitudinem, & ægroti vires, non poteris verè præcognoscere: nam si vires adeò validè fuerint, vt possint morbum superare, necesse est, ægrotum euadere: si verò contrà, omninò morietur. non igitur solùm inspicias, qualis sit species, ac forma, sed & eius magnitudinem aduerte, non paruam autem hoc exigit experientiam tum alias obcau-

las.

ſas, tùm quia neque ſcribi, neque omninò ſermone edoceri ſingulorum quantitas poteſt.

Gal. lib. 9. meth: med: cap. 13. quod repetit lib. 10 meth: cap. 1. In morbis viribus primò eſſe proſpiciendum. maxima igitur ipſarum eſt virium: quando viuere ipſum nobis ex harum cuſtodia conſtat; vt potè, cum vitam, aut ipſas vires eſſe, aut earum actiones, neceſse eſt. àt vitā ipſa nihil eſse prius in aïmantis corpore poteſt, propterea, quod nec ſanos eſse citrà vitam licet; virtus ergo omnium prima cuſtodiendà hominibus eſt: ſeruabitur autem, ſi nec eius ſubſtantia inaniatur, nec tanta alteratione alteretur, vt ea corruptioni ſit propinqua. & paulò poſt. quippè ſi quem curare ſtudes affectum, is vacuationem requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant, toto illo tempore, quo vires reficimus, eorum, quæ affectū ſanant, nihil planè ęgrotanti exhibebimus: vbi verò eò roboris peruenisse eas conijcimus, vt nihil, aut parum euacuando ſint lædendę, tum eſt ad affectus quoq; curationem accedendum. Prima igitur omnium *indicatio* eſt, quæ à virtute ſumitur. Verum non ſic prima, vt quę curationem doceat, cum ex numero curatricum indicationum non ſit, verum vitalium, ſiue quę ad vitæ cuſtodiam pertinent. nam neque, vt valeamus, nec vt à morbis liberemur, ab ea quidquam primum deſsumimus, ſed vt viuamus.

Galenus lib. 2. prognoſt. ſuper comm. 6. Summa totius præſagitionis in morituris, conualituriſque eſt, vt quotiès vis ægrotantis cum ęgri facultate cōferatur, ſi enim morbus vehementior eſt, ęger omninò morietur, vbi nihil committatur. hanc verò ſummam ipſe ſcripſit per ſententiam libri primi apho: 9. inquiens colligendum etiam eſt, an ęger poſſit eo victu, quem pręceperis, perdurare ad conſiſtendi vigorem vſque ęgrotationis. &c. cœterum, cum tres ſecundum genus vires ex triplici pendeant

ori-

origine, cerebro, corde, iecore, per earum ministeria sanitas, atque infirmitas cognoscitur: præcipua verò cerebri ministeria sunt meminisse, ac cogitare: subseruientia verò sentire, & moueri secundum desiderium: cordis verò motus arteriarum: iecoris verò generatio sanguinis, & humorum: itaque, cum prognostica contemplatio in hæc diuidatur capita, quodcumque signum est ab Hippocrate dictum considerandum, in quo genere collocetur.

Hippoc lib. 2. apho. 33. in quouis morbo mente constare, & benè se habere ad ea, quæ offeruntur, bonum: contrarium verò, malum.

Gal. in comm Dicitur autem signum esse bonum quantum in se ipso est, hoc aliquid, & signum malum, quantum in se ipso est, hoc aliquid: de morte autem, ac vita oportet omnium signorum vires prius bene perpendentes ità pronunciare, quemadmodum & ipse in prognosticis consulit: sic igitur & nunc, constare mente, & appetitum permanere, bonum est signum in quo vis morbo. quædam verò non in omni morbo bona sunt, vt ipse consueuit significare, inquiens: spirandi facilitatem putare oportet, valdè magnam habere vim ad salutem in omnibus morbis acutis. quod autem constare mente, bonum sit signum, ex isto cognosces: quæ ad cerebrum attinent, atq; membranas eius, & spinalem medullam, nec non & septum transuersum, & omnino partes neruosas, ac præsertim quæ sunt iuxtà cerebrum, & hepar, & cor, vbi adest promptitudo ad cibos, qui offeruntur. cùm verò hæc omnia robusta sint, non parua spes de ægroti salute haberi potest.

Hippoc. lib. 2. apho. 34. in morbis minus periclitantur ij, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut regioni, aut tempori magis continguit morbus, quàm, quibus secundum nihil istorum congruit.

Gal in comm. Natura pro temperatura accipitur. Calidæ enim naturæ, & ætati, & habitui, & tempori,

pori, & anni constitutioni, & regioni morbi calidiores sunt congruentes: frigidioribus verò frigidiores, eadem ratione & siccioribus siccliores, ac humidioribus humidiores. Contrarium vero tenet Diocles libro de septimanis, cuius Authores opinantur, incitari quidem à similibus morbos, solui verò à contrarijs: quoniam & ab ipso Hippocrate scriptum est, contrarijs morbis contraria esse remedia: putant igitur, febrem ardentem hyberno tempore facilius posse sanari ea, quæ fit in æstate: non aduertentes, quod vehementis dispositio causa sit, vt febris ardens hyeme fiat: neque enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis contrarietatem superasset: cùm igitur anni tempus cohibere non potuerit causæ magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem, multò minùs, ipsam, morbo iam facto, superabit, non ampliùs assistente sanitatis robore: sed est & hoc ipsa compertum experientia: nam duarum febrium ardentium magnitudine parium, illa, quę aduenit hyeme, est periculosior: sicut quando in calidiori temporis constitutione ortum quidem habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate: cum ipsi vtraque temporis constitutio bona sit, prima quidem, in qua morbus factus est, tamquam signum, altera verò, in qua solutus est, tamquam causa. &c.

Hippoc. lib 6 de morb vulgar sec. 7. tex. 49. Optimis verò medicis similitudines imponunt, & difficultates pariunt: contraria verò causa efficit, quæ qualis sit, considerandа venit: & sanè difficile est curandi viam ratione assequi, veluti nùm acutinato sit capite, si resimis naribus, si aduncis, si biliosus, & ægre vomat, si bile atra præditus, si iuuenis, si negligenter, & temere vixerit, de ijsque simul inter se conuenire, est difficile.

CA-

CAPVT IV.

Vtrum ad præsagiendum salutem, aut mortem magis conferat vrina, an pulsus?

RAtio difficultatis est, quoniam cognoscimus euasuros Ægros, vel morituros præcipue ex eorum viribus. sed vires magis à pulsibus, quam ab vrinis demonstrantur: ergo maiora, & certiora signa à pulsibus, quam ab vrinis habentur. probatur, quia vita à viribus pendet: sed vires per ea, quæ à pulsibus demonstrantur, significantur. ergo. &c.

Contrarium tamen debemus tenere authoritate, & ratione. authoritate *Galeni lib.* 1. *de crisibus cap.* 14. *qui ait.* ad præsagiendum salutẽ aut mortem, vel breuitatem, vel longitudinem in morbis omnia signa fore perperdenda. hęc sunt verba.

Hęc igitur non dicamus, q emadmodum proposuimus, singula per genera diuidentes, & primum quod signorum omnium triplex est differentia, transigamus deindè singulorum vires, post modum quo pacto quispiam morborum tempora præcognoscat. nonnulla quidem cruditatis, & coctionis, quædam mortis, & salutis sunt signa: hæc quidem duo sunt genera: tertium autem, & aliud genus est, quod crisibus adiacet.

Coctionis igitur & cruditatis signa alui excrementa, & sputamina, & vrinas statuere oportet.

Mortem autem, atque salutẽ portendentia sunt, quæ vnà cum istis excernuntur, & quæ per corpus apparent. àt cruditatis, & coctionis signa semper stabilem habent propriam potestatem, siuè statim in primo die, siue in sequentibus apparuerint.

huiusmodi

huiuſmodi autem morborum ſigna tripartita ſunt, nam quædam in vrinis,& alui excrementis,& ſputis apparent, quædam in diſpoſitione totius corporis inueniuntur, quædam in animalibus;& naturalibus videntur operationibus: hæc verò non omnia fidelia ſunt in omnibus morbi temporibus. criticorum autem accidentium duplex quidem eſt natura,quoniam aliqua ſunt tamquam cauſæ, & ſigna,aliqua tamquam ſigna ſolum:infida verò vniuerſa eòrum natura, & contraria ſignificans, & faciens in vniuerſis morborum temporibus: nàm in alio quidem tempore ſecundum aliam diſpoſitionem critica ſunt,ſecundum verò aliam aliquam diſpoſitionem, vel morbi tempus, accidentia, vel ſigna praua fiunt, critica verò neque omninò ſunt.

Gal.lib.de conſtitutione artis med.cap. 18. non prius diſolui morbum poſſe, quam aliquid indecedentibus excrementis coctionis inditium apparuerit.

Sed ſi ſola ſigna cruditatis, & coctionis inter cœtera omnia firma, & ſtabilia ſunt: hæc autem ex vrina, minimè ex pulſibus colliguntur. ergo.

Certiora ſigna ex vrinis, quam ex pulſibus ad præſagiendos morbos habentur.

CA-

CAPVT V.

De potentia concoctionis humorum in morbis: bona crisis debet fieri in statu, & tantò est deterior, quantò statum anticipat De modo cognoscendæ crisis In principio non fit crisis nisi pernicioſa ſigna iudicatoria, quæ nihil decernnut, partim mortem, partim difficilem ſolutionem ſignificant: qualis ſit bona criſis: ſine coctione non ſoluitur morbus.

GAlenus *lib. 1. de criſib. cap. 8. ab initio* Prorum igitur vniuſcuiuſque morbi principium coctionis ſignis determinatur: coctionis igitur ſigna (ſæpius, quæ vtilia ſunt, repetere conuenit) numquam malè apparent. &c.

Gal. lib 3. de criſibus cap. 5. Cùm enim poſt ſigna optima, atque perfectam exquiſitam coctionem factæ fuerint criſes, neceſſe eſt, vt optimæ ſint; quoniam & ſola coctio criſis celeritatem, & ſalubrem ſecuritatem oſtendit: neque enim vel animo concipi poteſt, quod poſt morbi exquiſitam coctionem criſis mala ſequatur, exquiſita verò coctio fit tempore ſtatus. atq; idcircò ab init o nos admonuimus, nulli alteri exercitationi tam eſſe intendendum, quàm ad morbi ſtatum præcognoſcendum. nam ſi forma victus ad illum inſtituitur, & criſis optima in illo fit, atque o nnium criſium ipſa eſt regula (quæ enim huic proximior eſt, altera magis diſtante potior ſemper eſt) in nulla re adeò exercitandus eſt medicus, quantum in ſtatus præcognitione. eſtò igitur, vt in die quartodecimo ſpes ſit fore ſtatum, aut ob morbi magnitudinem, vel motus velocitatem, vel propter aliquid aliud extrinſicum irritamentum criſis die vndecima anticipet, neque ipſam perfectam, neq; omnino bonam quimus ſperare, ſed hoc tem-

pore

pore omninò timendum est, præsertim si neque in totum morbus periculo vacat: quod si salubris apparuerit, verendum est, ne crisis, vel cum grauibus fiat accidentibus, vel non perfecta, vel omninò reuertatur: adeò magnam habent vim coctiones, ac propterea etiam morbi status. & quidem si morbi in hoc tempore crisim non habuere, fieri non potest vt in declinatione habeant. quicumque enim status tempus semel præterierint, hi sine crisi perseuerant, & paulatim soluuntur.

Et nullum est mortis periculum, tempore status elapso, quantum iuditio assequi possum. & tamen quidem sunt, qui putant, se vidisse multos ægrotos in declinationibus perijsse. sed si experientiæ, vel rationi credere oportet, noui ipsos alia ratione, quam morbi, interijsse. omnes siquidem erroribus interiere, præcipuè quidem suis ipsorum: sed & aliquando medicorum. sic quidem experientia testatur, neminem vmquam vi morbi in declinationibus perijsse: sed adhuc magis ratio. neque enim possibile est, vt post quam causæ morbificæ iam coctæ sunt, ac iam natura superauerit, ager moriatur, modò, recta curatio à medicis adhibeatur.

Vbi enim natura superbior euasit, & debellauit, & restitit vehementiori morbi conatui, & quæ infestabant, expugnauit) hoc enim est ipsa coctio) fieri non potest, vt deinceps succumbat.

Hippoc. lib. 1. *in* 2. *epid.* 45. *&* 46. concoctionis celeritatem iuditij, & salutis securitatem portendunt, cruda autem, aut incocta dolores, aut recidiuas, aut mortem. quod confirmat etiam *Galenus lib.* 1. *Aph: comm.* 12. & alijs multis in locis.

Auic. lib. 4. *f.* 2. *t.* 1. *cap.* 59. hanc interpretationem confirmat, qui de iuditijs verba faciēs, omnia refert ad concoctionē: dicit enim, crises tantò esse deteriores, quātò statū morbi anticiparint, & concoctionē.

Ga-

Galenus lib. de const. art. med. cap. 18. nullum morbum sine iuditijs concoctionis vllo vmquam tempore, vel modo dissolui posse.

Gal. lib. 3. de crisib. cap. 6. Si cognouerimus ex magnitudine morbi, & viribus ægrotantis, & tempore status, nùmquid liberabitur, aut morietur, colligere ità aliquid poterimus de crisis tempore, & modo: siquidem morbus salubris inueniatur, & neque eius acumen, neque magnitudo festinent, neque error aliquis circà ægrotum admittatur, status tempus crisis expectat: & hæc quidem optima crisis est: fit enim, morbo iam cocto: si verò, vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel propter aliquid aliud iritamentum ante statum crisis venire cogatur, tantò hæc optima deterior erit, quantum statum anticiparit: quod si neque vsque ad statum sufficere possit, necessarium est, ęgrotantem ex hoc morbo interire, non tamen omninò propè statum: contingit enim, & multò celerius, & statim circà morbi totius initia. crisis enim, vel in statu, vel partìm antè ipsum fit. mors autem in tribus temporibus, principio, augmento. & statu.

Gal. lib. 3. de crisib. cap. 10. *propè finem.* Diximus, optimas crises fieri in statu, in augmentis verò, si salus sit subrecutura, vel imperfectas, vel non sicuras: in morituris autem, vel subitò interimere, vel magnam ad peius facere mutationem: in principio autem morbi non fieri crisim: & paulò antè hæc verba; est autem primum, & maximum in morbis mortalibus signum, quod sine crisi mors sit subsecutura, virium imbecillitas: nam virtus ità prostrata ad pugnam contrà morbum non excitatur: secundum verò signum est. si nullum adsit signum, vel minimum coctionis, & præter hæc, si magnus sit morbus, atque malignus, atque etiam velociter moueatur: cùm enim hæc affuerint, omninò absque crisi mors subsequitur. Mortis autem dies

præ-

præcognoſcitur, quantò ſuperat morbus naturam conſiderando, & grauiores acceſſiones inſpiciendo, ſi ènim effatu dignus fuerit exceſſus, & parum reſiſtere adhuc vis naturæ videatur, mors citò ſubſequitur, ſi verò contraria affuerint, tardiùs. &c.

Auicennas lib 4 fen. 2. t. 1. cap. 3. de ſignis criſis. & Prægnans multoties habet criſim cum abortu; in principio numquam fit criſis, niſi pernitioſa. Et cum apparent ſigna criſis, & non fit criſis, tunc eſt, aut, ſecundum quod dixit *Hippocrates lib. 2. epid. prima*, ſignificatio mortis: aut difficultas criſis, ò quanta timoroſa ſigna videmus de profunditate ſomni, & caſu pulſus, & abſciſione ſudoris perducentia poſt hora ad criſim completam, & bonam, quoniam natura in huiuſmodi iam ceſſarat ab omnibus operationibus, ſuis & tota occupata erat in ægritudine, & poſtquam redit tota virtus ad eam, vicit eam, & expulit: in declinatione verò numquam fit criſis.

Hippo. lib. 2. epid. ſect. prima. Signa iudicatoria, quę nihil decernunt partim mortem, partim difficilem morbi ſolutionem ſignificant: quæ verò pręmaturam iudicationem, dum adhuc cruda ſunt omnia, occupant, morborum recidiuas, & ſolutionem malam aut omninò nullam portendunt: pernitioſa quoque euadunt, ſi modum excedunt: eorum, quę nata ſunt decernere, ſi quę iudicatoria non ſunt difficilem ſolutionem, ſi quæ verò contraria ſignificant, malum iudicant.

Hippoc. lib. 2. apho: 27. His, quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quę pręter rationem eueniunt: plurima enim talia ſtabilia non ſunt, neque multum durare, & permanere conſueuere.

Gal. in comm. Cùm morbus inuadit vehemens,

& mox ſubitò quieſcit, non modò per ſudorem, aut vomitum, aut alui excretionem, aut profluuium ſanguinis, corpore non euacuato, ſed ne viſo quidem concoctionis ſigno, exiſtimandum eſt, ſignum infidum talem quietem eſſe: ſicut etiam ſi quis præter rationem ſpiret difficulter, vel deliret, vel febricitet vehementiùs, vel magno rigore corripiatur: nam, & hæc quoque firmitatem non habent, tantumque abeſt, vt malum aliquod ſignificent, vt non numquam bonum iuditium haud ita multo poſt futurum enuncient.

Hippoc. lib. 1. in 2. epid. tex. 44. maturationes excrementorum omnes vndique tempeſtiuæ, aut bonæ, & decretorij abſceſſus conſiderandi ſunt.

Gal. in comm. quicumque verò ſine per culo exoriuntur affectus, in his animaduertendæ concoctiones ſunt. &c. iam ſicut in corporibus ſanis ſanis concoctiones indicant excrementa, non ſecus in corporibus affectis indicabunt. itaque, eorum, quæ in ventre copiuntur, deiecta per aluum excrementa cruditatem, & concoctionem ex ſua forma arguunt: eorum, quæ in pectore, & pulmone, tuſsi excreta: eorum quæ in cerebro, per nares excreta: eorum denique, quæ in veſ s, cum vrinis affluentia: id ipſum hic quoque iubet Hippoc. facere, morborum conſiderantes coctiones ex ijs, quæ excernuntur.

Hippoc. lib. prænotionum. quibus febres ceſſant, non apparentibus ſignis ſolutionis, neque diebus decretorijs, ijs recidiua expectanda eſt.

Hippoc. lib. 1 prognoſt. tex. 80. febres, ſi alio die, quàm iudicatoria deſierint, recidiuam metuere oportet.

CA-

CAPVT VI.

De Vrinis, alui excrementis, & sudoribus: eorum, quæ sunt intrà venas, nullum est certius signum, præter solam vrinam: de significationibus vrinæ: vrina significat ea, quæ sunt in venis, deiectiones ea, quæ sunt in Ventre, sputa ea, quæ sunt in spirandi instrumentis: quæ sit optima vrina.

GAlenus *lib 4. de tuenda valet. cap. 4 in principio*. quoniam igitur huiusmodi lassitudo vitio acrium excrementorum oritur, antè omnia considerandum est, in solidis ne tantùm corporibus, an intrà venarum sinus malus succus contineatur.

De ijs verò, quæ intrà venas sunt excrementis nullum planè nec manifestum, nec euidens signum habemus, præter solam vrinam, coniicere tamen ex his licet. & in medio capite. qualiscunque verò is in corpore habetur, tale, necesse est, eius appareat serum. ac sudor quidem succorum, qui in vniuerso corpore abundant, nota est: vrina eorum tantum, qui in vasis continentur: omn nò ergo nihil omittendum, sed sudor quoque ipse, vt modo diximus, inspiciendus.

Æstimare præterea vrinæ tum consistentiam, tùm colorem oportebit, sed nec quæ in ea pendent, aut sidunt, prætermittere conueniet, sed & omnia perpendere; cuiusmodi enim sanguis est, qui in vasis continetur, ea planè ostendunt, quando si is bilioſus sit, serum quoque eius bilioſum esse necesse est: similimodo pizuitoſum, si is pituitoſus: ergo vbi crudus planè is est, vtique tenuis, aquoſaque vrina cernitur, nihil nec quod sidat, nec quod pendeat in se habens. àt vbi is concoctus, est, hæc in vrina apparent, atque etiam nubeculæ quędã desuper tenues

su-

ſuperſtant, veluti, ſi quod in ſummo lacte colligitur: quod ſi turbida ſit, qualis iumentorum viſitur, crudis vocatis humoribus refertas venas indicat, non tamen ceſſare naturam, ſed eos valenter concoquere: ſi verò celeris ſeparatio craſſi à liquido in ea cernitur, ſitque quod ſubſidet album, læue, & æquale, iam iam ſeparaturam eos omnes naturam indicat: ſin, cum emingitur, pura ſit, protinus verò turbetur, iam crudi ſucci concoctionem aggredi naturam docet: at ſi interpoſito tempore turbetur, non protinus, ſed poſt aggreſſuram inſinuat. verùm omnium (quæ turbant) vrinarum generalis nota eſto ipſius craſſi à liquidiore ſeparatio aut properè, aut tardè facta, aut omninò nulla. ergo ſi protinus fiat, & quod ſubſidit ſit album, & lęue, & æquale, ſuperiorem longè naturam ſuccis, quos concoquit, oſtendit: ſin bonum ſit, quod ſubſidet, ſed quod poſt longius interpoſitum tempus intelligatur, etiam naturam temporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nunciat: ſi verò vel omninò nulla ſeparatio, vel id, quod ſubſidit, malum ſit, imbecillitas naturæ ſignificatur, egerque ope aliqua ad ſuccos percoquendos. ſicut verò vrina ſuccorum, qui in vaſis ſunt qualitatem prodit, ità ſudor, aliaque, quæ vniuerſum animalis habitum apparent, eos, qui illic, affectus demonſtrant.

Gal. lib. 1. de criſibus cap. 7. Hæc igitur tria ſignorum genera, vt dixi, ſingula quæque coctionis præbent inditia: vrinæ quidem eius, quæ fit in venis: deiectiones eius, quæ in Ventre, ſputamina verò eius, quæ in ſpirandi inſtrumentis.

Hippoc. lib. 2. prognoſt. tex. 26. Vrina optima eſt, ſi candidum ſedimentum fuerit, lęueque, & æquale per omne tempus, dum morbus iudicetur; ſecuritatem enim, ac morbum fore breuem ſignificat: ſi verò intermittit, atque interdum paſſam emittit vrinam, interdum ſubſidet candi-

di.

didũ,ac lęue,morb diuturnior,ac minus ſecurus eſt.

Gal. in comm. igitur facultatis in ventre inditia agnoſcuntur ex ijs, quæ quotidie deijciuntur: facultatis verò iecoris,ac venarũ ex vrina:In his enim indicia clariſſima ſunt partim exquiſitæ, partim parcæ, partim irritæ in plenum coctionis admodum in ventris inditijs;& ad hæc extrinſecus, quemadmodum,illic quędam inditia ſimul aliarum diſpoſitionum,pari modo hic excernuntur. Idenim ſæpiſſimè euenit, vt aliquis emittens vrinam ſecundà die inculpatam, altera ſequenti noctem vesperi culpabilem emittat: deinde rurſus inculpabilem tertia de prima luce, poſtea veſpere culpabilem: in enim vrina alius concoctus, deuictuſquè à natura conditus in conceptaculis humor,alius incoctus apparet: ſi verò incoctus nequaquam humor interponitur concocto, talis vrina optima eſt. ſi igitur vrina habet ſedimentum id candidum, æquale, ac læue ſit,quoad diſſoluitur morbus,neceſſe eſt,ſi verò non habet, prorſus aliquam nubeculam candidam obtinebit. neceſſariò verò colore erit modicè crocea, & conditione media inter tenuem, & aquoſam,ac corpulentam, qualis iumentorum habetur. Cæterum vrina nullo pacto ſedimentum habet,ſi tenuiter, copioſum verò, ſi largiùs, exiguum verò, ſi modicè viuitur: quin etiam in morbis biliоſis,ad colorem croceum: in ijs verò, quos crudi committunt humores, ad candidius tendit. porrò ſedimentum habet copioſum,quoties morbus ex humoribus crudis fatiget: nullo verò modò, aut omninò minimum, quoties ex biliоſis fatiget: ſed ſatis erit,ſi habeat ſublimamentum.

Hippoc. lib. de iudicationibus. Vrinarum Coctiones paulatim matureſcentes, ſi diebus iudicatorijs concocte fuerint,morbũ ſoluunt.vrinas cũ vlceribus conferre oportet: vlcera namque,ſi repurgando pus album reijciant,celerem curationẽ denunciant, ſed

si ad saniosos humores conuertantur, maligna euadunt: ad eundem modum etiam vrinæ prænunciant, si ex dolore tenues euadant, occasionem, ex qua morbus adest, ratione colligere oportet, eamque inspicere, cùm sedatur: si enim hæc deficiat, aliaque signa, qualia oportet, accedant, nullam esse morbi solutionem, est existimandum. in febribus si vrina mutationes habeat, temporis longitudinem indicat, ægrumque tùm ad deteriora, tum in alteram partem necessariò commutari. vrinæ primis minimè sint similes, sed ex crassis tenues euadant, & omninò tenues, eæ difficilem, & minimè certam iudicationem faciunt.

CAPVT VII.

Quæ per vesicam, & aluum, & quæ per carnes abeunt, sunt inspicienda: quæ sit optima deiectio: de vrinis bonis, & malis tàm in coloribus, quam in substantijs, & sedimentis.

HIppoc. *lib. 7. apho:* 65. excretiones in febribus non intermittentibus liuidę sanguineę, bilioſæ, & fœtidæ, omnes malę, cum verò benè, excernuntur, bonum est, & per vesicam, & vbi aliquid secedens steterit, non purgatum, malum.

Hippoc. lib. 7. apho. 63. quæ per vesicam excernuntur, inspicere oportet, si talia, qualia sanis excernuntur: quæ igitur minimè similia sunt his, hæc morbosiora, quæ verò sunt sanis similia, hæc minimè morbosa.

Et lib. 7. apho. 64. quibuscunque cruda infrà deijciuntur, atra bilis inest: si plura, maior,

maior, si pauciora, minor est morbus.

Lib. 7. apho: vltimo. qualia fuerint vesicæ, aut alui excrementa, aut ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parùm, paruus morbus est, si multum, magnus, si valdè multum, lethale est.

Hippoc. lib. 2. prognost 13. Deiectio optima est, si mollis, constansque est, & eo tempore secreta, quo secunda valetudine assueuit, si copia ex ingesto cibo est. si enim talis excernitur, inferior venter benè valet.

Gal. in comm. ergo simillima naturali deiectio indicant non solum nter orem ventrem benè valere, sed etiam nihil in eum decumbere ex visceribus prædictis. quæ verò habet præter naturam, significat ventrem interdum solum affectum, sæpè verò decumbentis aliundè materiæ in eum, inditia habet. atque hæc multiplicia sunt. eo quod iecur non soluat sua ipsius excrementa, ichorasque, & humores præter naturam demittit in ventrem, sed etiam corporis totius. quandoquidem venter per id omnibus coporis partibus copulatur, ac per illud recipit excrementa earum, quæ quandoque decumbunt, purgantia omne corpus, aut partem vnam, aut duas, aut plures pariter: sæpè verò, quæ accidentia sunt indicantia affectionem, aut corporis totius, aut partis alicuius, aut aliquarum.

Lib. 2. prog. rex. 19. At verò in quouis morbo venter mollis, comparatusque sit necesse est.

Et textu 20. si aquosa admodum, aut candida, aut admodum crocea, aut spumosa deijciatur, hæc omnia mala sunt.

Gal. in comm. Aquosa deiectio cruditatis indicium est: candida verò haud quaquam decumbere: crocea, de iecore bilem in ventris sedes, significat: porrò admodum viridis, aut crocea (id enim vniuſ-

uis modo vertas licebit) quia gemina significat bilis croceæ copiam permistam esse , in altera rubiginosæ, sign ficabit .

Cœterum spumans deiectio interdum spiritum flatuosum humore permixtum esse solut· difficili , quandoque caloris copiam indicat . ita enim per exteriora fieri cernitur in mari, incursantibus ventis,in lebete ex polentis præ copia caloris .

Textu 21. Si exigua glutinosa, candida,subcrocea,læuisque sit,mala est .

Textu 27. Si vrina fuerit subrubea , ac sedimentum subrubeum , & læue , diuturnior hic morbus , quam primus , sed admodum salutaris est .

Gal in comm. quoties sanguinis serum pariter cum vrina excernitur,colore sub rubea apparet:indicat autem exuberantiam sanguinis non exquisita ratione confecti : igitur quia integerrimi humoris exuberantia est, idcircò sine periculo est. Sed quando lymidioris , & item serosioris , eget concoctione : si igitur spatio temporis concoctio fit , meritò talis vrina significat , vt diuturnior , quam primi morbi solutio futura sit .

Et lib. 2. *prog tex* 28. Si vrinæ sedimentum , speciem referat farinæ crassioris, malum est : deterius verò, si squamularum more consistit : si verò tenue, & candidum est , vitiosum est , furfureum verò deterius est .

Gal. in comm. Prima enim noua , ac tenera pinguedo consumitur per huiusmodi febres , deinde durior , ac vetustior , ab his deinceps noua , ac tenera caro, mox dura , ac vetusta, postremo solida iam corporis membra , quibus rursus inæqualiter consumptis squamosæ particulæ pariter cum vrina excernuntur : & ob eam rem talis vrina deterior est , quam quæ tantummodo speciem farinæ referat crassioris , quæ verò tenuiorum sunt, peruenci à

ma-

materia indicant facultatem, & veluti pugnam haberi æquiualentem : atque ea res in omni inæquali corpore promiſcua eſt . particulares verò in eo differentiæ prouiribus concoctæ materiæ, vitioq; non concoctæ exiſtunt . porrò ab his tribus ſedimentorum differentijs quartam adiecit , furfureum ſedimentum,quod inquam,deterius,quam tertium eſt : indicat enim , quemadmodum primum , & ſecundum,flammeã febris caliditatem, & conſumentem.

Hippoc. lib. 7. apho: 31. quibuſcumque febricitantibus in vrinis ſedimenta,veluti farina craſſior , longam ægritudinem fore ſignificat .

Gal. in comm. & hic ſermo, adhibita dictione,verus eſt,& ab experientia comprobatus:nam tales vrinæ exitiales ſunt , ſicut etiam in prognoſtico dictum eſt : plurimique morte præripiuntur , antequam ægritudo diutius prorrahatur, & quicumque ex ipſis ſunt liberati,ijs omnibus in longum producta eſt ægritudo , cum diſpoſitio multam requirat coctionem , in qua talis vrina mingitur . Dictum autem eſt à nobis in lib. de criſibus plenius de vrinis omnibus : in epid: verò (ſufficit enim mihi de duobus Ægris tantummodo feciſſe ſermonem) in primo quidem libro de Sileno ſecundo loco ſcripto poſt tres conſtitutiones : de quo in ſua narratione ſic inquit: minxit totum ſimul ſubcraſſum:ſedimen inſtar farinæ craſſioris, album : extrema rurſus frigida,vndecima mortuus eſt .

In tertio autem libro de Ægro , qui ordine tertius eſt , de quo ipſe ſcripſit in ſuæ narrationis initio : qui aiebat : in horto Dealcis : deinde paulò poſt , vrinæ tenues , variæ , habentes ſublimamenta parua inſtar farinæ craſſioris : hunc autem dicit , quadrageſimo die fuiſſe iudicatum . liquet igitur ex his exemplis , quod quicumque mingunt vrinam ſimilem farinæ craſſiori , ſi ſaluari debent , tarde liberantur , quicumque verò exitialiter

se habent, contingit, hos quam citò interire.

Hippo: lib. 7. apho: 35. quibus in vrina adipalis superficies est, & conserta, ijs nephriticum, & acutum morbum significat.

Gal. in comm. Siue alui excrementa, siuè vrina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit, non magis in renibus, quam in toto corpore existentis; quarè neque morbi renalis est signum, sed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. in alijs enim partibus corporis adipes colliquati, paulatim, & non vniuersim cum vrina exeunt, primum colliquatione participata à venis illi vicinis, deinde ab alijs, quæ continuantur, & rursus ab alijs, donec ad renes perueniatur, adipis verò circà renes colliquati transumptio ad vrinas celerrima est, & non paulatim, sed simul tota fit, atque ideo in renibus ipsis dispositionem esse monstratur, cui rei & experientia inuenies, si diligentius animaduerteris, consentientem.

Hippoc lib. prænot: quin etiam pinguitudines suprà innatantes aranearum telas referentes damnare oportet: colliquationem namque significant.

CA-

CAPVT VIII.

Vrina oleosa est colliquationis signum: de significatione nebulæ in vrina: qualem colorem debeat habere vrina naturalis: de alijs significationibus vrinæ: quales vrinæ sint coctæ, quales crudæ: vrinæ perturbatæ capitis dolorem significant.

GAlenus *lib. 3. in 3. epid: suprà tex.* 70. Alui fluxionibus, acribus deiectionibus, pinguibusque bilioſos: nàm ipſe in præſagijs dixit, pinguitudines innatantes ſimiles aranearum telis reprehendendas eſſe: indicant enim colliquationem: quarè bilioſi meritò in febres colliquatiuas incidebant, offendebanturq; alui deiectionibus, rubicundi verò, & ad melancholiam appoſiti, & craſſo ſanguine, calidoque præditi non iniuria phrenitide, & febribus ardentibus ſunt correpti, & etiam cruentis dyſenterijs, vt par erat maximè. duplices enim eas ſcimus eſſe: in inteſtini exulceratione eroſis, alteram dyſenteriam, alteram cum copioſus ſanguis per venas, quæ ad inteſtina pertinẽt, vacuatur.

Hippoc. lib. 2. prog. tex. 35. ſi pingue deſuper natans aranearum ſpeciem referat, damnandum eſt: indicat enim conſumptionem.

Lib. 2. prog: 29. Nubecula, quæ inuehitur in vrina, ſi candida eſt, eſt bona, ſi nigra, eſt vitioſa.

Lib. 2. prog. 30. Dum vrina tenuis fuerit, ac rufa, crudam eſſe ſignificat ægrotationem.

Gal. Vrina naturalis modicè crocea eſt, vt potè ex humore conſiſtens concocto, qui flauæ bilis parum recepit. hæc vbi modum excedat, aut admodum ſincera permiſcetur, vrina rufa apparet; ergo ſi adeo talis colore eſt, vt etiam tenuis ſit, crudam eſſe ſignificat ægrotationem: oportet enim,

vt in colore diximus, modice croceam esse debere naturalem vrinam : ita etiam modicè se habere in consistentia, nec ita tenuem esse, quemadmodum aqua, nec crassa, vt assimiletur vrinæ iumentorum : sed omnia sint integrè de natura vrinæ, ac differentia prodita : indè ea dicas licebit, si verus fueris præsensionis amator.

Galenus lib. 1. *de crisib. cap.* 11. *ad finem*. excrementum viride est æruginosæ bilis inditium, sicut nigrum, vel atræ bilis, vel sanguinis cuiuspiam in eo loco perusti. si autem veluti liuidum quoddam in excremento apparuerit, vbi non fuerit tale aliquid intus assumptum, partium infernarum validum frigus, ac velut mortificationem indicat : si verò pingue, vbi non fuerit tale aliquid assumptum, pinguis colliquationis est inditium. quin etiam viscosum, nisi hoc ex cibi natura tale sit, colliquationis est signum : sed quod quidem pingue est ex pinguedine fit liquefacta : quod verò viscosum ex ipsis solidis animalis partibus contabescentibus : quarè multò grauius, & quidem quod vehementer fætet, si etiam ex cibo non accidat, vehementem putrefactionem ostendit.

Galenus lib. 1. *de crisib cap.* 12. Deincepsde vrinis dicamus, ex his igitur illa optima est, quæ vrinæ sanorum est simillima: quęcumque verò non est talis, vel simpliciter incocta est, vel pręter hoc & pernitiosa. &c. quæ quidem optimè est cocta, in ijs, qui supremum sanitatis obtinent gradum considerare oportet: talis enim & subrufa, & subflaua, magisq; subrufa, quam subflaua, statim verò, & hæc mediocrem crassitiẽ habet. nã quæ hac ipsa crassior est, aut tenuior, coctionem imperfectã significat: siquidẽ altera in humorem nõ dum conuersa est, altera verò adhuc conturbata est. hoc autem intelligere licet ex ijs, quæ tenues, ac puræ excernuntur: post hac verò, vel remanẽt semper tenues, aut paulò post cõturbã-

tur,

tur, quoniam vtræque coctione carent, eò autem differunt, quod altera non dum concoqui cœpit: alteri vero, quoniam flatuosi spiritus ipsi permisti sunt, perturbatio quædam veluti in nouis vinis adhuc feruescentibus inest. Nam cum triplex sit vrinarum turbidarum differentia, qnia vel cum tales mictæ fuerint, paulò post residunt, vel semper similes permanent, vel puræ quidem meiuntur, postea autem conturbantur: praua quidem ex dictis tertia, mitis autem prima, media autem inter vtramque secunda: quoniam, quæ quidem residet statim parum aliquid inæqualis turbulentiæ supereste demonstrat: quæ verò semper manet similis, vigere adhuc, quæ est in sanguine, agitationem ostendit: quæ vero extra conturbatur, debet incipere concoqui; quarè optimo iure ea pessima est: nam & longiori tempore, & virtute forti indiget ad concoctionem, sed quæ turbulenta mingitur, statimque subsidentiam bonam habet, morbum haud ità multo post concoquendum significat; atque idcircò mitior. &c. praua sufficienter est, quæ tenuis & alba est, sicuti aqua, nam simplex quidem est dispositio, sed vltimæ imbecillitatis inditium. &c. præterea, & in pueris omnibus ferè, & perfectam ætatem habentibus, qui otiosam vitam degunt, aut quo vis alio modo repleti sunt, satis multam habent subsidentiam: quando in his quidem propter desidem vitam, illis verò propter sanitatem: pueris verò, & ob satietatem (voraces enim sunt) ob idetiam quod vna ventriculi operatio non potest duobus simul sufficere, augendo scilicèt, atque alendo: antequam ergo in ipso sufficienter alimentum coctum sit, ipsum ad se corpus trahit, atq; hinc fit, vt plurimũ crudi humoris coaceruet: hæc quoq; causa est, vt ijs, qui otio, & repletione febricitant, si sanitati restitui debent, necessariò plurimum subsideat: contrà ijs, qui ex media, & labore

rufæ quidem, & biliosæ vrinæ sunt (soluitur enim morbus priusquam aliquod subsideat; plerumque) sufficit enim in his & nebula alba, & suspensio bona: talis autem est alba, & lęuis, & æqualis. &c. si enim farinæ hordei crassioris, vel squamis, vel furfuribus similes subsidentias habuerit, vel nigras, vel viridis, vel liuidas, vel fœtidas, præter id, quod quæcumque tales sunt, cruditatem habent, etiam aliquæ sunt pernitiosæ: nam farinæ ordeaceæ crassiori similes, diarum sunt dispositionum inditia, grandis scilicet colliquationis, & caliditatis æstuosæ, quæ sanguinem educit. atquæ squamas repręsentant, sunt vasorum partes superficiales, quæ scil cet omninò resoluuntur, ac colliquantur: ità & furfureæ, præter quam quod quantum hæ crassiores, & minores sunt, tantum squamis similes, latiores, ac tenuiotes his sunt. nigræ verò subsidentiæ, vel excedentem caliditatem, atque igneam ostendunt, vel ex frigiditate vehementi extinctionem. sic enim, & extrinsecus nostri corporis partes nigro affici colore videmus: partim scilicet ex mimio calore: partim ex vehementi frigore, & veluti mortuas, quemadmodū in senibus, aut quibuscunq; alijs suprà modum refrigeratis: isparum itaque vrinarum color niger, atque etiam earum, quæ in ipsis attolluntur, aut suprà vehuntur nebulis, ad easdem causas refertur, calorem scilicet immoderatum, aut mortificationem ex refrigeratione vehementi. pessima igitur est omnis vrina denigrata, adeòvt nem inem vnquam seruatum viderim ex ijs, qui talem vrinam miuxerunt: minus verò pernitiosa, si solū id, quod subsidet nigrum fuerit: atq; adhuc minus, si solum id, quod in medio iacet: ac multò minus etiã si nebula. Color verò viridis fit in transitu ad nigrum & quoddã veluti principium nigri. nam si morbus malignus fuerit, & vomitibus postmodum, & alui excrementis, & vrinis viri-

viridibus, poſt modum nigræ ſuperueniunt. Color autem liuidus eſt tantum frigiditatis affectus: odor verò grauis, putrefactionis.

Quod ſi veluti oleum mingatur, colliquationis eſt ſignum: tales quidem vrinæ peſſimæ ſunt: quę autem benè coloratæ ſunt, & ſubſidentias habent albas, & lęues, & æquales, aut nebulas quaſdam, aut ſuſpenſa ſimilia, omnes vrinas bonitate præcellunt: maxime quidem, in quibus ſubſidentia lęuis fuerit: ſecundum bonitatis obtinent locum, in quibus ſuſpenſa talia ſunt: tertium, in quibus nebulæ. hæc igitur coctionis ſigna ſunt: reliqua verò omnia partim cruditatem, partim pernitiem portendunt: nam quæ alba eſt, & quæ tenuis, & quæ turbulenta, cruditatem: at quæ farinæ ordei craſſiori, aut ſquamis, aut furfuribus ſimilis eſt, quæ nigra, aut viridis, aut liuida eſt, aut oleaginea, aut fętida pernitiem ſignificat. quæ autem ſub rufa, aut ſub flaua eſt, adhuc autem tenuis: quà quidem tenuis cruda exiſtit, quà verò talem habet colorem, iam coquitur: eſt autem media inter eas, quæ ſunt exquiſitè crudæ, & coctæ, ſicuti & quibus quędam ſunt alba, & lęuia, quæ ſuprà efferuntur, diuulſa verò, & minimè continua: hoc etiam in ſubſidentibus contemplari oportet, ſi non modò alba ſint, & lęuia, ſed ſi omninò æqualia, & quando in nulla parte diuulſa ſint, & quia in omni tempore talia ſint: nàm ſi alternatim mingatur pura in ſubſidentibus, ſemicoctum eſſe orbum oſtendit. de his igitur omnibus admirabilis Hippocrates optimè docuit, & quod in Viris quidem, & mulieribus vrinę nigræ peſſimæ ſunt, in Pueris autem aquę ſimiles: nam in his magis cõſuetæ craſſiores, in Perfectis autẽ magis rufę. quod verò maximè cõtrariũ eſt conſuetis, pernicioſum, ſed & de ſubſidentibus vrinis, & ſtatim habẽtibus ſubſidentiã ſubrubentem, ac lęuem rectè dixit, quod ſunt ſatis quidẽ ſalutares, ſed diuturniores iis,

quas paulò antè ſemicoctas nominaui ; ſanguinis enim ſeroſa ſuperfluitas iſtas intingit : oportet autem non modò hanc, ſed etiam aliquid rufæ bilis admiſceri. Si verò calor naturalis adeò eſt imbecillis, vt neque rufam generet bilem, neque ſanguinem exquiſitè coctum, ſed adhuc ſeroſum , atque humidum , quod ad ſui coctionem tempore egeat , eſt manifeſtum: quod verò hæc diſpoſitio ſine periculo ſit, materiæ natura commonſtrat, quæ neque tenuis, aut aquæ ſimilis eſt, neque integrè craſſa , ſed neque acris quidem, aut putrida , ſed vtilis exiſtit , & propè naturam ſanguinis .

Hip. lib 12 *prog. tex.* 31. Si morbus diuturnus fuerit, vrina verò talis excernitur, periculum eſt, ne durare Æger poſſit, quoad morbus concoquatur .

Gal. in comm. quotiès morbus diuturnus incoctus permanet, periculum imminet abolitionis, niſi facultas morbo reſiſtens quàm maximè valeat.

Textu 31. Exitioſior verò vrina eſt, ſi aquoſa, fœtida, nigra, craſsaque eſt . *Gal in comm.* vrina aquoſa , tenuis quidem conſiſtentia , colore verò candida eſt ſummam indicans humorum cruditatem, coctricis verò facultatis debilitatem: hæc enim vrinæ ſcilicèt aquoſæ, fœtidæ, craſsæque nigræ iunctim , ac ſeorſim per ſe exitioſæ ſunt vrinam nigram, quò fuerit craſſior, eò deteriorem haberi, obſeruauimus .

Tex. 33. In Mulieribus, & viris vrina nigra: Pueris aquoſa deterrima eſt.

Gal. in comm. In omni ętate vrina nigra, & aquoſa exitioſa eſt : ſed in ætatis vigore conſiſtentibus inter exitioſas primum habet ordinem nigra ; in pueris verò aquoſa .

Et textu 34. Qui tenuem , crudamque diutiùs vrinam mingunt, ſi cętera, vt in conualituris, indoctia fuerint, in ijs abſceſsum ad ſedes infrà præcordia expectare oportet .

textu

Textu 36. Considerandа in vrina nubecula est vtrum sursum fuerit, an deorsum, & item colorem quem obtinet. si enim deorsum feratur cum colore, qui dictus est, bona, comendandaq; est: si sursum cum colore, qui dictus est, mala, damnandaque est.

Lib. 2 prog. 37. Ne te fallat, si ipsa vesica ægrotans aliquam talem reddiderit vrinam: non enim totius, sed ipsius per se vesica inditium est.

Gal. in comm. At verò per naturam habentibus nobis excrementa totius corporis repurgantur per vrinam, ea verò, quæ in ventrem condita sunt, pariter cum stercore excernuntur: præter naturam verò habentibus cum vrina pariter quædam morborum in renibus, ac vesica inditia excernuntur: cum stercore verò corporis totius. itaque non rarò per vrinam purulentam, quæstio existit, vndè nam veniat pus: itidem vbi squamosa excernuntur, ea ipsa quæstio est: & item acria, fætida, ac biliosa sæpè redditur vrina propter omne corpus, ideſt concoctricem humorum in toto animali facultatem, quæ vt indicauimus, veluti focum ardentem, & fontem obtinet iecur. Interdum ipsa haud quaquam affecta, per vesicam & renes totum animal expurgatur, aut partium aliquarum in eo excrementa quædam incidentia venis, purgato sanguine, de renibus excernuntur: quemadmodum abscessus quoque consistentes sæpè numero per vrinam excernuntur.

Hippoc. lib. 4. apho. 70. quibus vrinæ perturbatæ, quales iumentorum, ijs dolor capitis vel adest, vel aderit.

Gal. in comm. Videntur enim dolores capitis aliquando antecedere, aliquando simul esse cum perturbatis vrinis: quales autem hæ sint, manifestè mõstrauit, inquiens, quales sunt iumentorum) tales verò fiunt, materia crassa, ac densa à calore agitata, hæ siquidem maximè, & ab extrinseca caliditate vi-

den-

dentur in ſpiritum ſolui, ſicut bitumen, pix, & reſina; nonnullæ igitur vrinæ longo tempore manent perturbatæ, nonnullæ verò citò ſedimentum craſſum habent, & citò morbum ſolutum in ſignificant. quæ verò reſident, ſi vires afferint, longum fore morbum oſtendunt: ſi imbecillitas adſit, ægri mortem prænunciant. hęc obiter à nobis ſunt dicta, quoniam non carent vtilitate: quæ verò ad ipſum attinentia aphoriſmum adhuc dicere oportet, ſunt iſta, vrinis perturbatis, capitis dolores neceſſariò aut adſunt, aut aderunt: quoniam ſpiritus flatuoſus vnà cum calore promptè fertur ad caput: non tamen ſiquis dolet caput, aut doliturus eſt, huic omninò tales ſunt vrinæ: fiunt enim dolores capitis etiam ex calore ſolo, nonnumquam verò ex flaua bile, quæ vel in capite, vel in Ventriculo continetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter loci obſtructionem, vel ſpiritu flatuoſo habente in parte ipſa generationem, quorum nihil facit talem vrinam ex neceſſitate.

CAPVT IX.

Perſpicuæ, & albæ vrinæ, malæ, præſertim in phreniticis. hiſtoriæ aliquorum, qui cum tali vrina perierunt phrenitici. Vrinæ cibi, & potionis refert colorem: de ſignificationibus vrinæ tenuis, & permanentis in tenuitate, & craſſæ in craſſitie. ſequitur de ſignis vrinæ in febribus vrentibus.

HIppoc. *lib.* 4. *apho.* 72. quibus perſpicuæ, & albæ ſunt vrinæ, malæ, præſertim ſi in phreniticis appareant.

Gal. in comm. Vrinæ tales extremam cruditatem ſignificant, quarè & morbos longos faciunt, quædam

dam verò ex ipsis, cùm anticiparint, vires dissolui, sunt pernitiosæ velut in phrenitidibus. nullum etenim vidi phreniticum, cui talis vrina apparuisset, saluatum: melius siquidem est, vt sicut totus morbus bilios us est, sic & vrinæ appareant biliosæ. aquosæ autem vrinæ) tales enim sunt albæ, atque persp cuæ (magnam cruditatem ostendunt, & præterea flauam bilem totam ad caput rapi quibusdam enim vrinæ perspicuæ, non tamen albæ, quæ quidem tenuem habent substantiam, colorem verò biliosum: quæ verò perspicuæ sunt, & albæ sunt simul sunt penitus aquosæ.

Hippoc. lib. 1. *epid.* Ægroto secundo dat exemplum de Sileno phrenitico cum pustulis, cui die quinta vrinæ albæ apparuere: vndecima obijt. *ita lib* 3 *epid: sec:* 2. ægroto quarto qui secunda die surdus cum vrinis albis, tenuibus, & pellucidis, hic æger delirauit, & quinto die mortuus est. *ita lib.* 3. *epid sect.* 3 Ait, quod æger quartus cum vrinis tenuibus, & albis, tertia die phreniticus perijt. ad eundem modum Vxor Dealcis cum vrinis tenuibus, & albis die vigesima phrenitica defuncta est.

Hippoc. lib. 6. *epid.* 5. 14. Vrina cibi, & potus colorem refert, estque velut humoris in corpore colliquatio.

Hippoc. lib. 7. *epid.* Abderis Poliphantus capitis dolore in vehementi febre vexabatur: vrinæ tenues, copiosæ, sedimenta crassa, & returbida: cum verò capitis dolor non quiesceret, decimo die sternutamenta sunt naribus admota: post hæc dolor vehemens ceruicem inuasit, vrina rubra prodijt returbida: velut phrenitide captus mente motus est. obijt cum vehementibus conuulsionibus. ad eundem modum eualcidæ famula, cum ei multo tempore vrinæ densæ prodirent, & capitis dolores adessent phrenitide correpta, & vehementibus conuulsion

bus

bus ſimiliter vexata mortua eſt. ferè enim vrinæ ſpiſſę,& conturbatæ capitis doloris,conuulſionis,& mortis indubitatum ſignum præſeferunt.

Galenus lib. aſcripto de vrinis cap. 1. *&* 2. Vrina ēnim tenuis, aut mingitur tenuis, & permanet tenuis,aut mingitur tenuis,& turbatur tandèm, & efficitur groſſa : prior quidem extremam cruditatem indicat ; natura enim nondum coctionem tentauit; altera autem,quæ ex tenui reddita eſt turbida,indicat naturam iàm primò aggreſſuram coctionem. &c.

Et cap. 3. *eiuſdem libri.* At groſſa ſimili modo,aut mingitur groſſa, & permanet groſsa, aut mingitur groſsa,ſed redditur tenuis:prior quidem indicat vigorem agitationis,quæ eſt in humoribus groſſis, & flatuoſis,cum qua ādeſt, vel affuturus eſt dolor capitis, propter conturbationem groſsorum humorum ,ſed tamen naturam incipere ſecretionem eorum : & hæ quidem ſunt humoris quoad ſubſtantiam differentiæ.

Et cap. 5. Cùm enim febris ipſa vrens inditium faciat plenitudinis, & abundantiæ bilioſi humoris, vrina verò non tingitur, manifeſtum eſt, quod bilioſus humor non retinetur in vaſis,ſed leuitate ſua cerebrum inſilit. Siquidem igitur nondùm adeſt phrenitis,vrina exiſtente tenui, & alba, febre verò cauſonide, prædicimus phrenitim futuram, ſi verò adeſt phrenitis, vrina verò eiuſmodi eſt, prædicimus mortem, vt plurimùm : neque poterit virtus cerebri ſeruari,cui ingruit tantus acutæ, mordaciſque coleræ impetus : hæc igitur ſignificat vrina tenuis,& alba.

Et cap. 6. Sit iterùm vrina quoad ſubſtantiam cruda,ideſt tenuis, quoad colorem autem modicè cocta(quæ ſit tenuis & pallida,talis debilitatem virtutis ſignificat) quamuis enim vrinæ quoad colorem facilè coctionem habeant, longè tamen eſt de-

terius

terius, incoctam esse quoad substantiam.

*Et cap.*8.*de vrinis Gal.lib.ascrip:* Si vrina tenuis, & flaua,hæc non solùm malam coctionem indicat, sed etiam defectum alimenti:id, quod in iuuene ieiuno reperitur:interdùm ostendit,colorem multum in profundo bilioſum succum gignere: id,quod in febre tertiana indicat, & vigilias, & animi perturbationes:hæc omnia flaua vrina efficit.

Et cap 12.Sit igitur vrina grossa, cui ità permanenti grossę color albus accedat: talis vrina maximam esse in corpore crudorum humorum copiam indicat.*& cap.*14.sit vrina grossa, & rubea (huiusmodi enim vrina reperitur)significat plenitudinem sanguinis,vt fit in synochis febribus.

*Et cap.*32. Proponatur igitur primò vrina non cocti humoris,qui est tenuis, nec cocti coloris, qui est albus: in tali vrina numquam potest existere sedimentum: tenuitas enim significat defectum materiæ nutrimenti, ex qua fit id, quod resident. ad hæc in tenui, quæ permanet tenuis, esse sedimentum, simulque esse vrinam pallidam, aut rufam, aut flauam, est impossibile:in ijs enim natura priuata nutrimento conuertit se ad colorem faciendum.

CA-

CAPVT X.

Prima significatio vrinæ est de dispositionibus hepatis, & viarum aquositatis, & super dispositionem venarum, & mediantibus illis, demonstrat alias ęgritudines: vrina, quæ debet considerari, debet esse prima vrina, quæ fit in die, & de alijs significationibus, de signis tenuis, & crassæ vrinæ.

Avicennas *lib.* 1. *f.* 2. *D.* 3. *summa* 2. *cap.* 1. de Sermone vniuersali de vrinis. Scito etiam, quod prima significatio, quam vrina habet, est de dispositionibus hepatis, & viarum aquositatis, & super dispositionem venarum, & mediantibus, alias demonstrat ęgritudines: firmior tamen eius significatio est illa, quę de hepate existit, & propriè de dispositione gibbositatis ipsius.

Oportet enim, vt vrina, quę considerari debet, sit prima vrina, quę in mane colligitur.

Et coitus vrinam valdè impinguat.

Significationes, quę ex vrinis habentur, ex septem sunt acceptę generibus: genere coloris, substantię, & claritatis, & turbulentię, & hipostasis, & genere quantitatis in paucitate, & multitudine, & genere odoris, & spumę.

Cap. 2. In icteritia verò, cum vrina adeo fuerit maioris rubedinis, donec ad rubedinem trahat, & pannum taliter tingat, ne remoueri possit, & quantò plus fuerit, erit saniùs; quoniam cum vrina ipsa fuerit alba, aut rubea paucę rubedinis, icteritia in suidispositione manente, timetur ex ea hydropisis.

Vrina ęrugini ęris similis vehementer significat perditionem. ad summum verò vrina nigra in principio febrium est pernitiosa, & similiter in earum fine: quando non cum ea fuerit alleuiatio, neque significauerit crisim.

vri-

Vrina alba est secundum duas dispositiones: alia est alba transiucens,& significat frigiditatem omninò, & est auferens digestionis fiduciam, & sicum grossitudine fuerit, significat flegma: & alia est, cuius albedo est mucilaginosa, & significat multitudinem flegmatis, & humoris crudi: & alia est, cuius albedo est vnctuosa,& significat adipis liquefactionem: & alia est, cuius albedo est similis albulę,& significat flegmatis liquefactionem, quę accidit,aut accidet.

Cum vero vrina spermatis similis existit, & non est secundum modum crisis,est propter apostemata flegmatica: immo cùm in primis prouenerit, prognosticabitur apoplexiam, aut paralysim.

Et cum in omnibus horis febris alba superuenerit vrina, citò in quartanam conuerteтur.

Et plumbina quidem sine hipostasi est valde mala.

Et lactea etiam in acutis ęgritudinibus est pernitiosa.

Albedo prętерea in vrina in febribus acutis quocunque modo fuerit post tincturam, quę pręcessit, significat, quod declinauit ad caput.

Et similiter cùm vrina rubea est in febribus, deindè subitò fit alba, significat desipientiam.

Et cum vrina in sanitate perseuerauerit in colore albo significat priuationem digestionis.

Et albulę similis, quod lacti acetoso similetur in febribus acutis, mortem significabit,aut phtysim.

Amplius vrina rubea in ęgritudinibus renum est mala, quoniam, secundum plurimum,calidum significat apostema: in doloribus capitis desipientiam portendit.

Cumque vrina in ægritudinibus acutis rubere cæperit,& sic permanserit,& nõ inferius descensum fecerit, perditionem, ægri timorem affert, & renum apo-

apoſtema ſignificabit. quod ſi cum rubedine fuerit turbida,& taliter permanſerit,apoſtema in hepate, & caloris innati ſignificabit debilitatem.

Et cap. 3. Subſtantia vrinæ,eſtaut tenuis,aut groſſa,aut mediocris: valde tenuis in omnibus diſpoſitionibus maturationis ſignificat priuationem,aut in venis oppilationes,aut hepatis debilitatem,& canalium vrinæ, qui non attrahunt, niſi quod tenue eſt, aut attrahunt, ſed extrà non eijciunt, niſi quod natura ſubtile exiſtit: aut multam aquæ potationem, aut vehementis frigiditatis complexionem cum ſiccitate. & in acutis quidem ægritudinibus ſignificat virtutis digeſtiuæ debilitatem, & maturationis priuationem.

Vrina autem multum ſpiſſa ſecundum plurimum ſignificat maturationis priuationem,& ſecundum minus humorum groſſæ ſubſtantiæ maturationem:erit ergo in ſtatu humoroſarum febrium,& in apoſtematum apertione,& plurimum,quidē quod in acutis ſignificat ęgritudinibus,eſt malum:verum rameu tenuitatis durabilitas plùs ſignificat malum. ſpiſsitudo namque quandam ſignificat maturationem,& digeſtionem: cum autem tenuis vrina in acutis ęgritudinibus ad ſpiſsitudinē cōuertitur, poſtquā non aduenit requies,ſignificat liquefactionem.

Turbulentia vrinæ eſt propter terreſtreitatem cum ventoſitate, quæ aquoſitati admiſcentur: ex iſtis namque, cùm admiſcentur, prouenit turbulentia, & ex ipſorum abinuicem ſeparatione prouenit claritas.

Amplius tres debes attendere diſpoſitiones: eſt, namque cum tenuis mingitur,& deindè inſpiſſatur, quod ſignificat,quod natura laborat in maturando ſed nondū materia ei vndiq;obediuit,& eſt patiēs,& fortaſſe eſt cū mēbrorū ſignificat liquefactionē.aut mingitur ſpiſſa, & poſteà clarificatur, & ſeparatur ab ea groſsū ſubtus ſtans, & ſignificat,quod natura

iam

iam ſeparauit materiam, & ipſam maturauit, & quantò maior fuerit claritas,& maior deſcenſus inferius, eò citiùs ſignificabit maturationem.

Aut eſt diſpoſitio materiæ inter primam, & alteram,ex qua perdurauerit,& natura fuerit fortis, & virtus fixa,ſcietur,quod tunc ad maturationem peruenienietur integram:ſi verò virtus fixa non fuerit, erit timendum, ne perditio præueniat maturationem;cum autem perdurauerit,& timoroſa ſignificatio non adfuerit, ſignificabit capitis dolorem, quoniam ſignificabit ebullitionem,& ventoſitates vaporoſas. illa verò, quæ ex tenuitate ad turbulentiam peruenerit, & ſic procedit, melior illa eſt, quæ in turbulentia permanet ſecundum plurimas horas.

Vrina quoque multotiès fit ſpiſſa, & eſt hoc propter caſum virtutis & non propter naturæ expulſionem.

Sed vrina, quæ aquoſa mingitur, & aquoſa permanet, ſignum eſt priuationis maturationis penitus.

Cùm vrina groſſa mingitur,& deinde procedendo ſecundum ordinem attenuatur,ſi multa eſt,conueniens exiſtit, & cùm ipſa poſt ſpiſſam, & turbidam,& paucam ſequitur, eſt ſignum bonum;quando cum vrina naturalis coloris ſuperflua eſt ſpiſſitudo, plerumque ſignificat bonitatem expulſionis multarum materierum,cui exeundi aſſociatur facilitas, & plerumque ſignificat perditionem; propterea,quia humorum ſignificat multitudinem, & virtutis debilitatem, & hoc quidem demonſtrat egredendi difficultas,& paucitas eius, quod egreditur.

Vrina quidem ſpiſſa bona eſt, quæ eſt criſis ęgritudinis ſplenis,& febrium permiſtarum, in qua non expectatur æqualitas, quoniam natura in expellendo impeditur.

Vrina ad vltimum turbulenta ſignificat humo-

sum multitudinem,& naturam ab eis occupatam in maturando eos.

Vrina spissa, in qua sedimentum existit arenosum,significat lapidem.

CAPVT XI.

De significatione hypostasis in vrinis Sedimentum est paucum in vrinis macilentorum,in pinguibus verò multum: de significationibus colorum hypostasis, & substantiæ hypostasis: ex vrina cognoscitur futura crisis Vrina cum pilis significat dispositionem renum. Ex vrina cognoscitur,quis locus laboret. & hic est finis tractationis de vrinis.

AVicennas *lib. 1. fi. 2. D. 2. summa 2 cap. 6.* significatio hypostasis ex substantia sui est, quoniam hypostasis aut erit naturalis laudabilis demonstrans digestionem, & maturationem naturalem, & hæc erit alba,& descendens inferius, & eius partes continuę,& similes,& æquales, & oportet, vt sit rotunda habens figuram æqualis subtilis hypostasi aquę rosę, & proportio suę significationis super maturationem materię in toto corpore est,sicut proportio puris albi,lęuis. Amplius plures hypostases secundum colorem vrinæ existunt, sed ex eis, quæ diuersificantur, alba est melior, post illam rubea, & post ipsam citrina, & post eam illa, quæ est vt arsenicum: & malitia quidem à liuinosa incipit.

Bona autem hypostasis puri assimilatur, & flegmati crudo, cum tenuia fuerint, verùm tamen pus ab ea conculcatione suarum partium, & ipsa ab vtrisque subtilitate,& leuitate.

Et hæc quidem hypostasis non quæritur, nisi in ægritudinibus,quoniam in sanitate non requiritur, & illud est, quoniam non dubitatur, quando ægri

ma-

malæ retentæ sint materiæ in venis ipsius, quæ nisi maturentur, portendunt corruptionem, in venis autem sani non semper oportet esse humorem qui sit excutiendus. &c.

Et macilentis quidem sedimen paucum, quod descendit secundùm sanitatis dispositionem, & propriè, qui exercitio vtuntur.

Et non multiplicatur huiusmodi hypostasis, nisi in corporibus pinguium otiosè viuentium; & propter hoc etiam in venis macrorum non est expectanda hypostasis tantum, quantum in vrinis ægrorum pinguium, quia eorum ægritudo multoties recedit, ita vt nihil descendat, & multoties hipostasis in eorum vrinis non peruenit ad hoc, vt descendat, sed tamen plerumque est modicum eius in eis natans, aut pendens: &c. in nullis quidem vrinis hypostasis illicò, cum mingitur, descendit, nisi in eis, quę valdè maturæ sunt: immò in eis paucum expectandum est. & plures hypostases coloribus sunt secundum plurimum secundum colorem vrinæ, sed melior ex eis, quæ diuersificantur, est alba, post est rubea, deinde citrina. &c. non naturalis verò hypostasis alia est similis rasuræ intestinorum corticalis, quæ est furfurea, aut herbina, aut silaginea, aut similis arsenico rubeo, aut ei, quod est valdè citrinum: alia est carnosa, alia adipina, & alia saniosa, & alia mucilaginosa, & alia similis frustis frumenti in aqua soluti: alia sanguisucalis, alia capillaris, alia arenalis, aliacineritia.

Furfurea hypostasis quandoque est ex scabie vesicæ, & quandoque est ex liquefactione membrorum: & differentia inter eas, quod cum illic in radice membri fuerit pruritus, & fœtor, erit ex vesica, & propriè cum pus prius mictum fuerit. &c. sed si cũ inflammatione fuerit, & virtutis debilitate, & membrorum mingẽdi incolumitate, & color fulcitati attinuerit, erit tunc ex liquefactione humoris.

hy-

Hypostasis adipina, adipis, & pinguedinis, & etiam carnis significat liquefactiones.

Sanioſa verò vlcus ſignificat, quod apertum, & præcipuè, ſi ibi fuerit ſedimen laudatum ad fundum deſcendens.

Et mucilaginoſa quidem ſignificat humorem ſpiſſum crudum, aut qui eſt in corpore multus, aut ex inſtrumentis vrinæ ægrediens, aut criſim apertionis venæ ſciaticæ, aut doloris iuncturarum, & hoc quidem cognoſcitur, & aleuatione, quæ poſt ipſam ſequitur inter ſanioſam, & crudam, & differentia, quoniam ſanioſa eſt cum fætore, & eius partes faciles ſunt ad coniungendum, & ſeparandum, ſed cruda eſt, & turbida, & ſpiſſa & non facilè coniungitur, & ſeparatur & vrina quidem, in qua plurima mucilaginoſa hypoſtaſis apparet, quando eſt exuberans, cùm in fine podagre apparet, & dolorum arthriticorum ſignificat bonum.

Quæ autem frumenti infuſi fruſtulis ſimilis exiſtit, debilitatem ſignificat ſtomaci, & inteſtinorum, & digerendi malitiam in ipſis & eſt plerumque cauſa eius comedere lac, & caſeum.

Et arenoſa ſemper ſignificat lapidem, qui conſolidatur, aut conſolidando procedit, aut qui reſoluitur, & quæ quidem ex eis rubea eſt rene, & quando non eſt rubea eſt ex veſica.

Plerumque autem, quæ cineritia eſt flegma ſignificat, aut pus, cui propter longam moram accidit coloris mutatio, & ſectio partium, & eſt quandoque propter aduſtionem, quæ ei accidit.

Et c.7. Vrinæ multitudo in acutis ægritudinibus, cũ non poſt ipsã aduenit requies, eſt ſignificatio hecticæ, & ſpaſmi ex inflãmatione, & ſimiliter ſudor.

Vrina, quæ in acutis ægritudinibus gutatim, inuoluntariè mingitur ſignificat in cerebro nocumentum, quod neruis accidit, & muſculis. &c.

Hactenus Auicennas.

Hip-

Hippocr. lib. 6. epid. sect. 6. tex. 22. Vrina multum habens sedimentum deliria tollit : qualis & Dix pi fuit post capillorum defluuium .

Hippoc. lib 4. *apho.* 69. quibus non sine febre vrinæ sunt crassæ, grumosæ, & paucæ, si ab his tenues,& copiosæ meiantur,iuuant: maximè verò tales redduntur , in quibus statim ab initio , vel non multò post sedimentum habuerint .

Gal in comm. fiunt itaque quibusdam etiam sine febribus tales vrinæ , natura per renes totius corporis superuacanea expurgante: fiunt etiam cum febribus, quo tempore suspicetur fortè quispiam eiusmodi in contrarium factam vrinam mutationem bonam non esse . quandoquidem maximam partem in febribus vrinæ ab initio tenues , in crassiores euadant adsolutionem tẽdentes.&c. nonnunquam enim vel morbi initio , vel non multò post vrinæ crassæ redditæ propter materiæ grauitatem habent sedimentum : in his itaque vrinis sedimentum apparens non est bonum signum . sicut contrà optimum spectatur in his,quæ ab initio tenues, posteà totius morbi coctionis ratione sedimentum sumunt . porrò non est absque ratione , quod crassæ vrinæ multitudine sint paucæ , vt potè quæ per renes ægrè permeent : postquam igitur , tum maior eiusmodi cacochimiæ pars vacuata fuerit , tum concocta reliqua, tum multò prioribus tenuiores excernantur .

Hippoc. lib. 4. *apho.* 71. quibus septima futura crisis est , ijs die quarta vrina rubram nubeculam habet, cœteraque pro ratione .

Gal. in comm. Nam quum sit quartus index , quemadmodum ipse suprà docuit,& qualis sit futurus septimus præmonstret, quodcumque in ipso apparet effatu dignum coctionis signum, futuram septimo die crisim significat. itaque non solum rubra aliqua nubes in vrina apparens prius non visa iudi-

qui cum vrinis illapsus bullas efficiat. &c.

Hippoc. lib. 2. de vict. rat. nam, quæ vesicam non habent, neque vrinam reddunt, neque saliuam fundunt, prorsus sicca sunt; ventris enim caliditate, corporis humiditas in caloris alimentum absumitur, atque idcirco neque vrinam reddunt, neque vrinam fundunt.

Hippoc. lib. de concis prænotionib. tex. 577. In vrinis nubeculæ albæ quidem, & quæ infimum locum tenent, vtiles sunt: rubeæ verò, & nigræ, ac liuidæ molestiam exhibent.

Et Tex. 594. in febribus longis, paruis, vagis tenuium vrinarum eiectiones lienis affectionem denunciant.

Tex. 597. quibus vrinæ paucæ, grumosæ, non sine febre, si ab his tenues, & copiosæ prodierint, iuuat. talibus autem circà initia procedunt, aut non multò post sedimentum habent.

Tex. 598 quibus in vrinis citò aliquid subsidet, hi breui iudicantur.

Hæc omnia de vrinis secundum mentem Hippocratis, Galeni, & Auicennæ pro meis viribus dicta sint satis.

CAPVT XII.

De Vomitu, & eius significatione.

HIppoc. li. 2. prog tex. 38 Vomitio vtilissima est, si pituita, ac bile permista quã maximè est, si nõ multa, non crassa est, sincerior enim dererior est.

Textu 40. Si idem homo omnes vomit colores, exitiale admodum est.

Gal. in comm. quicunque præter naturam habentur colores, vtrouis modo exitiosissimum est indicans in corpore multas haberi difficiles affectiones.

Lib.

Lib. 4. apho. 76. Quibus cum vrina crassa exiguæ caruncvlæ, aut veluti pili exeunt, his à renibus excernitur.

Gal. in comm. Exiguæ quidem caruncvlæ renum substantiæ signa sunt: illud verò, veluti pili, renum substantiæ indicium nullo modo esse potest; neq; enim fieri potest, vt in talem substatiæ formam Ren dissoluatur. &c. Verùm rei veritas ita se habet, quemadmodum sorte quadam sœpius videre contingit: & alij etiam nonnulli medici expertissimi sœpe tales vrinas vidisse dicunt, quam quidem affectionem medici pili mictionem dicunt, quod villis præsertim albis ea, quæ per vrinam feruntur, similia apparent: sed nuper etiam quidam corpora eiusmodi tam longa meiebat, vt incredibili longitudine viserentur. Siquidem ex ipsis nonnulla dimidium æquabant cubitum: is toto ferè anno prætergresso frequentissimè fabam fressam, & caseum tenerum & siccum comederat. & alij denique omnes, quibus talia meiere contingit, crassis cibarijs vescebantur. hic igitur crassus humor in renibus a aliquem vsque modum siccatus, & torrefactus pili simulem, nãcisscitur cõcretionem. quin etiam ipsa curandi ratio inueniendæ causæ viam demonstrat: nãqui ita ægrotarent omnes, medicamentorũ tenuantiũ, & incidentiũ vsu simul cũ reliqua victus ratione humectante persanati sunt. &c. exiguæ itaque caruncvlæ exulceratorum omninò renum substantiæ partes existunt, quæ verò sunt pilis assimilia, in renibus quidem concrescunt, vt & lapides, cœterum eorum substantiæ partes non sunt.

Lib. 4. apho: 77. quibus cum vrina crassa furfurosa quædam simul exeunt, his vesica scabie laborat.

Gal. in comm. quum enim ex venis deducatur vrina, & à renibus prolectetur, in his verò percoletur, indeque per canales vrinarios in vesicam transmittatur, atq; in ea, vt receptaculo asseruetur, quid-

quid in ipſa præter naturam apparuerit, aut venas, aut renes, aut veſicam malè habere ſignificabit: quomodo nunc furfuroſa iſta affectam ſcabie veſicam portendunt: dumtaxat quando in venis non eſt vitium. nam ex ipſis etiam aliquando furfuracea huiuſmodi deferuntur, ipſarum alias affecta tunica, quomodo etiam veſicæ tunicam affici accidit: alias etiam ſanguine, qui in ipſis continetur, caloris feruore, & vehementia peruſto, & fricto. ad quam nimirum rem aptior in ipſis contentus quiuis humor craſſus, multoque magis is, qui veluti fex eſt ſanguinis. quemadmodum enim cutis ſuperficies per ſcabiem, lepram, & lichenas abijcit, ac deperdit: ſic cum pars quępiam interna ſimili aliquo cutis vitio laborat, mali quoque ſymptoma fit ſimile: quæ quum ita ſint, tum venæ ipſæ, tum veſica ſcabie laborantes furfuroſas cuticulas ſimul cum vrinis emittent: quæ vnde prodeant, diſtingues ex tenuitate, & craſſitie vrinæ, quemadmodum diximus ſuprà: nam tenuis vrina venas affectas eſſe, non tenuis veſicam laborare oſtendet.

Lib. 4. *aph*: 78. qui ſpontè ſanguinem meiunt, ijs à renibus venulam ruptam eſſe ſignificatur.

Lib. 4 *apho.* 79. quibus in vrina ſubſident arenoſa, ijs veſica calculo laborat.

Gal. in comm. Non neceſſariò veſica calculo laborat, reſidentibus in vrina arenoſis, ſed renes etiam poſſunt laborare: quarè manifeſtè aphoriſmus errat ſiuè Hipp. ipſe pattem totius orationi dimidiam neglexerit, ſiuè primus Bibliographus per imprudẽtiã omiſerit: nam ſeu in renibus, ſeu in veſica lapides fiant ſimul cum vrinis arenoſa prodeunt.

Lib. 4. *apho.* 80. ſi quis ſanguinem, aut grumos mingat, aut vrinam gutatim emittat, dolore ad hypogaſtrium, & pectinem pertinente, ad veſicam loca laborant.

Lib.

Lib. 4. apho. 81. si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mingat,& grauis odor adsit,vesicę exulceratio significatur .

Gal. in comm. Sanguinem certè quidem , & pus mciere vlceratorum instrumentorum omnium mictioni seruientium signa sunt communia : graue olentia autem, hoc est,insuauis,& ingratus quidam odor,multoque magis squamulæ propria sunt affectæ vesicæ signa .

Lib. 4. apho 82. quibus in meatu vrinario nascitur tuberculum,suppurato eo,& rupto,solutio.

Lib. 7. apho. 33. quibus variæ sunt vrinæ,ijs vehemens fit in corpore turbatio .

Gal. in comm. Nam dominante , & vincente natura,æqualiter omnia sunt vnita:diuersis verò causis morbificis naturæ repugnantibus, quę subigitur, & coquitur, alteram in vrina speciem præsefert , quæ verò repugnat,& obstinatiùs aduersatur alterum sui indicium,& quò plures eiusmodi causę fuerint,magis variam repręsentant in vrinis inęqualitatem , cuius vehemens humorum in corpore tempestas,& seditio sit causa .

Lib. 7. Apho. 34. quibus in vrinis bullę innatant, nephritim , & longam fore inualetudinem significant .

Gal. in comm. excitantur bullę,quum humor spiritui flatuoso circumtenditur , id, quod magis solet accidere, si lentoris aliquid humor habeat : tunc etiam bullæ ipsæ manent diutiùs, & ægriùs soluuntur.est enim frigidæ inualetudinis renum signum,si quando simul cum vrinis excernatur spiritus flatuosus.hæc enim spiritum flatuosum colligit:atque idcircò Hippocrates inualetudinem ait, fore longam.frigidum enim omne ægrè tum soluitur, tum coquitur,ob idque in longum trahitur tempus.sunt qui ab vrinæ acrimonia recluſa arteriarum ad renes pertinentium ora, spiritus aliquid emittere,dicunt ,

ʒationem præsignificat, sed alba etiam multo magis, quam rubea, atque his adhuc multò magis crassamentum quoddam suspensum, & veluti conglobata nubecula media vrina pensilis dici potest, æquale,& constans,sibique ipsi cohærens,crisim fore prænunciat: quod si celeriter admodum morbus moueatur, etiam coloris, & corporis vrinæ (consistentiam vocant) mutatio idonea sunt futuræ iudicationis signa. quæ itaque tenuis est vrina, si mediocriter crassa euadat, & quæ alba, si pallida fiat, in tali morbo iudicationem prænunciat. solis enim coctionis signis diebus prenuntijs apparentibus bonæ iudicationes præsignificantur, atque talis est aphorismi sententia. rubeę autem nubeculæ mentionem fecit, quia per rarum signum est. albæ enim frequentissimè apparent, & coctionis euidentius signum preseferunt: rubeę verò rarò fiunt: & nisi hoc loco ipsas dixisset Hippocrates diebus indicibus conspicuas futuram nunciare indicationem,nemo fortassis,ab his talem vim expectaturus erat. siquidem rubrum colorem salutarem quidem esse, sed diuturnum morbum significare dicit;nam in prognostico ita aduerbum scribit: si verò & sub rubra vrina, & sedimentum subrubum, & lęue fuerit, diuturniorem quidem, quam prior, sed salutarem admodum morbum significat: verum autem quatto die talis nubecula conspecta futuram septimo iudicationem significet, an alio verò quopiam indice,si appareat, non significet,diligenter est considerandum: quod ipsum in ipsis artis operibus obseruari debet.

Hippoc.lib.4 apho.74. Vbi spes est ad articulos abscessum iri,abscessu liberat vrina multa crassa,& alba reddita, qualis in febribus laboriosis quarto die quibusdam exire incipit, quod si ex naribus etiam sanguis fluxerit,breui admodum solutio fit.

Lib.4.apho.75. Si quis sanguinem,aut pus meiat,

re-

renum, & veſicæ exulceratio ſignificatur.

Lib. 2. prog. tex. 42. Omnis ſubputris, ac fœtidus in omni vomitione malus eſt.

Textu 53. Quæcumque ſuppurantur, dum excreatio bilioſa eſt, exitioſa admodum ſunt, ſiuè viciſſim bilis, ac pus, ſiue viciſsim excernantur.

CAPVT XIII.

Ars medica a natura pendet: ex colore linguæ cognoſcuntur humores: quid debeat conſiderare medicus in morbis: facies ægri eſt inſpiciendæ: ſi corpus ægri non minuatur, aut plus æquo liqueſcat, malum eſt: ſi lucem effugiant, aut nolentes illachrimant, aut oculi peruertantur: aut alter altero fiat minor, aut candidum rubrum appareat, eſt malum ſignum.

HIppoc. *lib. de flatibus in principio,* Ars medica maximè a natura ineſt.

Galenus lib. aſcripto introductio, ſeu medicus ex Hippoc ita habet: medicę rationis initium primum natura eſt.

Hippoc. lib. 6. epid. 5. 13. Lingua humorum ſerum, quale ſit indicat, pallidę linguę bilis redundantia fiunt, bilioſum autem à pingui, rubicundę à ſanguine, nigrę ab atra bile valdè reſsiccatę ex ſuccenſa fuligine, & vtero: albę autem à pituita. lingua humorum pręſtantiam colore refert, ideoque per hanc ad humorum dignoſtionem peruenimus.

Hippoc lib. 6. epid. 2, 34. Ad diligentem Ægrorum procurationem medico videndum eſt, quę nam de morbo interrogationes fieri debeant, aut accipiendi ſermones, quę ad ęgrum, quæ ad ea, quę ad extrà ſpectantur, attinent.

Et lib 6. epid 2 26. in magnis malis facies bona, ſi fuerit, bono eſt, in paucis verò bonę ſignificationi

contraria denuncians malum significat.

Galenus lib.12.meth med.cap.6.de cura syncopis. Faciem Ægri esse animaduertendam præcipit. in eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet.nasus acutus,oculi cani,& reliqua quę &c. nam siuè multum excernant,siuè vigilent, siuè tristentur, siuè non citò nutriantur, protinus eiusmodi faciem habent; porrò si alicuius horum, aut etiam plurium occasione, tales esse videbuntur: minus esse malum putabis,quam si absque ijs essent emaciati:sin absque his tales appareant,pernitiosum iudicabis: atq; hoc amplius si in principio morbi eã habeãt speciẽ,neq;enim dũ concoquantur.sufficiẽt.

Hippoc.lib.1.prognost tex.5. Considerare conuenit hunc in modum per morbos acutos, principio vultum ęgroti sit ne sim lis benè valentium, potissimũ sui: ita enim optimus erit:si verò quam maximè contrarius simili erit, vitiosissimus est. &c.

Ga super comm. Perspicue indicauit,quod hoc libro de morbis agat:incępit autem ab indicijs,quę in vultu existunt,eo quod in primis appareant,& vim obtineant maximam:quod hæc igitur in primis appareant,cuius est perspicuum: quod autem vim ad præsentiendum obtineant maximam, deinde discas licet. atque in primis reuocetur in animum communis totius medicinalis præfatio, quam lib. prog.prætexuit hunc in modum,àn similia,an dissimilia sint,statim inter initia considerandum de maximis,de facillimis,ex ijs,quæ toto,& vsque quaque accedunt,& quæ contueri licet,obtutu,tactu,auditu, lingua,& animo vsurpare: non enim præsentiones solum ex his verùm etiam curationes affectuum inchoantur. itaque considerandum admonet vultum ægroti inter initia similis ne, an dissimilis benè valentium sit, sed potissimum sui:nam & hoc vnum de dogmatibus Hippocratis est,vt non solum de cõmuni natura omniũ,sed etiã de propria vniuscuiusque

que prçcepta artis considerentur, optimus igitur ægri vultus est, quoties simillimus sui permaneat, è contrariò deterrimus, si quam maximè in contraria vertatur.

Lib. 1. prog. 6. Fuerit autem eiusmodi nasus acutus.

Gal. in comm. malum hoc indicium primum adscripsit, nasum acutum, sed oportet, vt docui mus, tamquam ad eum, qui secundum cuiusque naturam est, conferendo, considerare.

Tex. 7. Caui oculi, adstricta tempora, aures frigidæ, contractæque, & fibræ earum versæ; & item cutis circà frontem dura, intenta, arida, & color totius vultus viridis, aut niger.

Gal. in com. Cum enim partes osseæ, & itèm carnosæ, & humidiores inter se adiunctæ sint, tum autem osseæ persistant similes propter terrestrem substantiam: carnosę verò, humidioresq; consummãtur, facilè, & collabantur in se ipsas ob inopiam spiritus, & sanguinis, facillimus cognitu affectus est. &c.

Lib 1 prog. tex. 8. Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, nec dum scrutari alijs signis possibile sit, interrogare oportet, nũ vigilauerit homo, an aluus resoluta admodũ fuerit, an fame affectus, est si quid cõprobet, minori cũ periculo est. iudicantur verò talia per diem, & noctem, si ob has causas talis fuerit vultus: si verò nullum horum dixerit, neque prædicto tempore destiterit, signum esse exicioſum, sciendum est.

Gal. in comm. Summe exicialis, & insanabilis morbus est, per quem statim inter initia vultus sine exteriori causa existit: minore verò cum periculo est, si propter aliquam causã euidentẽ acciderit: V.g. propter vehementẽ insomnium, aut inopiã alimenti, aut alui fluorem: præstaret enim nec ex his causis quidem nimium exsolui: vires inter initia

ægrotationis: minori verò cum periculo est, quoties ob aliquam talem causam extiterit, non ob maleficientiam ægrotationis.

Hippoc. lib 2. *apho.* 28. Febricitantium non omninò leuiter permanere corpus, & nihil minui, vel etiam plùs, quam ratio postulat, colliquescieri, malum, hoc enim morbi longitudinem, hoc verò virium imbecillitatem significat.

Gal. in comm. Hæc quidem est sententia Hippoc. semper existimantis eam, quæ est citrà rationem extenuationem, signum esse imbecillitatis: nos verò adijciamus eius sermoni & aliam dispositionem, quæ causa est in febribus extenuationis: est autem hæc humorum quidem tenuitas, corporis verò raritas: cum enim hęc ambo conueniunt, celerrimè corpora extenuantur, per eam, quæ diflatio insensibilis nominatur: sicut in dispositione contraria, crassitudine humorum, & corporis spissitudine, neque fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipsius mole contingit. hanc itaque dispositionem ostendit Hippoc: in illa prima parte aphorismi per ea verba, longitudinem morbi significat, febricitantium omninò leuiter permanere corpus, & nihil minui, vel plus quàm ratio postulat colliquescere, malum, nam permanere ex cutis spissitudine accidit, & humorum crassitudine, & propterea longitudo morbi significatur: colliquescere autẽ nõnumquam fit ob humorum tenuitatẽ, & cutis raritatẽ: cõtingit verò & ob solam viriũ imbecillitatẽ.

Hippoc lib. 1. *prog. tex.* 10. Si enim lucem effugiant, aut nolentes illachrimant, aut peruertantur, aut alter altero fuerit minor, aut candidum rubrum habeant, aut liuidas, aut nigras venulas, aut pituita appareat circà obtutum, aut sublimes, tumidiuè oculi, vel caui admodum fuerint, vel totius vultus color euariet, hæc omnia mala esse, atque exitiosa, censendum est.

Gal. in comm. Itaque refugere lucem, quod inquam est auersari, propter debilitatem accidit visoriæ facultatis, quæ nonnumquam propter opificiorum affectionem laborat, veluti per lippitudines: interdum ipsa ex se afficitur, dùm exitiale inditium est: pari modo, si oculi illachrimant propter lippitudinem, aut fluxionẽ aliquam à capite decumbentẽ, præter naturam quidem affectus est, non tamen significat omninò abolitionem: si verò propter debilitatem detentoriæ facultatis, exitiosum indicium, lethaleque est: porrò peruertuntur oculi, conuulsis musculis eos commouentibus, quod si fuerit illorum tantũmodò affectus, nihil difficile significatur: si verò propter principij neruorũ (quodquidẽ est cerebrum) summè exitiosum est signũ: quin etiam fieri alterum oculum minorem, quã qui constet ex natura, accidẽs exitiosum habetur: indicat enim extingui facultatem regentem eum. At verò albamentum oculi apparere rubrum, quomodo per lippitudines quasdã accidit, & itẽ quasdã temulentias, copiam significat quæ in cerebro ac membranulis fit: interdũ etiã inflãmationẽ, quæ in eo facta fuerit: nã vtrouis modo sanguis ad oculũ venas exprimitur, & eã rem pars in eis cãdida, rubra apparet, quæ corolla appellata ambit circiter: cæterum, & ob hæc dixerit cãdidũ fieri rubrũ, perspicuè indicauit ex ijs, quæ subinferẽs, ait: aut liuidas, aut nigras venulas habeant: id verò per quã exitiosũ cẽsetur: àt verò nigrescunt, & liuent, dum refrigerantur, refrigerantur verò, dum extinguuntur: ità fit, vt hi colores prorsus exitiales assiduè existant: cæterum pituita oculorum fit, vt constat, tùm ob affectum opificiorum, quemadmodum & lippitudines, & aliter, quæ nullo cum periculo est: tum propter imbecillitatem regentis oculum facultatis naturalis, quæ impos sit oculorum concoquere alimentum: pituita enim, vt ostensum est, excrementum semicocti alimenti est: quin

etiam ſublimes oculi, ideſt inſtabiles, & ſubindè commoti, ſignificant, aut delirium, aut tremorem circà muſculos eorum: è quibus alterutrum in relata affectione exitioſum habetur. profectò delirium ex inopia maximo cum periculo eſt: & item tremor propter ariditatem opificiorum inſanabilis eſt: àt verò tumidos oculos, aut admodum cauos, deteſtatur: itaque tumentium accidens oculorum inter initia quoq; fit ægrotationis, maximèq; vomentibus ex copia ingeſti cibi, vinique: caui verò admodum oculi nequaquam fiunt. &c. in oculis verò ſigna exitioſa poſt triduum talia ſunt, ſi lucem refugiant, ſi lachrimantur, ſi peruertantur, ſi alter altero fuerit maior, & candida pars in eis rubea appareat, ſi venulas habeat, aut nigras, aut liuidas, aut pituita ipſis inhæreſcit, aut ſublimes ſunt, ac tumidi, aut admodum caui, aut totus vultus color euariat: hæc enim omnia exitioſa ſunt, & quidquid horum exiſtat circa vultum prædictum, indicium non parum eſt futuræ mortis.

Hippoc. lib 4. apho. 49. in febre non intermittente, ſi labrum, aut palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili exiſtente corpore, quidquid horum euenerit, mors proxima eſt.

Hippo: lib. de coacis prænot. 72. in his, qui propter imbecillitatem non vident, nec audiunt, aut quibus labrum aut oculus, aut naſus peruertitur, mors denuntiatur.

Lib. de coacis prænot. tex. 218. Caligine obducti oculi, aut eorum album rubeſcens, aut liueſcens, aut nigris venis refertum, nihil probi præſefert. malum quoque eſt, & lucem refugere, aut illachrimari, aut peruerti; atque ex his alterum minorem eſſe perniciem denunciat: & oculos crebro diſijcere, gramias ac paruas ſordes ipſis adhæreſcere, aut albeſcentem humorem concretum, & tenuem habere, aut eorum

al-

album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à superiori palpebra contegi. vitiosa quoque est oculorum cauitas, & vehemẽs oculi foras expressio, ac splendoris elisio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi, oculi, ac continenter continentes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, pernitiem ostendit: quin & distortus oculus malo est.

Hippo. lib. 4 apho. 52. quicunque in febribus, vel alijs morbis ex voluntate illachrimantur oculi, nihil absurdum, qui verò præter voluntatem, absurdius.

Gal in comm. Dictum est quidem, & in prognostico, lachrimari non esse bonum signum, quando videlicet oculus ipse nullum affectum habet proprium, atque præcipuum, veluti lippitudinem, vel in palpebris asperitatem, vel tale quid: nam debilitas quædam ostenditur potentiæ contentiuæ: quando & si talia non adsint, illachrimantur. non rectè autem scriptum, absurdiùs, comparatiuè, melius enim fuerit absolutè, absurdum dicere.

Hippoc. lib. 1. epid: 3. ad finem. quibus inuritis per febres acutas, atque adeò ardentes lachrimæ effluunt, in his quidem, dum cœtera exitialiter non se habent, sanguis è naribus profluuium expectandum est: in his quidem, qui male habent, non sanguinis eruptionem, verùm mortem portendunt.

CA-

CAPVT XIV.

In febribus ſpiritus offendens, malum, eſt, & conuulſionem ſignificat: narrantur hiſtoriæ: facilitas ſpirandi vim magnam ad ſalutem habent; difficultas ſpirandi in morbis eſt malum ſignum.

HIpp. *li.* 4 *aph.* 68. in febribus ſpiritus offendens malum eſt; conuulſionem enim ſignificat.

Hippo. lib. 1 *prog. tex* 24. ſpiritus creber ſignificat dolorem, aut inflammationem, quæ ſupra præcordia fatiget: ſi verò ſpiritus magnus, multoque interpoſito tempore, delirium indicat, ſi verò frigidus de naſo, & ore, admodum exitialis iam eſt.

Tex 25. in omnibus morbis acutis, qui cum febre infeſtant, & quadrageſimo die iudicantur, facilitatem ſpirandi per quam maximam vim ad ſaluxem obtinere credendum. *Hoc etiam refert Galenus lib.* 2. *aphoriſ. comm* 33.

Gal lib. 1. *prog ſuprà comm & tex.* 25. Naturalem ſpirationem appellauit ſpirationis facilitatem ſignificantem, neque thoracem, neque cor, ac pulmonem, neque præcordia doloris quandam habere affectionem: quin etiam, neque partes quaſdã ijs adiunctas. cũ enim mouentur, per ſpirationem dolore afficiuntur, & ipſa, vbi præhendantur inflammatione, & itẽ quouis modo doloris trahãt affectionẽ: hæ verò sũt Vẽtriculus, lien, iecur: ſi igitur nulla ex his afficitur, neque caloris infeſtat copia, adeò vt deuri, inflammarique videatur, ſed neque è contrario, vt iam extinguatur calor inſitus, quo pacto non dixeris magnam ſubeſſe ſalutis ſpem in morbis acutis, in quibus propter magnitudinem febrium, aut propter inflammationem pericula imminent?

Hippoc. lib. 4. *Apho.* 50. Vbi in febre non intermittẽte difficultas ſpirãdi, & delirium acciderit, lethale.

Gal.

Gal.in comm. Nam & morbus lateralis, & pul' monis inflammationes.& reliquæ thoracis, & pul'monis passiones spirandi faciunt difficultates : hæc autem omnia periculosa sunt, febre præsertim adiuncta.

Hippoc lib.6.apho. 54.in acutis passionibus, quæ cum febre sunt,luctuosa suspiria, malum.

Hippoc lib. 1.*epid. comm.* 3. Ægroto primo. Dat exemplum de Philisco, qui febre acuta correptus cum sudoribus,& nocte seborioſa, vrina nigra,delirio,& extremitatibus frigidis,& semper cum spiratione quasi introrenocantis, & geminantis rara, & magna, die sexto ad meridiem est defunctus.

Gal.in comm in Philisco verò signum accidit lethale,quod sudorem non discutientem febrem: tertio die nigrę vrinę,& sitis accesserint,linguaque insuper inaruit,& implacidus fuerit tota nocte,vigilauerit, delirauerit. &c. spiritus huic erat perpetuò quasi renocato,rarus,& magnus : sudores perpetuò frigidi.&c.nam cum in lib.prognost. dixerit, spiritus frequens, aut doloris, aut inflammationis suprà septum trausuersum indicium est, Magna respiratio,& ex longis interuallis delirij nuntia est. *Hipp. lib. de coacis præn.* 260.

Hippoc lib. 1.*epid.* 3. *Ægroto.* 2. Narrat historiam de Sileno, qui febre acuta correptus cum multis symptomatibus,sed præcipuè à principio ad finem cum spiratione magna,& rara, vndecima die obijt. ita eodem libro,& loco supra citato ægroto vndecimo, refert. Dromedai Vxor, qnæ filiam erat enixa &c. nocte quieuit, delirauit: sexto die mane riguit, percaluit, toto corpore sudauit, extrema membra frigida, delirauit, spiritus magnus, rarus, paulò post conuulsiones à capite cœperunt, subitò obijt.

CA-

CAPVT XV.

In morbis de signis oculorum in dormientibus: de significatione sudoris in morbis: de dispositione corporis in morituris: liuiditas manus est signum mortis: grauitas corporis est malum signum Quid significent surditates in febribus: de significatione excrementorum.

Hippoc. lib. 6. Apho: 52. Oportet verò, & considerare oculorum in dormientibus suspensiones, nam si quid album commissis palpebris subinspiciatur, neq; ex alui profluuio, aut medicamẽti potione istud cõtingat, malũ est signũ, & lethale valdè.

Gal. in comm Aut ob palpebrarum siccitatem, aut propter potentię ipsas mouentis imbecillitatem aliquid subinspiciatur, cum oculi integrè claudi non possuut. ob hoc igitur ipsum in alui profluuijs, & medicamentorum purgantium potationibus oculorum albedinis aliquid subinspicitur, quando dormierint. nam totum corpus exsiccatur, & vires fiunt imbecilles ex talibus euacuationibus: & quidem, quod potentia existente imbecilli non possunt exquisitè oculos claudere, sed neque os, vndè hiantes dormiunt.

Hippoc. lib. 1. prog. tex. 11. considerari conuenit hunc in modum suspensiones etiam oculorum per somnum, si quid enim candidæ partis sub appareat, commissis palpebris, nec alui fluor, nec medicamentum in causa est, aut nec ità dormire consueuit, vitiosum inditium, lethaleque admodum est.

Hippoc. lib. Prænot. Ægrotantium oculos intueri oportet, si namque oculi crebro moueantur, insania espectanda.

Hippoc. lib 1. prog. tex: 12. si peruertatur, aut liuida palpebra est, aut labrum, aut nasus, cum aliquo alio signo, mortem propè esse, sciendum est.

Tex.

Textu 21. Si dentibus strideat in febribus non consuetus à pueritia ita efficere, insania significatur, ac mors, sed vtriusque futurum prædicere periculum, necesse est : si mente commotus ita efficiat, admodum exitiosum iam est.

*Et tex:*26 *lib* 1. *prog.* Sudor optimus est per omnes acutos morbos, si per diem eueniat decretorium, & integrè sedet febrem; bonus etiam est, si extoto corpore prodeat, faciatque, vt Æger ferat facilius morbum: si verò nihil tale efficiat, nequaquam vtilis est: pessimus verò est, si frigidus egrediatur, & qui circà caput tantummodo, vultum, & ceruicem: hic enim cum acuta febre mortem, cum mitiore verò morbi longitudinem indicat: & qui per totũ corpus fiunt; similiter significãt hi; & qui circa caput, at verò milij formes, & solum circa ceruicem euenientes mali sunt: qui verò cum guttis fiunt, & euaporãt, boni sunt, considerare autem conuenit in vniuersum sudores: fiunt enim alioqui ob vaporum exolutionem: alij ob inflammationis vehementiam.

Hippoc lib 4. *apho:*37. Frigidi sudores cum acuta quidem febre, mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi significant.

Gal. in comm. Nam quibusdam humoribus putrescentibus, ostensum est, febres acutas fieri: hi verò putrescunt sæpius quidem in toto corpore, sæpius verò in vasis solis: cùm ergo hæc aliquando duo cõtineant, humores, qui sunt in vasis, putrescere, & eã quæ solida corpora regit naturam, quę dicitur calor, naturalis: vel extingui omninò, vel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuantur, frigida sentiuntur: eam verò, quæ fit ex putredine, caliditatem, nihil prohibet, vehementissimam esse, atque ideo signum est exitiale, ostendens in animalis corpore humorum multitudinem superabũdare, tantam habentium frigiditatem, vt neque à calore natiuo, neque à febrili calefiant; acuta enim,

enim febris causa est, & signum pernitiosissimum: causa quidem, quia prompta est ad dissoluendum corpora: signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, vt quę neque à calore febrili transmutetur.

Hippoc. lib. 4. apho. 41. Sudor multus ex somno factus, absque causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat, si verò cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet, quod euacuatione corpus indiget.

Lib. 4. apho. 42. sudor multus calidus, vel frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum.

Hippoc. lib. 2. prog. tex. 4. si caput, manus, & pedes frigidi sint, ventre, coxtisque calentibus, malum est.

Gal. in comm. Per illos enim calor natiuus præ debilitate nequaquam permeat ad extremas partes corporis: in morbis verò acutis propter inflammationis magnitudinem in visceribus fatigatis, parum sanguinis in omne permeat corpus, plurimum verò eius in parte affecta inflammatione includitur, & ob eam rem mediæ corporis partes, quæ sunt thorax, ac venter, admodum calent.

Et textu. 6. qui dolore vexatur, facilè conuertatur, sitque resurgendo leuis, oportet.

Gal. in comm. Summa totius præsagitionis in morituris, conualituriśque est, quotiès vis ægrotationis cum ægri facultate conferatur.

Textu 7. Si corpus omne graue sit, & item manus, ac pedes, maiori cum periculo est.

Gal. in comm. Est que hoc maximum, præcipuumque debilitatis facultatis signum ipsa scilicet partium grauitas, non cuiuslibet, sed eius, quæ in musculis, ac neruis tantummodo est.

Tex. 8. Si verò per grauitatem vngues quoque, ac digiti liuidi sint, expectanda mors continuò est.

Gal.

Gal. in comm. Nam liuescere signum est extin gui natiuum calorem, qui de corde emanat, & ob eam rem non simpliciter ait, liuiditatem grauitati partium accedentem indicare mortem, sed cõtinuò, & sine vlla cunctatione, propterea quod vtriusque intermorientis signa appareant facultatis.

Hipp. l. 3. epid. 67. Grauitas corporis, soporosi.

Gal. in comm. Sœpe est dictũ, emoriente sustentatrice, & motrice corporum facultate, quę pridem ab ea, vt leuia ferebantur, & mouebãtur, grauia videri.

Hippoc. lib de coacis prænot. textu. 66. Vbi liuores in febre fiaut, propè mors fore significatur.

Hippo. lib. 1. epid. ægroto primo ait: Philiscus febre acuta coreptus, cui quinto die frigidi sudores superuenere, & extremæ partes liuidæ, sexto die ad meridiem obijt: & eode lib. Ægroto Octauo narrat de ebasino, cui die quinto, furor superuenit, ad meridiem extremitates frigidæ, & subliuidæ ad solis occasum hic obijt.

Et lib. 3. epid. ægroto 7. est historia illius mulieris Anginosæ, quæ tertia die extrema frigida, & liuida habebat, quarta die exasperata sunt omnia: quinta angina perijt. ita Æger octauus die septimo perijt, cui in febre ardente die tertio extrema erant frigida, & liuida.

Hippoc. lib. 1. epid. 1. 24. Sudabant semper quidem, sed non toto corpore, multum extremitates frigebant, vt vix calorem reciperent.

Gal. in comm. febrium malignarum esse hæc accidentia in præsagijs diximus.

Hippoc. lib. 2. prog. tex. 10. si genitale, testesque conuellantur, dolor vehemens, ac mors significatur.

Gal. in comm. Cœterum, vt dolor contrahi faciat vires ad se se, perspicuum est, ita fit, vt ob eam rem partes ad originem conuellantur.

Textu verò 12. Primum verò est, si neque interdiù, neque noctu dormiat

dolor

dolor enim, ac labor, vel desipientia ab eo indicio significatur.

Gal. in comm. Neque interdiu, neque noctu dormiunt ij, qui ex dolore, ac labore contenduntur, & item, qui incipiunt delirare: nam id quoque committit in somnium, ob temperamenti in cerebro siccitatem.

Hippos. lib. de coacis prænot. 193. in præcipitibus morbis murmur edentes, ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Hippoc lib. de iudicat. in fine. quibus in febribus aures obsurduerunt, his nisi febris soluatur, furorem contingere necesse est: soluit autem sanguis è naribus profluens, aut perturbata aluus biliosa effundens, aut intestinorum difficultas, aut coxendicum, aut genuum dolor accedens.

Lib. 1. *prorect.* 33. in præcipitibus, & turbulentis morbis obueniens surditas pernitiem minatur.

Hippoc. lib. 4. *apho.* 60 quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis è naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbum.

Gal. in comm. Dictum est ab eo, & antea, surditatem fieri, biliosis excrementis retentis, & ad caput recurrentibus, & talem solui surditatem, aluo turbata. dictum est & nunc ab ipso hoc idem, & præterea de profluuio sanguinis è naribus. etenim & hoc soluit surditatem, eam videlicet, quæ in febribus fit, absque vlla propria, atque præcipua instrumenti auditus passione.

Hippoc lib 4. *apho.* 28 quibus deiectiones sunt biliosæ, superueniente surditate, cessant, & quibus surditas adest, superuenientibus biliosis deiectionibus, finitur. & hic est ille aphorismus citatus à Galeno comm. 60. huius quarti libri.

Hippoc. lib. 6. *apho.* 10. caput dolenti, & circumdolenti, pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum soluit.

Hip-

Hippoc. lib. 7. apho. 26. Propter vehementem dolorem partium ad Ventrem attinentium, partium extremarum frigiditas, malum.

Gal. in comm. Fit quidem, sicut suprà dictum est ob magnitudinem inflammationis in visceribus partium extremarum frigiditas: fit etiam propter animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguatur, vel quia propter multitudinem suffocetur, tum præcipuè cum frigida fuerit: fit insuper, & propter dolorem vehementẽ medias corporis partes occupantem, ob quem natura in se ipsam contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solum extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus & caput, sed etiam cutim vniuersam.

Hippoc. lib. 4. apho 48. in febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores vrantur, & sitim habeat, lethale est.

Gal. in comm. quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel erysipelas euenerit, totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atque adeò vruntur profunda, cutis autem refrigeratur, vt fit in principijs accessionum.

Hippoc lib 4. apho. 56 Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malum; prorogatur enim morbus, & multam humiditatem significat.

Hippoc. lib 4. apho. 21. Excrementa alui nigra sanguini atro similia sponte euntia, siue cum febre, siuè citrà febrem, pessima, & quantò colore magis praui fuerint plures, peiùs: cum medicamento verò, meliùs, & quanto colores plures, non praui.

Lib. 4 aph. 47. excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fætidæ, & bilioſæ, omnes malæ, si benè exeunt, siuè per alui excretionem, siuè per vrinas, bonæ, si verò non aliquid eorum, quę iuuent, per hæc loca excernitur, malum.

Gal. in comm. Fortè conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ dici compendiosiùs: omnes praui ex-

excreationes, cum bene exeunt, ad bonum terminari. non enim simpliciter dixit prauas excretiones benè exeuntes bonas esse.

Hippoc. lib. 2. apho. 14. In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.

Gal. in comm. mutationes excrementorum, quæ multas humorum formas educunt exquisitius corpus expurgant, nisi habeant signa colliquationis, aut putredinis.

CAPVT XVI.

De signis sumptis à respiratione: de signis timoris per somnum in morbis, de effectu somni in febribus. Alia prognostica proponuntur: quando sanguis à suo loco mouetur, suppuratur: prælanguentium desipientiæ malæ; quomodo, & qua causa fiat stillicidium.

HIppoc. *lib. de coacis prænot.* 260. Spiratio frequens quidem, & parua aut inflammationē, aut dolorem principalium partium indicat: magna verò, & ex longis interuallis delirium, aut conuulsionem: & frigidus quidem spiritus lethalis est. mortem quoque affert febriculosus, & fuliginosus, frigido tamen minus, & magnus quoque foras expiratus: paruus verò intrò, & paruus foras, magnus verò intrò, pessimus quidem ad mortem proximè accedit, & qui protensus est, ac vrgens, & obscurus, duplicataque intrò reuocatio, qualis inspirationem conduplicantibus. facilis autem spiratio in omnibus morbis, qui cum febre acuta infestant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnam habere ad salutem vim, existimandum est.

Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 2. in principio. Maxima

qui.

quidem in omnibus febricitantibus ſigna in pulſi bus,atque vrinis conſiſtunt: his verè addere oportet, & quæcunque alia circa faciem Hippocrates ſcribit, accubitum quoque, & reſpirationem: item ea, quæ per ſuperiora, vel inferiora excernuntur,& ſi quid aliud accidens circà aliquam corporis partem,aut operationem conſiſtere videas.

Hippoc.lib 1.*proræt* 18. in febre ardente, ſi tinnitus aurium cum viſus hebetudine fiat, & ad nares grauitatis ſenſus,furioſa mentis enotio indicatur.

Hippoc. lib.prædict text. 74. febres, quæ ſoporem, & laſſitudinem inducunt, aut in quibus caligant ægri,inſomnia, ac tenuibus ſudoribus vexantur, malignæ ſunt.

Hippoc.lib.4.apho 67. in febribus ex ſomnis timores,vel conuulſiones malum.

Gal. in comm. Saneque Nos ſæpe vidimus in morbis exitialibus,& timores,& labores, & conuulſiones,ex ſomno fieri:hoc autem videtur contingere, quando in ſomnis ad cerebrum humor infeſtus peruenerit,tunc magis intrà,quã extra mota natura: at profectò, vt à cibo ad ſomnum conuerſi implent caput:ſic in pletoricis diſpoſitionibus ſomni ipſum replentes,aggrauant cerebrũ.ſi igitur ea multitudo magis ab atrę bilis naturã vergit,timores fiũt:ſin talis nõ fuerit, labores,ac cõuulſiones.ſomniq; procul dubio ſemper nocẽt,quatenus ad profũdũ,& viſcera materia fluit, niſi concoctionis ratione plus afferrẽt vtilitatis,quã ſit damnũ, quod ex motu ad interiora cõſequitur.nõ ſolũ autẽ in cerebro ipſo mali humores aceruati tales afferũt caſus,ſed & in ipſo ore vẽtriculi:quarè & in ſomnis magis euaporant,cũ incocti permaneãt:ſicut coctiones vtiles ſomni inducũt.

Hippoc. lib 3. *apho.* 24. in ætatibus autem talia contingunt: paruis, & nuper natis puerulis oris vlcera, quæ aphtæ vocantur, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores,vmbilici inflãmationes, auriũ humiditates.

Gæ-

Galenus in comm. Pauores etiam per ſomnum infantibus adſunt,ijs pręſertim,qui ſunt natura edaciores,quando loca ad ventriculum attinentia ſenſu quidem vigent,ſed imbecilliora exiſtunt: cibus verò corrũpitur.Nos ſiquidẽ obſeruauimus,nõ in tantillis ſolum, ſed etiam in ętate profectis terribiles fieri per ſomnos imaginationes, quando multi,& vitioſi humores grauant,& mordẽt vẽtriculũ,& præſertim ipſius os:hæc enim particula præcipuũ habet ſensũ.

Hippoc lib.2.apho 1. in quo morbo ſomnus laborẽ facit,mortale,ſi verò ſomnus iuuat,non mortale.

*Gal.in comm.*in principijs ſiquidem acceſſionum calor naturalis totus,& humores in profundum corporis vergunt: quemadmodum ipſe docuit in lib.6. epid:& magis,in quibus horror, vel rigor,vel fortis partium extremarum refrigeratio contingit,& propterea,ſi in principijs dormierint,caſus illis protenduntur,& vix febres ad conſiſtentiam perueniunt,ac ſi qua inflammatio circà viſcera,rationabile fit,ipsã augeri: ſi que humores aliqui ad ventrem cõfluant: nõ vt in alijs ſomnis eoucoquuntur,ſed multò plures fiunt,incocti permanentes:ob hanc igitur causã, ægrotis vigilias tunc præcipimus,illã,quæ à vigilijs fit ſpiritus,ſanguinis,& caloris,qui in eis eſt,ad exteriora lationẽ apponentes , tãquam maximũ auxiliũ aduerſus illã,quæ fit in acceſſionũ principijs, sãguinis,ſpiritus,& caloris naturalis ad interiora lationẽ: quare nõ ſine ratione dixerit quiſpiã,huiuſmodi lęſiones hoc tẽpore fieri quidem à natura acceſſionis, ſed vigilia prohiberi:cũ verò hoc quoq;priuati fuerint ægrotantes,tunc damnũ ſentire manifeſtiùs,nõ quia altera lœſio accedat ex ſomno , ſed quia deeſt illa , quæ ex vigilia habetur vtilitas.manifeſtiſſima tamen omniũ vtilitas ex ſomnis eſt,quæ in declinationibus fit.nã quo tẽpore aliquid eſt vtiliſſimum,ſi præter id,quod nihil prodeſt,etiã nocet, mortẽ non ſine ratione ſignificat. quidam verò inter dormien-

dum

dum deliria loquuntur: & vbi expergefacti fuerint multo tempore in delirio perseuerant, quibusdam etiam initium comatis in somno fit, & vix, cum punguntur, excitantur. hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem, quos, vbi calorinnatus fortior extiterit, per somnos concoquit, vbi verò debilior, illis succumbit, ab eisque viscera aggrauantur, & dictis affectibus homo corripitur. *ipse etiam Hippocrates lib. 6. epid.* vult hominem vigilantem extrinsecus esse calidiorem, dormientem verò contrario modo se habere: id nosedocens, quod etiam quibusdam alijs naturæ studiosis visum est, somnum, atque vigilias fieri secundum innati caloris motiones: non absque ratione igitur euenit, vt cum in visceribus iste collectus, causas morbificas nequeat euincere, pernitiem significet. nam si qua inflammatio difficilis solutu aliquam ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita se habeat, interire.

Auicennas lib 4 f. 1. t. 2. cap. 7. Et prohibe etim à somno in principijs febrium, propriè quando est horripilatio, aut frigus, & rigor, quoniam prolungatur super frigus, & rigor est. ipsa namque ex primunt materias, si fuerint euntes ad quædam viscera, & prohibent digestionem humorum: apud declinationem verò est iuuatiuus valde, & fortasse non nocet apud statum.

Hippoc lib 7. Apho. 4. a sudore horror non bonum.

Gal. in comm. quod iudicatoria, quę non iudicant. partim mortalia, partim male iudicantia sunt, ab ipso dictum est, quoniam natura in huiusmodi dispositionibus morbo succumbit.

Hippoc. lib. 1. prorhect. rex. 9. Vehementes phrenitides in tremorem desinunt.

Hipp. l 1 prog. 17. Vbi post vomitũ anxiosum, vox stridula est, oculi squallidi, & puluere inspersi, insania pottẽditur. nõ secus ac Harmoliger coniugi accidit,

quæ vehementi insania correpta voce defecta interijt.

Lib. 1. *prog.* 85. Dolentes fauces absque tumore cum labore, & molestia, ac suffocatione præceps exitium minantur.

Lib. 1. *prog.* 18. in febre ardente, si tinnitus aurium, visus hebetudines fiant, & ad nares accedat sēsus grauitatis, furiosa mentis amotio indicatur.

Lib 1 *prog* 56. *& lib de coacis prænot.* 31. ex præcordiorum dolore obortæ febres malignæ sunt: in his profundus, ac altus sopor pessimus.

Lib. 1 *prog.* 74. febres, quæ soporem, & lassitudinē inducunt, aut in quibus caligant ægri, insomnia, ac tenuibus vexantur sudoribus, malignæ sunt.

Hippoc lib. 6 *epid.* 2 *tex* 9 assiduarum oscitationum longa spiratio medela est.

Lib. 6. *epid* 2. 13. eruptiones sanguinis narium, quæ quarto die contingunt, indicationem faciunt difficilem.

Lib 1. *prog.* 89. Desipientia cum difficultate spirandi, & sudore, lethalis est. quin etiam cum difficultate spirandi, & singultu mortem adfert. &c

Textu 93. in vehementi, & furiosa mentis amotione, accidentes tremores, exitio sunt.

Lib. de coacis prænot 234. Linguæ densæ, & petacidæ phrenitidem pottendunt.

Hippoc. lib. 1 *prorrh. textu* 8. Prælanguentium desipientiæ pessimæ, vt Thrasimonti contigit.

Gal. in comm. Pessimæ prædebelitatorum desipientiæ ita sunt, vt nullum ex ipsis seruari speraueris, sed de his intelligendum desipientijs, quæ ex sapientis in nobis partis laborantis affectione fiunt, &c præcedit autem, & ex abundanti desipientiam, tum vigilia, quæ virtutem non minus exoluit, quam sensibiles euacuationes: tum qui in motionibus multis, inordinatisque committitur error.

Hip-

Hippoc.lib.6.Apho. 20. si sanguis in ventrem præter naturam effunditur, necesse est, suppurari.

Gal.in comm. sic enim fieri videmus, non permanere sanguinem, cum à suo loco exciderit, sed aliquando suppurari, aliquando nigrescere, aliquando in grumos verti, præsertim quando in magnam capitatem exciderit præter naturam.

Hippoc. lib. de flatibus. Pituita namque acribus humoribus permista, vbi in loca minimè assueta irruperit, ea exulcerat.

Hippoc.lib.5.apho. apho. 58. Recto intestino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ stillicidium superuenit: & renibus purulentis vrinæ aduenit stillicidium: hepati verò inflammationem patienti singultus aduenit.

Gal.in comm. quando aliquis parum, & frequenter mingit, hæc passio vrinæ stillicidium nominatur, & fit aliquando ex imbecillitate potentię retentiuæ in vesica, non numquam verò ex acritudine vrinæ: imbecillitas ergo fit propter intemperaturam, & aliquem tumorem præter naturam: acritudo autem vel propter renum passionem, vel quia talis ad ipsos venit ex venis superfluitas serosa percolata. rectè itaque Hippocrates inquit: vrinæ stillicidium, recto intestino, & vtero inflammationem patiente, & renibus suppuratis aduenire: in recto quidem intestino, & vtero per con patiendi rationē vesica patiente: in renibus autem purulentis, pure per vesicam euacuato: hoc igitur fui acritudine mordens vesicam excitat ad excretionem, in vteri autem vel rectì intestini inflammatione, vicinitatis ratione pati vesicam, est necessarium, vt quæ, & intemperaturam participet, & inflammationem, & prætereà prematur, atque angustetur à tumoribus præter naturam, qui in illis existunt. dictum autem est à me etiam prius, quod non simpliciter alterius passio alteri superuenire apta est, sed ijs, quæ ma-

gnitudinem habent effatu dignam, ſic igitur ; & hepati inflammationem patienti ſingultus ſuperuenit propter neruorum communicationem, non quidem ſemper, ſed quando ad maximam attollitur inflammationem .

Auicennas lib. 4 fen. 2. t. 1. cap 4. Et ſcias quod ægritudines & accidentia fortia fiunt in nocte, quoniam natura occupatur in digerendo materiam , & in alijs ex omni re .

Hippoc. lib. de ſalubri dieta . Quos ſitis infeſtat, cibos, & labores hi minuant .

Hippoc. lib. 6. epid. 7. 41. Febres, in quibus labra vlcerantur ferè intermittunt, & tertianis perfrigerationes adſunt : deurentes verò ſtatim ad manus contactum ſemper ſolutæ apparent .

CAPVT XVII.

De ſignificationibus morborum : quibus medijs cognoſci debeant morbi, & quæ conferant ad morborum cognitionem : non poteſt morbus curari , niſi prius cognoſcatur : quid obſeruandum ſit ad morborum curationem . de interrogatione , quam debet facere medicus .

Hippoc. lib. de articulis . Incurabilium morborum tractationem eſſe neceſſariam .

Hippoc. lib. de alimento . Confluxio vna, conſpiratio vna, conſentientia omnia .

Hippoc. lib. 1. *epid. comm.* 3. *textu* 1. morbos dignoſcimus docti ex communi omnium natura , & cuiuſq; propria: ex morbo, Ægro, oblatis, offerẽte. nã facilius ex his, vel difficilius: præterea ex vniuerſo, & ſingulari cœli ſtatu, & ſingulis locis, ex cõſuetudine, ex victus ratione, vitę genere : Ætate cuiuſque vna cũ ſermone, taciturnitate, imaginationibus, ſomnis vigi-

vigilijs,quibus,& quando,vellicationibus,perfrictio-nibus, lachrymis, acceſſionibus , deiectionibus, vrinis, ſputis, vomitionibus, & quæ,ex quibus,in quos ſucceſſiones morborum,& qui abſceſſus in exitu, vel inditium, ſudor, rigor, algor, tuſsis, ſternutamenta, ſingultus, ſpiritus, ructus , flatus ſilentes,ſtrepentes, ſonori,ſanguinis eruptiones : hęmorrhoides . ex his conſideres,quæ per hæc accidunt .

Gal. in comm. ſunt quidem hæc præſagiendi prę-cepta, quibus Auctor tradit cummunia propoſita , à quibus ſumenda ſint præſagia . Communem itaque vocat naturam omnium hominum:propriam vniuſcuiuſque noſtrum naturam:quod autem ex vtraque ſint conſtituendæ dignotiones,& præſagitiones,cer-tior verò ſit,quæ proficiſcitur à propria. &c. & poſt multa verba . immo verò vel conſuetudinem ad prędſagiendum conducere docet . itaque in præſag. lib. cum notas adſcribit ex conſuetudine alias ad-hunc dicit modum : ſi pronus iaceat is, qui per bonam valetudinem ſic cubare non conſueuit , aut delirium,aut ventri dolorem portendit . &c. Sed ex victus quoque ratione,quam ęger ſeruauit queas quid ſit, quantumque humorum, qui eruperant, ſcitè conijcere : quibus perſpectum , facilius cognoſcitur preſens ſtatus corporis , expeditiuſque euadit de euenturis præſagium .

Ex ſeptem rebus non naturalibus omnis morbus dignoſcitur, & in has omnis morbus cadit : ſunt autem res non naturales : Aer,cibus, & potus,ſomnus, & vigilia,motus,& quies,quarè ſemper ægros circà hęc interrogare oportet,ſi volumus cognoſcere ſpeciem morbi,& cauſam,à qua pendet morbus. *Gal. lib art. med* 85.

Gal lib.2 prog.comm.6. cum ſumma totius præſagitionis in morituris,conualituriſque ſit, quoties vis Ægrotationis cum ægri facultate conferatur:cognita namque morbi ſpecie ex proprijs ſymptomati-

bus, ac eius magnitudine ex quantitate eorumdem ſymptomatum, aut partis affectæ præſtantia, cognitaque benignitate, vel malitia, ſeu more, quem dignoſces ex ipſius morbi differentia, ac ſuperuenientibus ſymptomatibus, quod quidem maximè inſpiciendum eſſe iuſsit *Galenus lib. 3. de criſibus cap. 4.* adiuncta conſideratione temporis anni, naturæ, regionis, & ſimilium, vt docet *Hippoc. lib. 1. apho 2 & 12. & Gal. in comm.* & etiam *Hippocrates addit lib. 2. apho. 17. dicendo*: Et quibus ſemel, aut bis, & quibus plura, aut pauciora, vel per partes alere conuenit, proſpiciendum, condonandum verò aliquid ætati, morbo, conſuetudini, & tempori, numquid Æger ſaluabitur, aut morietur inuenies potiſſimum, ſi hæc tria reſpicies, ſpeciem videlicet morbi, morem, ac morbi magnitudinem, partis affectæ notitia non poſt habita, ſi qua eſt, quæ præcipuè afficiatur; poſt quæ, & virium robur, vel imbecillitatem, cum ex earum proprijs actionibus, tum ex commodo temperamento, vel intemperie partium, exquibus vires proueniunt, dignoſcere oportet, tam eius, quæ ex corde prodit, quàm quæ ex hepate oritur, quam etiam, quæ ex cerebro originem ducit: quamvis naturæ robur præcipuè ex pulſuum actionibus agnoſcatur, vt patet ex *Gal. lib. de conſt. art. med. cap. 18. & lib. de ſang. miſſ. cap. 14.* tamen per quam potiſsimum facultatem ægro periculum immineat, medicus perpendere debet, ipſius facultatis inditia bona, vel mala inſpiciens, vt *Galenus ait lib. 3. prog comm. 37. dicendo*. namque velut obluctatoribus quibuſdam ſemper duobus his medicus attentus eſſe debet, nempè morbo, & naturæ, ſeu viribus, & proinde ſanitatem, vel mortem, non ex alijs meditationibus præſentiet medicus, quam ex morbi, & naturæ robore exactè cognito. *Id etiam dicit lib. 1. ad Glauc. cap. 8.* Quibus ignoratis minimè poterit exactè prænoſcere, ac prædicere: deinde futuri

turi ſtatus præcognitionem perdiſcere ſtudendum eſt: potiſsimum ſi criſi terminaturus ſit morbus, neque hoc difficile fuerit, cognita morbi ſpecie, ac magnitudine.

Glenus lib. 10. *meth. med cap.* 1. nam virtus omnium prima cuſtodienda hominibus eſt, ac omnium ea prima indicatio eſt, quæ à virtute ſumitur, licet non ſit prima, vt quæ curationem doceat, cum ex numero curatricum indicationum non ſit, quamuis ex accidenti virtutis roboratio ad affectus curationem conducat. *Ita etiam lib.* 9. *meth cap.* 13.

Hippoc lib. apho. 5. Dolores, qui in pectoribus, & lateribus, atque alijs partibus, an multum differant, perdiſcendum.

Gal. in comm. Perdiſcere oportet non modò locum dolentem, qualis nam ſit, ſed & magnitudinem doloris in ea quanta ſit: hoc autem confert, & ad loci patientis dignotionem, & ad præcognitionem eorum, quæ circà ægrum futura ſunt, & præterea ad curationis inuentionem.

Auicennas lib. 4 *f.* 1 *t* 2. *cap.* 5. Scias, quod acceptio ſignificationum febrium eſt ex regimine antecedente, & quomodo fuit, & ex diſpoſitionibus antecedentibus, ex regionibus, & temporibus, & ex ætate, & complexione, & ex pulſu, & vrina, & vomitu, & egeſtione, & fluxu ſanguinis narium, & ex diſpoſitione febris in rigore, & ſudore, & qualitate caliditatis, & ex paroxiſmis, & ex diſpoſitione appetitus, & diſpoſitione anhelitus, & ex coniunctis, ſicut dolore capitis, & vigilijs, & alienatione, & inquietudine, & alijs. &c.

Gal. lib. 1. *apho. comm.* 2. Perfectę tamen cognitionis gratia inſpicere oportet tempus anni, quod præſens eſt, & regionem, in qua degunt ægrotantes, & eorum aetatem, & ſpeciem ægritudinis: ſint enim, ſi ita contigerit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia, ſimul cum ipſis inſpiciendum erit, ſi

tempus æstiuum, si regio calida, si æger in ætatis vigore consistit: eodem modo, & in pituita considerandum est, si adsit hyems, si regio frigida, si homo senex: & præter hæc omnia, ipsam morbi speciem inspicere oportet: veluti quod tertiana, si ità contigerit, fit à flaua bile modum excedente: quartana ab atra: quotidana à pituita: cancer ab atra bile: erysipelas à flaua: œdema a pituita; atque singulæ aliæ morborum species: si enim hæc omnia distinxerimus, cum maiori ac certiori animi fiducia ad noxij humoris euacuationem peruenerimus.

Galenus lib. ascripto introd: seu medicus cap. 7. Primariæ medicinæ partes sunt rerum naturæ contemplatio, causarum notitia, vel affectuum consideratio, sanitatis tuendæ ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. *& cap.* 8. Proindè rerum naturæ cognitio necessaria est hoc potissimum nomine, quod nisi naturalibus anteà cognitis, ea, quæ à naturali habitu recedunt, cognoscere queas numquam; nàm præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum verò, & morborum notitia non minus & ipsa desideratur, vt affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus: tùm ipsos affectus, eorumque status cognoscamus: vtilis sanè & symptomatum affectibus incumbentium cognitio est, nam ab horum congressu corporis vitia speciem nanciscuntur. &c. nam præterita, & præsentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus: insuper maxima eius necessitas ad præsagiendum, mors, an salus expectanda sit: pari modo medicina, quæ manu medetur, tum illa, quæ medicamentis auxiliatur, sine indicium obseruatione non absoluitur: quippè præsagia eodem modo desiderant, quibus scias, quę curationem non admittunt, quæque eam recipiunt quidem,

sed

sed vehementer, aut offendunt ęgrum, si curentur; aut è medio tollunt. iam verò curatoria pars trifariam diuisa est, vna victu, altera medicamentis, tertia manu medetur. &c.

Gal. lib. 9. meth. med. cap. 9. Conferre prętereà ad auxiliorum inuentionem diximus tum ipsam corporis temperiem vna cum consuetudine, tum regionem: tum anni tempus, tum cœli statum: in quibus verò morbis egregius aliquis in vna parte animalis affectus subsisteret, veluti ex adustione in capite, & à parte quoque ipsa aliquam faciendorum indicationem sumi.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2. cap 7. Scias, quod non est possibile tibi curare febrem, nisi cognoueris eam, quod si non cognoueris, tunc subtilia regimen.

Galenus lib. de part: art. med. cap. 7. Fieri enim nequit, vt rationem affectum aliquem curandi reperiamus, nisi ille prius cognoscatur, neque etiam, nisi terminum futurę iudicationis pręnoscatur, rectè vmquàm curari poterit has tamen partes necessariò aliæ item præcedunt, vt pote ea, quæ omnium particularum statum exponit, quędam verò dissectione comprehenditur, insuper verò & illa, quę de earum actionibus, ac tertiò illa, quę de earum vsu est, vel vtilitate.

Hippoc. lib. 1. acut. textu 3. cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quo nam modo curare singula oporteat, in his multa aliter, quam illi enarrarunt, sentio.

Gal. in comm. Si enim ad optimę curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio, & futurorum pręnotio, prorsus hęc superuacarent. nunc autem, quod conferant, ob id commodæ existant. ergo quod affectuum dignotio ad curationem valdè necessaria sit, recensere non est opus: nam in primis, quisnã sit morbus, dignoscere oportet, deinde

curationem ipsius ita aggredi. quod verò prænotio ad curationem quoque commoda, sit, demonstrauit in præfatione prognostici Hippocrates: qui ergo omnia, quæ ad medicinam spectant, commoda, vel ad dignotionem, vel ad curationem, vel ad prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. curatio siquidem à medicis exercetur, prænotio autem, & dignotio propter curationem: quo fit, vt nemo finem artis dignotionem, vel prænotionem, sicut curationem, assueuerit.

Galenus lib. 1. de crisibus cap. 16. Et quicumque medicus primo, vel saltem secundo die non præcognoscit morbum, qui extrà primum septenarium nequeat extendi: hunc per multum erraturum fit verisimile: si igitur semel, vel bis tali errore delinqueret, venia dignus foret: si verò putet, nullam futuri status præcognitionem, hic nec minimam quidem medicinæ artis partem est assecutus. ego verò, tantum absum, vt quod futurum sit, penitus incognitum putem, vt sœpè numero de eo certissimam haberi scientiam existimem.

Hippoc. lib. 4. de rat. vict. morb. acut. tex. 57. Obseruare autem oportet primum diem, quo Æger parûm valere cœpit, principiumque vndè, & quando, inspicere: existimatur siquidem id scitum præcipuum. cum autem Ægrum interrogaueris, atque omnia fueris persecutus, in primis quidem, quonam habet caput modo, si dolore careat, nihilque graue in se habeat, deindè si hyppochondrion laboret, vel attollatur, vel obliquitatem habeat, vel satietatem, aut latus doleat, simulque cum dolore tussicula fuerit, vel tormina, dolorue Ventris: cum, inquam, horum quippiam hyppochondrio aderit, potissimum Ventrem clysmis soluere oportet: bibat autem mulsam calidam, coctamque. ad hæc perdiscendum, si cum exurgit, defectu animæ corripiatur, & si facilè spiret: inspiciendum quoque, vtrum ne deiectio

nigra

nigra admodum colore fuerit, vel sincera, qualis sanorum existit: & si febris exacerbet in tertium diem: nempè huiusmodi morbis, tertianæ sunt exacerbationes: conspicienda præterea, & alia, & si quarta dies tertiæ quippiam simile attulerit. nam nunc æger in periculo est. quantum autem ad signa attinet, nigra deiectio mortem indicat, quæ verò sanæsimilis, cum omni die apparuerit, salutem.

Hippoc. lib. 1. *epid. tex.* 48. Præterita dicito, præsentia cognoscito, futura prædicito.

Gal. lib. 13. *meth. med. cap.* 11. omnium ergo primum ab ijs, quæ retuli, incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, considerabis, quod si indigere, inuenies, mox Ægri virtutem aestimabis, possit ne semel iustam euacuationem tolerare.

Galenus lib. 1. *ad Glauc. cap.* 8. quarè ab initio statim ad vniuersum ægritudinis tempus inspicientes, rationem victus instituemus: nam ægritudinibus, quæ acutæ sunt, & celeriter ad statum veniunt, & si valdè tenuem victum exhibueris, haud magnum afferes detrimentum: quæ verò sunt diuturniores, nisi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimes, aut intempestiuè victus modum commutabis: neque enim oportet, statu aduentante, grandiorem, quam prius cibum offerre, sed contrà potius tenuissimum reseruare. hoc igitur in omnibus febribus commune præceptum: sed oportet præterea quæ singulis febribus intermittentibus propria sunt, considerare. &c erat igitur tempus anni medium inter occasum, & pleiadum, & Æquinoctium antecedens: cœperat autem febris cum horrore Adolescenti circa auroram ferè, vt neque in caliditate similis tertianæ videretur, neque sudor sufficiens, præter quam quod in die secundo tantummodo circà horam tertiam, vt vix circa vesperam expers febris videretur. nam febris

signum satis manifestum in pulsibus manserat, in reliquis verò circa vesperas satis benè se habebat, & per totam pariter noctem. rursus verò circa tertiæ diei auroram secunda accessio facta est omninò, præter quàm in tempore similis primæ: nam nocte superueniente, paululum antè diem vapores humidi exalarunt, ac circa quartæ diei auroram febris cessauit, ac reliquo deinceps autumni tempore, atque hyemis, quo ægrotauit, alia omnia, & hora accessionis, & solutionis febris eundem modum seruarunt: agebat autem Adolescens circiter decimum octauum ætatis annum, albus aspectu, & pinguis, qui sæpius ante otio degerat, & crapulis, balneisque plurimis, & repletionibus vsus erat. &c. non igitur sicuti exquisitæ quotidianæ, & quartanæ, ita etiam non exquisitæ, sunt diuturnæ, sed quemadmodum exquisita tertiana breuis est temporis, sic & quartana, & quotidiana exquisita diuturniores: hæc quidem in his, qui per circuitum quemdam febricitant, oportet considerare: in alijs autem febricitantibus vrinas, atque excrementa, atque vniuersum corporis habitum inspicere oportet: calorem quoque atque arteriarum motum, & quæcumque alia præter hæc Hippocrates, & longus vsus inspicere iubent, veluti regiones, anni tempora, constitutiones, & ætates, corporum temperaturas, consuetudines, & causas antecedentes, & quæ simul cum morbis innadunt, & quæ in medio tempore apparent &c.

Hippoc lib. de affectionib. tex. 36. Cum ad Ægrotum deueneris, interrogare oportet, quæ patiatur, & ex qua causa, & quot iam diebus, & an venter secedat, & quo victu vtatur.

Corn Celsus lib. 3. cap. 4 dicit quod ex sententia Asclepiadis officium medici est, vt tutò, celeriter, & iucundè curet, &c.

CA-

CAPVT XVIII.

Si rigor non sedat febrem, agro iam debili, mortale est: à qua causa fiat rigor. Proponuntur historiæ.

Hippoc. lib. 4. apho. 46. Si rigor incidat, febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.

Gal. in comm. Potest enim, & propter virium imbecillitatem casus esse lethalis: potest & iudicatio periculosa, bonum tamen habere finem. sepius enim fieri rigorem, febre non deficiente, & alioquin bonum non est: in virium autem factus imbecillitate, pernicios ius: nam si aliqua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam facit intermissionem, propter vtrumque hominem dissolui, verisimile est, & quia vis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem, & quia ab euacuatione dissoluitur. si verò solus accidit rigor, nulla euacuatione subsequente, vtroque modo casus caret bonitate.

Hippoc. lib. 4. aphor. 58. A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.

Gal. in comm. Ostensum enim est in sermone de rigore, etiam ob flauam bilem, quę per membra sentientia veloci motu defertur, fieri rigorem, postquam videlicet, & alui solmuntur, & sudores, & vomitus bilios i superueniunt: cum ergo bilis, ex qua febris ardens habuit ortum, expurgatur, soluitur febris. nam febrem ardentem fieri nouimus, quando aestiuo tempore venæ exsiccatæ acutos, ac bilios os ad se liquores, id est ichores attraxerint.

Gal. lib. 6. *epid: comm* 1 *super tex.* 10. Nam quicunque in acutis febribus, & potissimum ardentibus rigores iudicatorij fiunt, hos ex flaua bile extrà venas per sensoria corpora delata excitari didicisti;

propte-

propterea & febres ex lassitudinibus prouenientes temperatura biliosissimæ ad præsensionem tibi & ipsę conducent. hæc itaque est ab externis causis ad diuinationem percepta vtilitas, vnico quidem veluti exemplo explicata, tibi autem, & in alijs extrinsecis causis, quęcumque bilioſum corpus efficiunt, futura per commoda.

Hippoc lib. 1 *epid.* 1 *comm.* 2. *ægroto* 4. Philini Vxorem, quæ filiam pepererat, decimo quarto à partu die ignis inuasit cum rigore, &c. octauo die riguit, febris acuta, conuulsiones multæ dolorificę, multum delirauit, surrexit. &c. vigesimo obijt.

Gal in comm. Rigor, acuta febris, sitis, bilioſus affluxus, delirium, vigilię sunt bilioſi humoris inditia abundantis. &c. Cœterum iam extremę partes, inquit, frigidæ erant: hoc verò multò pernitioſissimum est, vbi initio morbi ad grauissimam febrem adiunctum est. &c. *Ita accidit critoni lib.* 1. *epid.* 1. 3 *ægroto* 9. cui rectè ambulanti pes dolere ex pollice cœpit: decubuit eodem die, horrescens fastidioſus, parum calens, nocte disiput. &c. perijt postridie, quam ęgrotare cœperat. *Ita ægroto* 11. huius libri de Vxore Dromedai, quę filiam erat enixa, cęteris ritè consecutis, postridie rigor cępit, febris acuta: &c. Sexto die mane riguit, percaluit, toto corpore sudauit, extrema membra frigida, delirauit: spiritus magnus, rarus: paulò post conuulsiones à capite cœperunt, subitò obijt.

Hippoc lib. de coacis prænot. 7. rigores cum sopore, non nihil periculi denunciant: & facies incensa cum sudore malignitatem significat: insuper posteriorum partium frigus, conuulsionem, ac omninò posteriorum partium refrigeratio.

CA-

CAPVT XIX.

Morbus primò debet cognosci: duplex est genus morborum acutor: ex quibus demonstrentur morbi.

Galenus lib. 1. ad Glauc cap. 4. Febris primo die, si fieri potest, qualis sit, anacuta vel longioris temporis est cognoscenda, & vtrum ex his, quę intermittentes dicuntur, an continua: quod si primo statim die fieri non potest, secundo saltem formam inuenire est tentandum: quod si in hoc aliquid, haud stabile sciatur, in tertio saltem aliquid manifestius apparebit. nam paucæ omninò sunt, quę vt exquisitè dignoscantur, quartum desiderent.

Hippoc. lib. 2. apho. 19. acutorum morborum non sunt omninò certę prædictiones salutis, aut mortis.

Gal. in comm. Duplex porrò est acutorum morborum natura, vel enim ab humoribus calidis solis, qui nullum obsedere locum, sed æqualiter in omnibus animalis partibus fuut, vel loco aliquo patiente fiunt, vt in morbo laterali, pulmonum inflammatione, angina, febresque, vt plurimum in acutis morbis sunt continuę: rari enim sunt ex ipsis, quibus febris non adsit, vt morbus attonitus, quem apoplexiam appellant. morbi verò longi ob crassos, lentos, ac frigidos fiunt humores, qui non facilè concoqui possunt, & in patientibus partibus impacti, atque agglutinati, ita vt eorum dispositiones magis præduris tumoribus, quam inflammationibus assimilentur: pauci verò ex ipsis fiunt per compassionem, absque loco patiente, in quibus venę omnes æqualiter habent humores, vel atrabilarios, vel pituitosos putrescentes: in his igitur omnibus videtur Hippoc. fidere præcognitionibus, in acutis verò

non

non omnibus, ſed aliquando falli præcognitionem confitetur. &c.

Hippoc. lib. 1. *apho.* 12. morbi verò ipſi, & anni tempora,& periodorum ſucceſſiua incrementa, ſiue ea quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant,paroxiſmum & ſtatum morborum iudicabunt: ſed ex his, quæ mox apparent,indicia ſumuntur, veluti in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat, ſi verò poſtea appareat,producit:prætereà & vrinæ, & alui fæces,& ſudores, quæcumque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem,vel malam,vel breues,aut longos fore morbos,oſtendunt.

Gal. in comm. ipſi igitur quoque morbi, & ipſas acceſſionum proportiones,& ſuas etiam conſtitutiones nihilominus oſtendunt: veluti in intermittentibus, quod tertiana citò iudicatur: quotidiana verò longior exiſtit: in continuis,quod cauſones quidem, id eſt,incendentes,acutæ ſunt,quæ verò triphodes,id eſt,ſuccedentes nominantur,longiores: mediæ verò inter has, ſemitertianæ. ſi poſſibile fuerit tertianam inuadentem ſtatim ab initio cognoſcere,ex ea comprehendere queamus, quod & citò iudicabitur, & per tertium diem fient acceſſiones. Nos quidem cum ſtatim prima die febrium quartanarum initia ſæpe cognouiſsemus, non expectata ſecunda acceſſione, formam victus ab initio conſtituimus, tamquam ad morbum, qui longo poſt tempore quod ſuum vigorem foret peruenturus: idem in quotidiana,& tertiana fecimus,tempus futuri vigoris in vtriſque ſecundum proprium terminum metientes: ſicuti autem in febribus, itidem in alijs eſt faciendum. morbus enim lateralis, & peripneumonia,& phrenitis morbi acuti ſunt: angina autem, quæ græce ſynanche dicitur,& cholera, & diſtenſio neruorum, & tetanos græce dicta, ſunt peracuti: aqua inter cutem, melancholia,ſuppuratio,& phtoe,

ideſt

ideſt tabes diuturni ! ac morbo quidem laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium diem acceſſiones fiunt : ſuppurationibus autem, aut quæ ventri eueniunt, aut hepati, & tabi quotidie, & magis ad noctem : qui verò ex liene laborant, & omninò melancholicis, per quartum : morbi conſtitutiones, & acceſſiones poſſunt ab anni temporibus vna cum morbo indicari : neque enim hoc ſufficit tantum ſciſſe, quod quartana inuaſit hoc die vt ab initio pręcognoſcamus, inſtituendam eſſe victus figuram, vt ad morbum futurum diuturnum, ſed etiam ſi hyeme, aut Vere, vel æſtate, vel autumno ſuum fecit initium, proſpicere oportet : id cognoſcentes, quod æſtate quartanæ magna ex parte breues ſunt, autumnales longæ, & magis, quæ hyemem attingunt. *Ita Hippoc. lib. 2. aphor* 25. Æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, præſertim, ſi hyemen contingunt : *& Gal. in comm.* Non ſolum quartanæ breues æſtate fiunt, ſed & ægritudines aliæ, propterea quod humores ſuperfiui funduntur, & per totum corpus feruntur, & diſſantur : in quibus igitur vires validæ ſunt, noxijs humoribus euacuatis, morbi ceſſant. &c. neque igitur morbi ſoluuntur, manentibus ijs, qui eos efficiunt, humoribus, neque Ægroti moriuntur, viribus interim ſufficientibus. &c. redeo ad *Gal. lib.* 1. *aph. comm.* 12. ſiquidem tertiana febris eſt quidem & alioquin celeris iudicij, ſed æſtate longe magis, quàm hyeme, & aliis pariter ſingulir morbis, ęſtos quidem addit celeritatem : hyems verò tarditatem ſed & acceſſiones per tertium quidem maxima ex parte æſtate fiunt : per quartum verò autumno, ſingulis verò diebus, aut noctibus, hyeme. ſicut autem de temporibus anni, ſic & in temperaturis ex proportione res ſe habet.

CA-

CAPVT XX.

Quomodo, & qua ratione cognoscatur longitudo, & breuitas morborum; primum, quod debet considerari in morbis, est coctio ex urinis; numquam Galenus vidit intereuntem, qui, precedente concoctione, crisim habuit, & quæ sint inspicienda ad cognoscendos morbos, & per quas partes morbi euacuentur: magni morbi iudicantur, parui verò soluuntur; qui sint dies iudicatorij; si morbus iudicatur extra dies iudicatorios, recidiuas facit.

HIppoc. lib 4 apho. 30. quibuscumque accessiones fiunt, quacunque hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iuditium habent difficile.

Gal. in comm. supponatur quispiam prima die cœpisse febricitare hora tertia, & quieuisse qua vis alia hora: deinde die secunda eadem hora tertia cœpisse: mox cessasse febrem quacumque hora, & tertio rursus die hora tertia cœpisse: mox rursus quouis tempore finita febre, cæpisse quarto die ea iterum hora tertia, & ita deinceps seruari quidem semper horam tertiam, in qua accessio suum facit initium, non seruari autem alias, in quibus finitur: hunc, qui tali laborat morbo, necesse est temporibus longioribus ægrotare ijs, qui habent horam initij accessionis inordinatam: hoc quidem nos ab experientia comprobatum, dictum fuisse arbitramur.

Gal. lib. 1. de crisibus cap. 9. in principio: Rursus repetentes dicamus: hæc vniuersaliamorbi tempora ex morbis ipsis primum coniectari oportet, quantum extendi debeant: deinde ex anni temporibus, & circuituum proportione, & præter hæc omnia ex post apparentibus, in quibus prima, & præcipua sunt signa coctionis, ex quibus circumscriptum iam prin-

principium possis exquisitè cognoscere: ex hoc autem futurum statum coniectura artificiosa, quam paulò post aperiemus, cognosces.

Lib 3 de crisibus cap 3. Primum quidem, & maximum inter omnia est considerare coctiones ex vrinis, & alui excrementis, & sputaminibus: siquidem ego millies, cum, dum crises fierent, interessem, neminem vmquam vidi intereuntem, qui præcedentibus concoctionibus crisim habuisset. non tamen æqua omnium signorum dignitas existimanda est, sed in morbis quidem thoracis, atque pulmonis præcipuè sputamina sunt animaduertenda, non tamen vrinarum contemplatio contemnenda, sed & alui excrementa sunt inspicienda: si verò tantum febricitant sine alicuius visceris passione, aut cum inflammatione heparis, vel renum, vel vesicæ, vel splenis, maximè vrinis animum oportet adhibere: sicut, si circà Ventriculum passio sit, primum excrementis alui, deinde neq; vrine sunt negligendæ: semper enim cum febris affuerit vel ex sola humor putredine accensa, vel ex membro inflammationem patiente, præcipuè vrinas inspiciendas censeo, atque inde coctiones cognoscendas: primum quidem, & maximum instantis bonæ crisis indicium sunt coctiones: secundum autem, quod ab aliqua die iudicatoria antea indicetur, cui annexa est diei indicantis potentia: deinceps autem inspicere oportet, & speciem morbi, & morem: per speciem quidem, si tertiana, vel quotidiana, vel febris ardens, vel pleuritis, vel peripneumonia: morem autem, si moderatus, si mitis, vel prauus, atque malignus: deindè si formæ morbi excretio respondeat; si enim sit febris ardens, vel sanguis è naribus profluet, vel post vehementem rigorem sudor multus, & calidus per totum corpus emanabit, aut per vomitum, aut per aluum biliosa excernentur; ita & tertiana vomitibus, & excrementis alui biliosis, & sudoribus mul-

multis toto corpore fluentibus iudicabunt. plurimum autem pituitæ in quotidianis febribus excernetur, & multi in toto corpore sudores fient: iudicat autem & phrenitidem sudor bonus, & præcipuè si ex capite multus, & calidus fluxerit, sudante simul, & reliquo corpore: contingit autem & aliquando, quod etiam per sanguinem è naribus fluentem phrenitis iudicatur, non tamen, lethargus, aut peripneumonia fluxum sanguinis amant: inter ipsas autem pleuritis medium obtinet locum: minus enim, quam febris ardens, & phrenitis, magis autem quam peripneumonia, atque lethargus profluuio sanguinis soluitur. soluit autem lienis, & hepatis inflammationes sanguis è naribus profluens; cum hæc viscera vna cum febribus acutis habeant inflammationes: & omnes, quæ in præcordijs fiunt calidæ, atque acutæ inflammationes, fluxu sanguinis iudicantur. oportet autem per directum fluere sanguinem: ex dextra quidem nare, hepate patiente, vel locis in dextris præcordijs positis: ex sinistra autem, liene, aut locis vicinis. iuuat autem & sudor bonus omnes, quæ sunt in præcordijs, inflammationes calidas, & acutas: hepatis verò con vexæ quidem partes inflammationem patientes tribus præcipuè modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis ex nare dextra, & sudoribus bonis, & vrinis abundantibus: cauæ autem partes excrementis alui biliosis, atque sudoribus, nonnumquam verò & vomitibus: magis autem expetunt per vrinas expurgari, quàm conuexæ hepatis partes, omnia, quæ vel in partibus renum, vel vesicæ laborant: sicut loca, quæ ad thoracem, & pulmonem pertinent, sputaminibus. sudores verò omnibus febribus proprij sunt, & præcipuè incendentibus: iuuant autem non parum, & feruentes inflammationes, quando, sicuti anteà diximus vna cum coctionibus emanauerint: iudicant autem & quotidianas febres simul cum vomitibus;

atque

atque excrementis alui pituitosis adiunctis, & quartanas etiam si atra simul, ac varia excernantur: semitertianas verò biliosa simul, & pituitosa: iudicant autem parotidas, lethargos, & reliquos omnes capitis affectus: alijque decubitus omnes alias febres diurnas securè iudicare consueuerunt. &c. & in medio capite. magni morbi iudicantur omninò, qui autem patui, soluuntur solum. sed dies crisis ex motu inuenietur, nam si febris synochus fuerit, ac nullus error acciderit; in quarto die, sperandum est, crisim futuram; si verò continua fuerit, magnitudinem, ac motum inspicere oportet. contingit enim in tertió, vel quinto die crisim fieri; in tertio quidem, si morbus sit magnus, ac motum velocem habeat; in quinto autem, si neque valde magnus sit, neque velociter moueatur: oportet enim crisim in idem tempus incidere cum accessione, & ita ratò accidit, vt leuiori die fiat crisis, vt videatur bis tantùm Archigenes in toto tempore vitæ suæ id obseruasse; ego verò ad hanc horam semel solum. & causa est, quemadmodum diximus in libris de diebus decretorijs, vt crisis sæpius ex quarto die ad tertium, & ad quintum transmutetur: nam morbus, qui tam subito crisim habet, omninò peracutus est: in omnibus autem morbis peracutis, necessarium est, febres vel synochos esse, vel continuas quidem, sed quæ per tertium exacerbantur: synochi quidem rarò eueniunt, & vbi nullus est error, in quarto finiuntur per crisim, natura proprijs circuitibus ad crisim perueniente.

Gal. lib. 1. *de crisib. cap.* 3. *in prinoipio.* Num quid igitur morbus augeatur, non ex eo tantum coniectari oportet, quo accessiones anticipent, sed etiam earum longitudinem oportet annotare, & magnitudinem quoque, ac morem, qui cum symptomatibus, si contingat, vel sine his euenit, sicut etiam in intermissione, & declinatione, hæc eadem existimo

consi-

consideranda ; voco autem intermissionem, quando febris in quietem desierit .

Hippoc. lib. 1. *epid.* 3 *tex.* 13. quæ diebus paribus accidunt, paribus iudicantur : quorum verò sunt in imparibus accessiones , imparibus iudicantur .

Gal. in comm. Sæpius diximus; fieri in accessionibus iuditia , tum quod in ijs humores vehementer mouentur,& veluti ebullientibus erumpunt sanguinis profluuio, vel vomitu, vel deiectionibus, vel hæmorrhoidibus, vel menstruo mulieribus: tum propterea quod per id tẽpus ad excernenda illa impellatur natura : simul quod grauata, & afflicta ad excernendum irritetur : quod simul magis fusis, & discretio noxiorum humorum promptior , & iuditium fiat procliuius .

Hipp. lib. 1. *epid. tex.* 14. est autem primus decretorius circuituum , qui diebus paribus iudicant : quartus , sextus , octauus, decimus, 14. 28. 30. 48. 60. 80. & 100. circuituum verò , qui iudicant imparibus diebus, primus, tertius, quintus, septimus , nonus , vndecimus , decimus septimus , trigesimus primus .

Gal. in comm. Ostendimus verò in lucubratione de diebus decretorijs , omnium esse decretoriorum validissimos, qui quarto, vel septimo circuitu fiunt : moderatiores his esse, qui intercalantur de quibus , quia probabilem habent generationem, dicamus , in acutis imparibus nihil est erratum ; ex paribus , parum recte dixerunt vigesimum octauum , & decimum, qui nequaquam decretorij sunt .

Lib. 1. *epid. textu* 15 Porrò sciendum est , si alieni iudicentur extra hos perscriptos , significent recidiuas, fore, fiantque exitiales .

Gal. in comm. Prædictos dies benè , & firmiter iudicare , tum iudicatos morbos omninò esse firmos , euadere autem nonnun quam exitiales .

Textu 16. Insuper animaduertendum , quæ sint his

his temporibus futura indicia ad ſalutem, vel ad permit em, aut momenta ad melius, vel peius.

Galenus lib. 1 *de diebus decretorijs cap.* 1. *in principio.* quo ſolutiones morborum, qui paulatim, verum ſubitò finierunt, fidas eſſe cognoſcamus, excretio quędam copioſa, vel abſceſſus inſignis apparebit. nam qui morbi citrà hæc quieſcunt, ac finiuntur, in his recidiua timenda eſt. quarè animum diligenter adhibere conuenit, ęgrumque modis omnibus obſeruare, ne, quæ ijs, qui fideliter ſanati ſunt, vel in cibo, vel in potu, vel balneis, vel motu, vel denique alijs quibuſlibet concedimus, agere ipſum permittamus.

CAPVT XXI.

Criſis non fit nec in duodecimo, nec in decimo ſexto: in quibus diebus criſes fiant: ſeptimus dies eſt primus inter criticos dies tempora diſſoluunt morbos: morbi acuti in diebus quatuordecim finiuntur: qui ſint dies iudicatorij, & medicatiui: ſudores boni quibus diebus eueniant: ſi corpus breui tempore extenuatur, breui eſt reſtaurandum, ſi longo, lentè: quando medicus in principio bonam regulam inſtituat, licet non bene ſucceſſerit, non tamen eſt ad aliud tranſeundum: ſi à morbo citius non proficiat, vel corpus plùs æquò oneratur: vel purgatione indiget: corpora impura à cibo lædantur.

GAlenus *lib.* 1 *de diebus decret. cap.* 2. Tot ſunt iudiciorum differentiæ, tot etiam dierum decretoriorum. in duodecimo enim, & decimo ſexto nullum vnquam iudicatum vidi. in ſeptimo, ne vel numerare omnes ad huc poſſum. in ſexto iudicantur, ſed difficilibus ſymptomatibus, & periculo

culo non mediocri, & ad hæc absque fide, in perfectè, obscure, sine notis, & ad malum.

Cum igitur non solum mihi tot annis obseruanti huiusmodi quædam dierum differentia, sed Archigenis etiam imitatoribus in artis operibus diligenter admodum versatis inuenta sit. &c. nam quod tot annis septimum iudicantem subindè simul, & absolutè, fideliter, tutò, manifestè, conspicue, & salubriter: sextum è contrariò viderim, non paruum hoc discrimen ostendit: porrò, quod ego quidem numquam duodecimum viderim iudicantem, alius autem quispiam rarò simul, & imperfectè, infirmiter, cum periculo, obscure, sine signis, & malè: neque hoc exiguam dierum differentiam indicat.

Lib. 1. de dieb. decret. cap. 4. Primum itaque omnium dierum decretorium septimum dicimus, non numero videlicet, & ordine primum, sed potentia, & dignitate: omnes enim summatim decretoriorum notas occupat: etenim plurimos iudicat, & absolute, item cum manifesta excretione, vel abscessu, sine periculo vehementi, & vt plurimum quartus eum prænunciat: nam si vrinæ in illo plane, vel sputi, vel deiectionis, vel appetitus, vel mentis, vel sensus, vel alterius cuiusdam similis manifesta contingit mutatio similis in septimo iudicatio sequitur, plerumque igitur bona iuditia euenium in die septimo: etenim ei, præter cœteros accedit, quamquam nonnulli etiam in eo moriantur, & euidenti conuersione ad peiora pergentes, in sequenti quodam decretorio intereunt. Sextum autem diem quanto pauciores in eo iudicantur, quam in Septimo, tanto quoque maligniorem inuenio, vt qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit: etenim qui in quarto ad peiorem statum recidunt, plerique sexto moriuntur, è contrariò rursus, si bona conuersio contingat, septimum expectabis.

Lib. 3. de dieb. decret. cap. 7. ea est proportio iu-

ditii

ditij in morbis acutis est septima: ita in diuturnis clarissimorum syderum exortus: quorum ratione Ver, æstas, hyems, & autumnus describuntur. non etenim pari dierum numero hæc secundum illius Astronomi sententiam diuisa sunt, verum manifestis circumflui aeris mutationibus distinguuntur: rursus, & alio modo: quemadmodum septimana acutorum morborum decretoria est, sic temporis anni mutatio diuturnos morbos discutit: vt hyeme quidem const tutum morbum, ver dissoluat: in vere conflatum æstas: simili ratione per æstatem contractum autumnus: in hoc paratum hyems: cæterum anni tempora singulis partibus bifariam diuisis, mensis quaternionibus proportione respondent, quin Astrologis etiam dicitur, quem in modum anni temporis cuiusque, & initium, & finis syderum manifestorum ortu, & occasu distribuitur, in eumdem quoque cuiusque medietas, alterius rursus syderis exortu distinguitur: itaque vniuersas particulares morborum mutationes, vel tamquam ad proprium ipsorum principium, vel ambientis nos aeris conuersionem euenire necesse est. qui igitur ex proprio principio mutantur, lunam sequuntur, qui verò ab aere nos ambiente immutantur, in toto quidem anno solem, in singulis mensibus lunam: hinc iam accidit, mutationes validissimas esse, quæ, videlicet cuique per septenos dies propriè contingunt: quamuis etiam ipsis quodammodo commiscentur, quas aer excitat. quarè merito inde quod semper eodem modo accidant, in id, vt in plurimis morbis fiunt, decidunt. adhuc autem magis accessionum violentia crises ante tempus inuadere compellens, ipsarum ordinem perturbat. ad hæc varia Ægrorum in se peccata medicorum, si medici appellandi sunt, non artis corruptores, qui hoc sæculo per multi sunt, neo minus illa, quæ Ægris propter ministe-

rium non ritè ministratum, & illa, quæ extrinsecus accidunt nonnumquam septimanorum circuituum virtutem mirari conuenit si tot causis eos imminentibus, multò tamen alijs fortiores inueniuntur: in acutis quidem morbis concidentes decretorij plures sunt, quoniam, & corpus mutationi accommodum in motu, & perturbatione vehementi constitutum est: in longioribus via, & ordine magis septimanarum ciruitus procedit.

Hippoc. lib. 2. *apho.* 23. acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. *Ita lib. de iudicat.*

Gal in comm Non absque ratione igitur in pauco tempore, & magnas faciunt permutationes quod idem est, quod iudicari. &c. terminum igitur hisce omnibus Hippocrates posuit duas septimanas, tamquam nullus eorum vlterius progrediatur, verum ante quartum decimum diem multi possunt iudicari: etenim vndecimus, nonus, septimus, & quintus multos visi sunt iudicasse in libris epidemiorum: iudicat autem sextus nonnullos, sed non benè, sicut in libris de diebus decretorijs ostendimus.

Hippo: lib. 2. *Apho.* 24. Septenorum quartus est idex, alterius septimanæ octauus principium: est autem & vndecimus contemplabilis: ipse enim quartus est secundæ septimanæ: rursus verò & decimus septimus contemplabilis, ipse siquidem quartus est à quarto decimo, septimus verò ab vndecimo.

Gal. in comm. Febres iudicantur in eisdem numero diebus, in quibus etiam homines liberantur, & pereunt. nam mitissimæ febres, quæ tutissimis signis incedunt, quarto die finiuntur, vel anteà: malignissimæ autem, & grauissima signa præseferentes quarto die interimunt, aut prius: primus igitur earum insultus ita terminatur: secundus verò ad septimum ducitur: tertius ad vndecimum: quartus ad quartum decimum: quintus ad decimum septimum:

Sextus

Sextus ad vigesimum. hi igitur per quatuor ex actis ad vigesimum ex adiectione finiunt : hæc verba ostendunt manifestè, quod tertiam septimanam per continuitatem secundæ annumerat, & quod decimum septimum indicem facit vigesimæ.

Hippoc lib. de iudicat. in febre continente, qui quarto, & septimo die laborat, neque vndecimo die iudicationem habuerit, is plerunque pernitiosè habet.

Hippoc. lib. de iudicat. Sudores febricitanti, si tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimo quarto, vigesimo primo, & trigesimo die contingunt : huiusmodi sudores morbos iudicant, qui verò non sic contingunt, labores portendunt.

Hippoc lib. 4. apho. 36. Sudores febricitanti, si in cœperint, boni & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & decimo quarto, & decimo septimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo quarto : hi enim sudores iudicant morbos, qui verò non ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam.

Gal. in comm. Non sudores tantum, sed & alui excrementa effatu digna, & vrinæ multæ, & iuxtà aurem abscessus, vel aliquem alium articulum in dictis diebus optimè apparent. &c. quod verò non omnis numerus dierum sit ad iudicandum idoneus, experientia manifestè demonstrat.

Hippoc. lib. 2. apho 7. Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lentè reficere oportet : quæ verò breui, breuiter.

Gal. in comm quæ enim pauco tempore extenuata sunt corpora, ob humorum, & spirituum euacuationem, non ex solidorum colliquatione id perpessa sunt : qui verò longo tempore extenuati sunt, ipsis carnes liquescunt, graciles etiam euadunt aliæ partes, per quas concoctio in animalibus, & distributio, & sanguificatio, atque mutatio perficitur :

quarè tantum non poterit concoqui alimentum, quanto indiget corpus: quam ob causam talia corpora longiori tempore reficere oportet, atque tenuiter, quod lentè nominauit. in quibus autem soli humores, & spiritus sunt euacuati, in ijs celeriter, ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur.

Hippoc lib. 2. apho. 52. omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem: non est ad aliud transeundum, stante eo, quod à principio visum est.

Gal in comm. Non parua est opus scientiæ, non transire ab ijs, quæ rectè visa sunt, si non dum manifesta appareat vtilitas ex ijs, quæ ità facta sunt, sequi. quemadmodũ enim gutta subiectam petram percutiente, vix longo tempore sensibilis passio in lapide manifestatur: sic acccidit etiam in crudis, & quæ difficulter concoqui possunt, dispositionibus, in quibus, qui recta ratione inuenerit id, quod conducit: non discedit ab illo, quod primò faciendum existimauit, etiam si nihil appareat manifestum ex illius vsu subsecutum.

Hippoc. lib. 2. apho. 8. si quis à morbo cibum assumens vires non recipiat, pluri alimento corpus vti significatur, quod si non assumenti cibum hoc idem accidat, euacuatione indigere, sciendum.

Gal. in comm. Consuetum est enim nobis dicere non assumere cibum illos, qui sine appetitu sunt, assumere autem eos, qui appetunt, ac comedunt vsque ad satietatem: cuicumque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes non possunt robur sanitatis recuperare, grauantur potiùs, non ab eo nutriuntur: qui verò neque quod satis est, possunt assumere, vitiosos humores habent quos, nisi euacuarint, fieri non potest, vt robur sanitatis recuperent. Non quæ ingeruntur, sed quæ con-

concoquuntur nutriunt : dicunt medici .

Llb. 2. aph. 31. Eius, qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malum .

Gal. in comm. Euenit profectò , vt corpus non benè alatur , atque proficiat , interdum quidem ex potentiæ, quæ ipsum nutrit imbecillitate, nonnumquam etiam ex malorum humorum abundantia.

Lib. 2. apho 17. Vbi alimentum præter naturam plus ingestum est, id morbum facit, quod indicat sanatio .

Lib. 2. apho. 10. Impura corpora quantò plus nutries, tantò magis lœdes .

Gal in comm. Corrumpitur enim adueniens alimentum vnà cum ijs vitiosis humoribus, qui iam in corpore præexistunt, ita vt ipsorum quidem quantitas augeatur, qualitas verò seruetur . hoc præcipuè fit, quando ventriculus quibusdam vitiosis humoribus plenus extiterit, ob quos, & casus paulò antè dictus ex morbo conualescentibus accidit , non posse videlicet cibum assumere .

Hippoc lib. 7. apho. 64. & quibus deiectiones si stare permiseris , & non moueris, veluti strigmenta, subsistunt, & si pauca, pauens est morbus, & si multa, multus : ijs confert alui purgatio : quod si aluo non purgata, dederis sorbitiones, quantò plures dederis, tantò magis nocebis .

Lib 7. aph. 62. si quis cibum febricitantibus dederit, quem sano exhibere solet, sano robur , laboranti morbus .

Lib. 2. apho. 51. Plurimum, atque repetè euacuare, vel replere , calefacere, vel refrigerare siue alio quouis modo corpus mouere , periculosum : omne siquidem nimium est naturæ inimicum , paulatim verò quod fit, tutum est, tum alias, tum cum ab altero ad alterum facienda est mutatio .

Hipp lib. de iudicat. quę eodem cõcedunt, si cõsistere permiseris veluti ramenta subsident , si paru-

paruus est morbus, si multum, magnus: his aluum subluere confert.

Hippoc lib. de coacis prænot 127. qui ex longa valetudine se se recolligentes cibum benè sumunt, ac nihil proficiunt, ij maligne relabuntur.

Ad instituendam perfectam victus formam in morbis debent respici vires. & morbi, & particulares accessiones: non potest proba victus ratio institui sine status morbi & crisis præsagio: de regula in medicando & rationem victus instituendo in morbis secundum propria tempora & in febribus, quæ sunt sine particulari accessione, tempus dandi, vbi sit hora magis quieta, & hora consueta comedendi in sanitate, & consuetudo.

Galenus lib. 1. *apho. comm.* 12. Cum igitur tres sint intentiones ad perfectam, & absolutam victus rationem in morbis instituendam: prima quæ ex viribus ægrotantis: secunda ex morbi constitutione: tertia præter has ex particularibus accessionibus sumuntur. vires quidem sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest ex pulsibus scilicet, & alijs, vt in prognost: dictum latius est.

Gal. lib. 1. *ad Glauc cap* 8 Quare ab initio statim ad vniuersum ęgritudinis tempus inspicientes, rationem victus instituemus. nam ęgritudinibus, quę acutæ sunt, ac celeriter ad statum veniunt, & si valdè tenuem victum exhibueris, haud magnum afferes detrimentum: quæ verò sunt diuturniores, nisi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimes: aut intempestiuè victus modum commutabis: neque enim oportet, statu aduentante, grandiorem, quam prius cibum offerre, sed contra potius tenuissimum reseruare. hoc igi-

igitur in omnibus febribus commune præceptum. sed oportet prætereà, quę singulis febribus intermittentibus propria sunt, considerare.

Hippoc. lib 1. *apho.* 15. Ventres hyeme, & Vere natura calidissimi, & somni longissimi, quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda: etenim tunc calor innatus copiosior est, vndè & pluribus egent alimentis: indicio sunt ætates, & athletæ.

Gal. in comm Non parum etiam tempora anni conducunt ad victus rationem ii ueniendam. nam hyberno tempore plus appetunt homines,& cibum facilius concoquunt: contrà in æstate: cuius rei causam ipse Hippocrates reddit, inquiens, ventres hyeme,& vere natura calidissimos esse. &c.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 1 cap. 3. de horis feb. Et cognitio quidem horarum in ordinibus suis, & chronicarum est innatiua in regimine cibi ęgri.

Gal. lib. 1. de dieb. decret. cap. 13. quod est vltimum. Victus proba ratio sine status morbi,& crisis pręsagio institui non potest. Verba: tantum autem ex hac prænotione ad probam victus rationem præcipiendam acquires, quod cognosces scilicet tãtum alin cuti modo conuenire,quantũ statu post futuro.

Hippoc. lib 1. *apho.* 7 Vbi igitur morbus peracutus est,extremos statim labores habet, & extremè tenuissimo victu vtendum est: vbi verò non est, sed plenicrem victum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum est,quantum morbus extremis fuerit remissior.

Gal. in comm. Accedit ad hęc, quod melius est, naturam permittere vacare circà morbi coctionem, morbo in sui vigore consistente: quam ipsam distrahere, & occupare ad cibos recenter assumptos conficiendos: his rationibus itaque, cum morbus consistit, victu tenuissimo oportet vti.

Lib. 1. *apho.* 8. Quando morbus in ſuo vigore eſt, tunc victu tenuiſsimo eſt vtendum.

Gal. in comm Docet autem nos vtcumque ſcribatur vnum, & idem theorema, Antiquo magiſtro præcipiente, vt cum morbus in ſuo vigore conſiſtit, victu tenuiſsimo vtamur, tum propter caſuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem: neque enim diſtrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbum facientium coctioni forte vacet, & haud ità multo poſt ipſos ſit cuictura: ſic enim à nobis oſtenſum eſt in libris de criſibus.

Lib. 1. *apho.* 9. coniectari oportet, an Æger cum tali victu ſufficiat perdurare, donec morbus cõſiſtat, & nũquid prius ille deficiat, nec poſſit cũ victu perdurare, vel morbus anteà deficiat, atque hebeteſcat.

Gal. in comm. eſt autem intentio huius aphoriſmi dirigere victum ratione virium ęgrotantis, quarum gratia nutrimus. neque enim morbi cauſa. cum enim vis ità robuſta fuerit, vt ſperemus, ipſam poſſe perdurare totum tempus intermedium vſque ad ſummum morbi vigorem, cum tali victus forma, tunc exquiſitam habebimus declinationis, quam diximus, quantitatem: quod ſi imbecillior extiterit, adijciendum eſt aliquid victui, & plenior eſt adhibendus tantò, quantum virium imbecillitas expoſtulat: quo circà aliquando in ipſo morbi vigore, vbi caſus aliquis interuenerit robur naturæ diſſoluens, nutrire cogimur. eſt autem hic quoque ſermo pars totius offerendi alimenti rationis.

Lib. 1. *apho.* 10. Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, ijs etiam ſtatim tenuis victus adhibendus eſt, quibus verò poſterius debet conſiſtere, ijs, & ipſo conſiſtendi tempore, & parum antè illud cibus ſubtrahendus: prius verò pleniùs victus adhibendus eſt, vt Æger ſufficiat.

Lib.

Lib. 1 *apho.* 11. In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare nocuum eſt: & in quibus per circuitus fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet.

Gal. in comm. Totius quidem victus formam in vno quoque morbo à duabus intentionibus ſumendam eſſe iuſſit: ex totius ſcilicet morbi futuro vigore, & viribus Ægrotantis.

Lib. 1. *apho.* 19. ijs, qui per circuitus acceſſionem habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adiectioni antè iudicationes.

Gal. in comm. Cum igitur tria ſint capita, quibus victus ratio comprehenditur, quantitas ciborum, qualitas, & vtendi modus ad duo quidem priora capita ex acceſſionibus aliquid ſumere poſſumus. &c. nam tempora commoda ciborum particularium, præcipue docent acceſsiones, in morbis tamen, in quibus ordinatim obueniunt.

Hippoc. lib. 1. *de rat. vict. morb. acut. tex* 45. Tempus autem dandæ ſorbitionis, tum per initia, tum per omnem morbi decurſum, hoc maximè ſeruare oportet: nam ſi pedes frigidi fuerint à ſorbitione nõ modò, verum quoq; & maximè à potu temperãdum: at cum caliditas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit: ſanè tempus valere admodum putandum, cum in morbis omnibus, tum præcipuè in acutis, & potiſsimum quibus febris vehementior ſubierit, periculumque ſummum.

Gal. in comm. quantum ſiquidem ex primo virtutis ſcopo eſt intendendum, & per acceſsionum initia alimoniæ exiſtit neceſsitas, ſicut & in ſanis, vbi primum in naturalibus euacuationibus quis eo deuenerit, vt propè laborare incipiat, refocillare eſt ſibi opus: ſed quoniã in acceſsionum, tùm principijs, tũ incrementis ingeſta alimonia lœdere admodum nata eſt, ob id differimus ipſius exhibitionẽ, quam quã corpus ipſum iam iam indigere videatur: quod nã

igitur optimu n languentibus ipſis dandę alimonię tempus ? ſanè cum moderatiſsimè habuerint tum thorax : tum venter : deterrimum verò cum ea deterrimè habuerint : deterrimè autem habent in accesſionum principijs, moderatiſsimè verò in declinationibus . conſtat igitur, optimum cibi miniſtrandi tempus n egrotantium declinationibus eſſe : acceſsionis autem principium fit , calore omni toto corpore ad cor, thoracemque concurrente: incrementum , cu n paulatim ad extremas corporis partes ſe ſe expand t : ſtatus, cum ex aequo corpus totum occupat : verum declinatio contrarium principio modum habet, perſpirante ſcilicet caliditate, atque medium corporis relinquente, quod vno oſtendit verbo , inq iens : cum ad pedes calor deſcenderit .

Auic. lib. 4. *f* 1. *t.* 2. *cap* 7. & prouide, ne Æger occurrat paroxiſmo, niſi ventrem habeat vacuum . &c.

Gal. lib. ij. meth. med. cap. 5. A Viribus? quoniam has cibi, potiones, & ſpiritus certa menſura, & àpta qualitate exhibita ſeruabunt , inuentus autem eſt quantitatis eorum modus ex virium ſubſtantia : qualitatis verò à te nperamento: nimirum eſtimari debebit, quemadmodum vires, quę corpus regunt , in his ſe habeant : quippe, ſi valentes ſint, audacter vacu ntibus preſidijs vteris : hęc autem ab affectu morbi fuere accepta : ſin infirmiores ſint redditæ , vacuantia remedia cautiùs adminiſtrabis : ſed & nutri.enti modus hinc tibi eſt deſumendus : quippe cum vires leg timum robur ſuu n habent , & morbi ſummus vigor breui futurus expectatur , tenuiſsimo victu licet vti : cùm ſint infirmiores, non licet ſine graui noxa, ſed adijcere ad nutrimenta minutum oportet, quanęum eſt de robore virium imminutum : atque ex his ſcopis accipiendus eſt nutrimenti modus : qualitas verò ex morbi affectu

vnà

vna cum solidorum corporum, quod tum est, naturali temperamento: ab affectu, si is est obstructio, quam extenuet: à naturali, ipsorum tempetie vna cum consuetudine, prout etiam prius est diffinitum: tempus vero nutriendi, quod quidem ad reliquas spectat febres, quę ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. quę verò vnicam tantum à principio ad finem accessionem habent, in his facilis toleratio, & consuetudo spectari debebunt, quando cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius, quam in cœteris morborum tolerant, eoque potissimum dici tempore, quo prius in sanitate cibari erant assueti. etenim facillimè cibum ferent, si ex his consuetudinibus assument. *Ita Aetius sermone 5. cap. 73.*

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2 cap. 6. & quandóque accidit frigus, & rigor propter submersionem caloris in corpore causa cibi, & quæ sunt ei similia: & rigor, & frigus antecedunt febres, quoniam. &c.

Et idem Auic. lib. 4. f 1 t. 2. cap. 7. Cum ergo exerces euacuationem, tunc considera horam interpolationis, aut horam ipsius temporis, aut frigidiorem horam, quæ est in die.

Et non euacues perfluxum ventris in die periodi, neque phlebotomes.

Et non moueas in die paroxismi aliquid possibile est tibi, neque cures febrem.

Gal. lib. 2. meth med. cap. 21. Siquidem, vbi vel iecur, vel ventriculum phlegmone præhendit, pernitiosissimum est ante accessionem cibare.

Hippoc lib. 1. epid. 3. Aegroto 4. tex. 21. Gal. super hoc comm. Rigor, acuta febris, sitis, biliosus affluxus, delirium, vigiliæ; biliosi sunt humoris indicia abundantis: at vero conuulsiones, & palpitationes, & similis vrina iumentorum, crudi ea sunt, & crassi species. itaque morbi sunt pessimi, in quibus vtrique memorati succi abundant, quibus succedere

demonſtrauimus febrem ſemitertianam. hæc igitur periculoſam ægritudinem mulieri concitant.

Hippoc. lib 1 *in* 3 *epid. agroto* 12. *tex.* 29. quidam caleſcens cænauit, & potauit largius, vomuit cuncta, nocte febris acuta, hypochondrij dextri dolor, ſub mollis in partibus externis inflammatio nocte moleſtè tranſegit: vrinæ primò rubræ, craſſæ, depoſitæ non conſiſtebant, lingua per arida, non perindè erat ſitibundus: quarto die febris acuta, vndique eum affligebat dolor: quinto minxit leue, oleoſum multum, febris acuta; ſexto veſperi multum deliranit, nec nocte dormiuit: ſeptimo omnia irritata ſunt, vrinæ ſimiles, multum loquebatur, ſibi imperare non potuit: aluus irritata, liquida, turbida cum lumbricis excreuit: noctem laborioſam habuit: mane riguit, febris acuta, ſudauit multum, febre carere viſus eſt, non multum dormiuit a ſomno frixit, ſpuit: Veſperi multum delirauit, non multo poſt vomuit nigra, pauca, bilioſa: die nono frigebat, magnopere delirabat, ſomnum non cœpit: decimo crura doluerunt, omnia ex arcerbata ſunt, deliuauit: vndecimo defunctus eſt.

Gal in comm. Hæc nos docet hiſtoria, operæ precium eſſe attendere, vt primum inuadunt morbi, & non temerè, & citrà iudicium cibum exhibere, etiam ſi parui videantur morbi. hic namque vir, quia intempeſtiuè cænauit in initio febris, quæ parua eſſe videretur læſus ſanè etiam eſt. quod intempeſtiue cibum ſumpſiſſet, & largius etiam, inquit, potauit, neſcius magni eſſe initium morbi. non iniuriâ igitur hæc vomuit, febriſque vna cum ſymptomatibus non lenibus aucta innaſcerit, ſed intolerabilibus, tum vrinæ craſſæ ſubſidentes die quinto conſpicuum erat, illi inſtare mortem præter prædicta ſymptomata, redditis vrinis oloeſis, quas etiam die ſeptimo excretas dixit: perijt autem & hic die decretorio vndecimo.

Et lib. 1 *in* 2. *epid. tex.* 79. Philonis filia post crisim, quia intempestiuè cænata est: defuncta est.

CAPVT XXIII.

Inedia quantum prodest ad concoctionem morbi, tantum & magis viribus obest. in morbis nutritur ratione virium. in morbis breuibus tenuis victus ratio instituitur: de periculo tenuis victus in morbis.

Galenus lib. 1. *ad. Glauc. cap* 10. Quoniam inediæ quidem quantum prosunt ad morbi concoctionem, tantum, vel etiam amplius officiunt viribus: cibi verò quantum Ægroti robur adaugent, tantum coctiones impediunt. sed & id quoque noscere opus est, ad quantam magnitudinem perueniat morbus, ac quantæ sint ægroti vires, vt ad ea, quæ maius auxilium exposcunt inspiciens: inedia quidem in validioribus audactius vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori autem cibo, vbi vires sunt debiliores, neque morbus admodum concoqui consumax: hæc quidem, & in omnibus alijs morbis considerare oportet.

Auicennas lib. 4. *fen.* 2. *cap.* 8. *de cibat. feb. in gene*: & scias, quod si non esset illud, quod pertinet virtuti, esset magis necessarium, vt subtiliaretur cibus vltima subtiliatione: sed si virtus non suffert illud, & deficit non valet curatio.

Curans enim, sicut sciuisti, est virtus, non medicus, quoniam medicus facit peruenire instrumenta ad virtutem, & cum intellexeris hoc, tunc oportebit, vt consideres: nam si ægritudo fuerit valdè acuta, & illud est, vt sit status eius propinquus, & existimaueris, quod virtus non deficiet, in hoc

tem-

tempore, quod est inter principium eius vsque ad statum, alleuiabis occupationem à virtute, & incitabis eam super materiam, & non facias, eam occupari à cibo spisso : immo subtilia regimen statim cum dimissione cibi omnino, & propriè in die crisis & si videris ægritudinem acutam non valdè, immo acutam absolutè, tunc oportebit, vt subtilies regimen, non in vltimo, nisi apud statum in die crisis propriè; nisi propter causam maximam. & si videris ægritudinem chronicam, aut propinquam chornicæ; non subtiles regimen : virtus enim non saluabitur vsque ad statum subtiliatione regiminis. verùm est tibi necessarium cum hoc in omnibus speciebus, vt sit principium tui regiminis perueniens ad statum subtilius, & gradatim procedens in eo, quod est inter illa : ità vt virtus sit conseruatiua vsque propè statum, tunc enim intende super materiam, & si non sis occupatus in alio.

Gal. lib. 1. *acut. super tex.* 44. Si igitur morbosam affectionem nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes Ægros vt sanos alèremus : sed quoniam sæpius noxam, vti diximus, affert, ob id morbi affectionem, non tamquam cibi indicatricem, sed tamquam prohibitricem contemplamur. vbi ergo non prohibuerit, facultasque præceperit, tunc nutrimus ; numquam enim cibus morbosam affectionem sua ratione iuuabit.

Gal. lib. 1. *ad Glauc. cap.* 3. qui ex lassitudinibus febricitant, præcipiendum est, vt cibos assumant coctu faciles, ac cruditatem præcipuè deuitent. sed vt vinum potare, quantum possunt conficere sunt permittendi : mensuræ autem ratio, quemadmodum in alijs omnibus, ex vitibus, & ætate Ægrotantis sumitur, nec non ex naturali temperatura, & præterea ex consuetudine, & ex anni tempore, & regione, atque alijs huiusmodi. &c.

Gal.

Gal. lib 1. *ad Glauc. cap.* 8. Nam ægritudinibus, quæ acutæ sunt, ac celeriter ad statum veniunt, & si valdè tenuem victum exhibueris, haud magnum affectus detrimentum: quæ verò sunt diuturniores, nisi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimes, aut intempestiuè victus formam mutabis. neque enim oportet, statu aduentante, grandiorem, quàm prius cibum offerre, sed contra, potius tenuissimum victum, qui in toto morbo exhibeatur, ad statum reseruare. hoc igitor in omnibus febribus commune præceptum. sed oportet præterea, quæ singulis febribus intermittentibus propria sunt, considerare.

Gal. lib. 2. *ad Glauc. cap.* 2. *in principio*. In principijs inflammationum oportet principia curationum optima fieri; nam quæ in ipsis errata contingunt, difficulter sanabiles, aut omnino insanabiles faciunt dispositiones; sunt autem hæc duo errata maxima, si nulla de toto corpore prouidentia habeatur, & si calefiat, & humectetur membrum.

Hippoc. lib. 1. *apho.* 4 Victus tenuis, & exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis verò, in quibus non conuenit, periculosus, & rursus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est: nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.

Lib. 1. *apho.* 5. in tenui victu Ægri delinquunt, quo fit vt magis lædantur: quicumque enim error committitur, maior in hoc fit, quam in paulò pleniori victu; propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis, & constitutus; & exquisitus, eo, qui sit paulo plenior, magis periculosior.

Lib 1. *apho.* 17 & quibus semel, aut bis, & quibus plura, vel pauciora, aut per partes alere oportet, considerandum, condonandum autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini.

Gal. in comm. Neque enim sufficit hoc solum

co-

cognoscere, quod huic plus, vel minus sit offerendum, vel quod victu exiccante, vel humectante vtendum sit; sed num quid semel, an sæpius qualibet die vel nocte cibum offerre oporteat, maxime necessarium est considerare; & ad hęc ipsa ab anni tempore, ab ætate, a consuetudine sumere indicationem: sicuti in quantitate, & qualitate sumebatur. nã ad hæc primæ erant intentiones, & morbi ipsi, & vires ægrotantis, & prætereà æstas, & anni tempus, & consuetudo, & quęcumq; his sunt proportionalia, nã si sæpius, aut rarò, siue omnino nutrire oporteat, ab ęgritudine, & viribus primum, & maximè accipitur; post hæc autem, & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. si enim vires laborãtis debiles fuerint, & ea, quæ in corpore est dispositio sit ex corruptione humorũ, vel defectu; parum alimenti sępius talibus afferemus; parũ quidem, quia virium imbecillitas non potest totã simul multitudinẽ alimenti sustinere; sępius autẽ, quoniã multis indiget dispositio; defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio verò contẽperamentum: si verò cum viriuм debilitate, neq; defectus aliquis affuerit, neq; corruptio, humores autẽ secundum naturam moderatè se habuerint, vel etiã super abundauerint, his rarò, & pauca afferemus, & multò magis istud agemus, si cum viriũ robore humores superabũdauerint: si verò cũ humorũ defectu vel corruptione vires validę fuerint; tunc multos cibos, atq; multoties ijs, qui ita laborauerint, dabimus, vt potè multos exigẽte dispositione, & natura robusta potente illos superare. si vero accessiones nõ permiserint, neq; multas alimenti offerendi occasiones præstiterint, rarò plura exhibebimus. at si vires validæ fuerint cũ pletorica dispositione, rarò pauca afferemus; nã etsi eum, qui cibũ debet conficere, robustũ habeamus, quia tamen dispositio multis nõ indiget, rationabile est, vt pauca afferamus. sic quidem oportet, & à morbo, & à viribus ęgrotãtis ad ea, quæ

pro-

propoſuimus,ſumere indicationes.à tẽpore autẽ ætate,& cõſuetudine,& alijs,quæ his ſunt proportionalia,hoc modo;ęſtiuo quidẽ tẽpore, quantũ ad tẽporis rationẽ attinet,ſępius pauca dãda ſunt,quoniã & plari egent adiectione,vt qui diſſoluantur,& vires habeãt imbecilles:hiberno verò tẽpore multa quidẽ propter robur viriũ,ſed rarò, quia non valde multa indigent adiectione laborantes, vt quibus nõ multa fiat euacuatio.nam ſanos quidem antea oſtendimus ſufficienter hyeme euacuari,quoniam plus habeant innati caloris.Vere autem medio,atq; adhuc magis æſtati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus.nam tempus id periclitatur,ne proximè accedat ad plethoricam diſpoſitionem propter humorum, qui hiberni temporis frigore concreuere, feſtionem.quemadmodum ergo in plethoricis diſpoſitionibus,ſi vires validæ fuerint,paucum cibum,& ex longo temporis interuallo damus,ſic, & in vere faciendum eſt,preſertim in febricitantibus.Autumnus verò morbis,qui ex corruptione fiunt, aſſimilatur: qua propter qui eo febricitant tempore, continua boni indigẽt adiectione,& ſi vires validę fuerint,ſæpè,& multa dabimus;ſin imbecilles,pauca,& ſępius afferemus:ſimili modo quiſpiam,& ab ætatibus,& à conſuetudine,& à regionibus ſumeret indicationes, ad duas primas redigẽs intẽtiones.ſingula enim,quę diximus,aut fortes, aut debiles vires efficiunt,& corpus reddũt,aut ſuperabundãs bonis humoribus,aut ſufficientibus carens,aut vitio humorũ deprauatum.

CAPVT XXIV.

Afferuntur hiſtoria, & prognoſtica multarum rerum, ac diuerſarum. de morbo regio.

HIppoc. *lib.* 4. *epid.* Purperæ maritus propè fitodocum aurigine conflictatus,ad quem die ſepti-

septimo profectus sum, mortuus est octauo neque vrinam reddens, neque alui excrementa deijciens. præcordia magna, & dura erant,& spiratio crebra:

Lib. de iudicationib. Quibus in molestis febribus septimo, nono, aut decimo quarto die morbi regij oriuntur,bonum est,nisi dextra præcordia obdurnerint,sin minus,res in dubium venit.

Lib. de coacis prænot. 121. morbus regius si antè diem septimum accesserit, malum significat: septimo autem, aut nono, vndecimo ac decimo quarto iudicationem adfert, dum præcordia non induret, quod si secus contingat, res in dubium vertitur.

Hippoc. lib. 4. *aphoris.* 62. Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

Gal. in comm. morbus regius interdum quidem fit iudicatorie, deponētè natura ad totum corpus,& præsertim ad cutem flauam bilem. fit etiam huiusmodi casus, hepate malè affecto; mali autem affectus hepatis,ex quibus morbus regius solet aduenire tres sunt; tumor durus inflammatio, & obstructio; verùm tumor durus; diutinus morbus existit; inflammatio verò & obstructio etiam repentè fieri possunt,ac regij morbi,qui ante septimum accidunt diem,ex aliquo istorum ortum habent; nam citius non potest iudicatorie bilis ad corpus effundi, ante septimum quidem diem morbum regium esse malum,verum existit; non tamen post septimum vacare periculo,est pariter verum.

Lib 4. *apho* 64. quibus in febribus morbus regius septimo vel nono,vel vndecimo,vel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum sit; si verò non, non bonum.

Gal. in comm. Cum enim in hepate expurgatur sanguis,& bilis transferatur ex venis ad meatus bilem recipientes; siue obstructio fuerit in locis, ad-quæ transfertur, siue inflammatio aliqua,vel durus tu-

mor: neceſſarium eſt omnino non expurgari ſanguinem, & vna cum ipſo bilem per totum corpus deferri, hincque morbum regium generari.

Lib 6. apho 42. Morbo regio laborantibus, ſi hepar durum fiat, malum.

Lib. 5. apho 72 vltimo: Qui regio morbo laborant, non admodum ventoſi ſunt. Plantius. aurigino ſi non admodum ventoſi.

Hippoc lib 4. Epid in fine libri. Nicippus per ſomnum veneris imagines habuit: nihilque ei deterius fuit: quod & ipſi ſæpius abſque noxa contigit.

Lib 6. Epid 8. tex 52. Satius in Thaſo nomine Grypalopex cùm vigintiquinque annorum eſſet, ſæpius interdormiendum Seminis profluuium expertus eſt: eique ſemen interdiu frequenter promanabat. Cùm autem trigeſimum annum ferè attigiſſet, tabe correptus, mortuus eſt.

Hippoc. lib. 6. de iudicat morborum reuerſionibus tentantur, quibus citra febrem vehementes vigiliæ, aut turbulenti ſomni adueniunt, aut corporis robur ſoluitur, aut ſingulorum membrorum dolores adſunt, & quibus febres, non accedentibus ſolutionis ſignis, neque diebus decretorijs, quieſcunt.

Hipp. lib. de dieb. iudicatorijs: Maximum igitur in ægris, qui ſuperſtites futuri ſunt, ſignum eſt, ſi febris ardens, cæterique morbi eodem modo præter naturam non fuerint; nihil enim in his, quæ ſunt ſecundum naturam, neque formidandum, neque lethale contingit. Secundum verò, ſi ipſa etiam anni tempeſtas vna cum morbo minime repugnet.

Hippoc lib. 2 Epid. 6. quibus longa vita promittitur, plures dentes habent.

Lib de Coacis prænot. 146. febres, quæ neque diebus criticis, neque poſt apparentes ſolutionis notas demittunt, repetere ſolent.

Lib de coacis præn. 151. profundi ſomni, neq; turbu-

lenti

lenti iudicij firmitatem denuntiant, turbulenti verò nõ sine corporis offensione, instabiles sũt, & infirmi.

Lib. 1. *prorect.* 3. lingua ex resiccatione densa, & aspera phrenitidem portendit.

Lib. 2. *prorrect.* 9. Ab homine moderato ferox, & audax responsum, malum.

Tex. 56. ex hyppochondriorum doloribus obortæ febres malignæ sunt. 8.

Lib. de Coacis prænot. 31. ex præcordiorum, idest hyppochond. dolore obortæ febres malignæ sunt: in his profundus, ac altus sopor pessimus.

Lib de Coacis prænot. 4. ex perfrictione metus, ac animi abiectio prẹter occasionẽ, in cõuulsionẽtẽdit.

Tex. 5. vrinarum ex perfrictione interceptiones pessimæ.

Tex. 6 in rigore familiares nõ agnoscere, malũ, malum quoque eorum, quæ gesta sunt, obliuisci.

Tex. 9. continenter, & assiduè vexans rigor, imbecillo iam corpore, lethale est.

Tex. 20. Qui subinde rigore præhenduntur, & subnoctem aliquãto grauius habent, peruigiles, insomnes, nugantes, ac delirantes, interdũ se se lotio perfundentes, ij in conuulsionem tendunt.

Tex. 33. Febres, quæ proximè ad tertianarũ naturam accedunt, cum incontinenti corporis iactatione, malignæ sunt.

Tex. 49. In prẹcipitibus malis tenues circa caput maximè sudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat: tum verò pernities intenditur, si ista cũ vrinis nigris contigerint, & spiritus magnus, & concitatus adfuerit.

Lib. de Coacis 53. Qui in grauibus malis tenuiter exudant, & quadam corporis incontinentia iactantur, malè habent.

Tex. 54. Qui temerè, ac præter rationem, nulla existente vasorum inanitione, impotentes fiunt; ij malè se habent.

Tex 57.

*Tex.*57. Perpusillæ sanguinis è naribus stillæ damno sunt.

*Tex.*340. In morbis diuturnis paruæ apparentes sanguinis è naribus stillæ pernitiem indicant.

*Tex.*77. Qui in febre assidua voce defecti iacent,& oculis conniuentibus nictantur, hi euadunt quidem, si post sanguinis è naribus fluxum, ac vomitũ ad loquelã, & ad se ipsos redeãt: si verò secus accidat cũ spirandi difficultate,celeriter intereunt.

*Tex.*474. Quibus incogitantibus vrina decidit, ac pudendũ contrahitur, ij desperati sunt.

*Tex.*509. Ex vulnere autem ferè mors contingit, si cui vulneratum fuerit Cerebrum,aut spinalis medulla, aut iecur, aut septum transuersum, vel cor, aut vesica,aut quædam grandis vena: mors quoque subit, si in arteriam, & pulmonem insignes valdæ plagæ inflictæ sint, ita vt percussio pulmone,minor sit, qui per os prodit spiritus, quam qui per vulnus excidit; intereunt verò quibus nerui interiores, siuè tenuis aliquis, siuè crassus vulnus acceperit, si plaga transuersa fuerit, & magna:quod si parua, & recta,nonnulli periculo eximuntur. minimè autem ab his vulneribus mors impendet, quæ in corporis partes,in quibus hæc nõ sunt, aut ab his quàm longissimè absunt,infliguntur:ità *lib.*1. *de morbis*.

Hipp.lib de flatibus At obscurissimos,& difficiles morbos opinio magis,quam ars iudicat, & si in in his plurimum imperitiæ peritia præstat, in quibus sanè hoc præcipuum est, quæ nam sit morborũ causa,& ex quo principio, ac veluti fonte corporis vitia oriantur; qui morbi causã cognouerit,is vtiq; ex his, quæ in corpore insunt, adepta per contraria morborum cognitione, facilè poterit,quæ conferũt offerre: ipsa enim ars medica maximè à natura ineſt, quidquid enim homini molestiam affert, morbus appellatur.

*Hippoc.lib.*2. *de rat.victus*. Nam, quæ vesicam non habent, neque vrinam reddunt,neque saliuam

fun-

fundunt : prorſus ſicca ſunt. Ventris enim caliditate corporis humiditas in caloris alimentum abſumitur, atque idcircò neque vrinam reddunt, neque vrinam fundunt.

Hippoc. lib de inſomnijs. Quæ inſomnia de diurnis actionibus mens humana veſpere ſub noctem in ſomnis offert, & eodem modo reddit, quo per diem in re iuſta, geſta, aut conſulta fuit, quod ea bona & ſanitatem portendere exiſtimanda ſunt; propterea quod animus, neque plenitudine vlla, neque euacuatione, neque alia re quauis extrinſecus ſuccente ſuperatus in diuturnis conſilijs perſeuerat.

At in ſomnia, quæ diurnis actionibus aduerſantur, neque de his inter ſe conuenit, cùm id contingit, perturbationem in corpore denunciant, & vehementes quidem malum vehemens, leuis verò debilius indicat. in ſomnis videre Cœlum, Lunam, Stellas, bonum eſt, & ſanitatem ſignificat.

Hippoc. lib. 1 de morbis, morbi igitur omnes oriũtur partìm quidem ex his, quæ in corpore inſunt pituita, & bile, partìm verò ex his, quæ extrinſecùs obueniunt, laboribus, & vulneribus, quin, & à calido ſupra modum calefaciente, & frigido ſuprà modum refrigerante, & ſicco plùs æquo exiccante, & humido plùs æquo humectante, &c.

Febris ardens, phrenitis, pulmonum inflammatio, angina, vua, lateris dolor citò ad iudicationem perueniunt. Hi autem in alios tranſeunt, morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonum inflammationes, ex pulmonis inflammatione febris ardens non fit. Crebra, & inanis egerendi voluntas in inteſtinorum difficultatem tranſit, & ad inteſtinorũ difficultatem læuitas, ſiuè lienteria conſequitur. Ex inteſtinorum, & pituita alba in aquam intercutem tranſitus fit. & ex pulmonis inflammatione, & morbo laterali in thoracis ſuppurationẽ. Hæc verò mala malis ſuperuenire neceſſe eſt.

Lib.

Lib.7.epid. Æstate magis colera morbus, & febres intermittentes vigent, & quibus horrores succedunt. Hæc interdùm malignæ fiunt, & ad morbos acutos deueniunt.

Hippoc lib de carnibus. Pueri cùm in lucem prodeunt, stercus in intestinis habere prospiciuntur, & simul ac in lucem editi sunt, tùm homines, tùm pecora, id ijs per ventrem secedit. Atqui neque stercus haberet, nisi in vtero sugeret, neque vt primùm puer natus est, vbera sugere nosset, nisi in vtero suxisset.

Lib.de superfœtatione. Dilabitur enim fœtus in vtero quocumque se vertat mulier velut saxum, aut quicquam si mortuus fuerit, & pectinem frigidum mulier habet. Quod si viuat pecten calidus, & totus quidem venter vnà cum reliquo corpore concidit, nihilque in eo absque reliquo corpore dilabitur.

Hippoc. lib 5.epid. Gorgix Vxori in larissa menstruæ purgationes per quatuor annos parcè fluxerunt: grauida reddita, peperit: decimo die à partu febris oritur: pedes intumescebant, & fæmur; tertio, & quarto die sãguinis grumos demittebat: quadragesimo à partu die excidit caro quædam, & Venter cõcidit, & tumores omnes, fluxusque omnis tenuis, & sanguis oleus prodijt, ac conualuit.

Larisæa Mulier prægnans decimo Mense copiosum sanguinem quatuordecim diebus demisit, plurimùm tamen tribus primis diebus antè partum, decimoquarto puer mortuus vtero excidit.

Finis Libri Secundi.

LIBER TERTIVS.

In quo tractatur de ijs, quæ ſpectant ad chirurgiam : ideſt de modo, regula, ordine, & tempore mittendi ſanguinis. De Ventoſis, Hyrundinibus, veſicantibus, & de danda Aqua frigida in febribus : de balneis : de purgatione.

CAPVT PRIMVM.

Dum in Ventriculo, & primis venis recens cruditas adeſt, non eſt auferendus ſanguis : in febre ſynocha detrahitur ſanguis ad animi deliquium, propoſuntur hiſtoriæ : qui ex obſtructione febricitant, nemo in febrem putridam incidit. cui prius ſanguis per venam miſſus eſt : maximæ febrium continentium remedia ſunt detractio ſanguinis, & aquæ frigidæ potio, antè decimum quartum annum non mittitur ſanguis per venam, nec poſt ſeptuagintæ : venæ ſectio nec putredinem, nec obſtructionem tollit.

GAlenus *lib. 4. de ſanit. tuenda cap. 5. in principio*. Quibus in Ventriculo, & primis venis recens cruditas adeſt, phebotomare prohibet Galenus loco ſuprà citato per hæc verba; ſanguinem enim ſæpe bonum è venis euacuat, crudum autem ſuccum ex ventre in venas trahit. At ſi in eodem homine reliqua eadem ſint: cæterum in laſſo corpore ſanguis

bo.

nus exiguus sit, crudi humores plurimi, huic nec sanguis mitrendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omninò motus, aut balneum adhibendum: quippe, incisa vena, bonum sanguinem emittit, malus autem, qui in primis maximè venis circà iecur, & quod mesentereum vocant, colligitur, in totum attrahitur corpus: deiectio verò in talibus, tormina, & rosiones creat, animi deliquia, cum eo, quod notatu dignum quidpiam educit, quando crudi omnes succi, pigri, atque ad motum inepti propter crassitudinem, frigiditatemque sunt: quo fit, vt etiam omnes angustas vias obstruant. per quas id, quod medicamentum deicit, ferri ad aluum debeat: itaque nec ipsi educantur, & alijs sint impedimento. *Ita Galenus lib. 3. in 1. epid. super tex. 2 in casu Pytionis.*

Galenus lib. 9. meth. med. cap. 4. proponit historias duorum iuuenum alterius laborantis febre synocho putrida, alterius sine putredine: quibus ambobus sanguinem misit ad animi deliquium, & sanati sunt. Verba sunt. Ergo qui palestræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima diei cœpisset, postridie cum mane circiter horam diei tertiam vidimus. &c. hic Æger laborabat febre synocho sine putredine. &c. quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec in ipsa caloris qualitate indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimum facto visum est venam incidere, ante quam putredo inciperet: affero itaque ab homine eousque de industria sanguinem, quoad animo linqueretur, maximum planè, vbi valentes vires sint, continentis febris remedium, id quod tum ratione, tum experientia didici: summatim iste Æger in soporem incidit, & sanatus est.

Similiter alteri, qui synocho putrida laborabat

bat misit sanguinem ad animi deliquium; post id, idoneo interposito spatio cibauit. &c. indè sanatus est. siquidem eorum, qui ex sola obstructione febricitarent, nemo in putredinis febrem incidit, cui priùs sanguinem miserat; quem, vbi valida virtus subest, & ætas permittit, vsque ad animi deliquium mittere expedit; vbi horum alterum non satis respondet, tutius est, quantum satis visum fuerit, tantum principio detrahere; quod defuit, iteratione supplere; etenim hoc præsidio omisso, qui ita febricitant, in summum deserimen veniunt, nisi, si eos, vel virium robur, vel largum sanguinis profluuium, vel sudor copiosus ex manifesta pernitie eripiat.

Gal. lib. 9. meth. med. cap. 5. de febre ex stipatis per obstructionem meatibus. Sin ijs putredo aliqua, vel ab initio statim, vel postmodum superueniat, vbi in omnibus venis, ac præcipuè magnis ea consistit, continentes excitari febres: vbi in vnica animalis parte febres, quæ ex certo ambitu accedant. &c. qui ità laborant, si recte curabuntur, ijs sanguinis missio est adhibenda: quando quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tantum caloris congessit, vt indè iam febriciter, ijs tantum sanguinis est detrahendum quantum vires tolerant. pro certo quoque habendum, nisi tijs, qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeatur præsidium, fore vt vel suffocentur, vel certè, syncope præhendi omnino periclitantur, nisi vt dictum est, eos vel virium robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium à morte vindicet. &c. ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet: quo venarum natura & transpirando, ventilandoque naturalem temperiem seruans, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur: quando si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est, ne hi putref-

treſcant. &c. optimum igitur factu eſt (id, quod nos ſemper in re quaque facere vidiſti) ſtatim non numero dierum, ſed vni virium robori in febribus eius generis attentum eſſe: quippè quod ſi ſeruatum eſt, non ſolum ſexto, ſeptimoue, ſed etiam ſequentibus diebus ſanguis eſt mittendus. &c. maxima verò continentium febrium remedia hæc duo ſunt: detractio ſanguinis, & potio frigidæ: verum illa nullo non tempore, modò vires ſuſtineant: hæc cùm & in pulſu, & vrinis concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem eſt maxima: attendenda verò cum venæ ſecandæ indicationibus ſunt, tum quæ eam præcedunt: tum verò, quæ omnia excipiunt; nam ſi præcedat ciborum cruditas, tantotempore differre venæ ſectionem oportet iubebis, quantum ſatisfacere, tum ad eorum coctionem, tum vt excrementa deſcendant, videbitur; ſin ſequetur neceſſariò vacuatio quæpiam, tantum illi de eo, quod ſuperfluum eſt, relinquendum eſt, quantum eſt per eam euacuandum; itaque ſi tempore mittendi ſanguinis menſes moueri contigerit, ſiue etiam hemorrhois ſit reclusa, ſi inſpectus fluentis impetus ſatis fore videbitur, qui ſolus, quod requiris vacuet, naturæ rem omnem permittes, ſin minus, tantum ipſe detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quod poſtulat. veluti autem in his ad ipſam naturalem vacuationem, quæ ſenſu vſurpetur, non leuiter attentum eſſe oportet; ita alibi vel ad naturam ipſam, vel aetatem, vel cœli ſtatum. &c. ad hæc, quibus os ventris, aut amara bili abundat, aut imbecillum, aut ſuprà modum ſenſile; atque hæ quidem indicationes ſunt, quæ ſanguinem detrahendum dehortantur.

Gal. lib. 11. *meth. med. cap.* 14. quippè ſi vires eius, qui ex putredine humorum febricitat, valentes ſint, mittendus ſtatim ſanguis eſt; ſi cruditas ventris non ſit, ſtatim, morbo incipiente, ſin vires in-

firmæ ſint, aut aetas diſſuadet, incidendâ venâ non eſt. &c. At ſi in puerum incidat, qui decimum quartum annum hactenus non attigit, mitti illi ſanguis non debebit, propterea, quod tantillis, cum præſertim calidi, ac humidi ſint, plurimum corporis ſubſtantiæ quotidiè defluat, ac digeratur, ita, quod ex incidenda vena molliendum nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura præſtatur. &c. quin etiam modus vacuandi ſanguinis ex ijſdem indicationibus ſumetur. ſi enim, cui ſanguis mittitur, triginta annorum natus ſit, ſed laxus, & mollis, & p nguis, & albus, ac gracilibus venis, huic, aut planè ſanguinem non mittes, aut parum detrahes. & omninò quidem non mittes in tempore æſtatis, & regione æſtuoſa, & cæli ſtatu calido, ac ſicco. parum detrahes in reliquis, tum anni temporibus, tum regione, tum cœli ſtatu. etenim ſi neque obſtructio ſubeſſet, nec putredo, ſed ſola ſuccorum redundantia, protinus à miſſione ſanguinis, pro naturæ ſuæ ratione ſe haberet. itaque tantum ſuccorum in omni tum corporis temperamento, tum regione, tum anni tempore, tum ſtatu cæli detrahi par erat, quantum ſupra naturalem ſtatum fuerit in auctum.

Verum quoniam nec obſtructio, nec putredo curari per ſanguinis miſſionem poteſt, vt quæ alia remedia deſiderant, reponi ſanguinis aliquid ad curationis ſpatium debebit.

CA-

CAPVT II.

Saluberrimum est in omnibus febribus continentibus sanguinem per venam mittere: in febribus ardentissimis detrahendus est sanguis ad animi defectum, quoniam illicò totum corpus refrigerat, & febrem extinguit: nec puer, nec senex phlebotomantur: magnitudo morbi, & virium robur indicant sanguinem auferendum: alui purgatio excusat à phlebotomia.

GAlenus *lib.* 11. *meth: med. cap.* 15. Saluberrimum autem, vt prædiximus, est in febribus venam incidere, non continentibus modo, verum etiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi præsertim nec aetas, nec vires prohibent. leuata namque; quæ corpus regit natura, exonerataq; eo, quo veluti sarcina premitur, haud ęgrè quod reliquum est, vincet. itaq; proprij muneris haud oblita, & coquet, quod cõcoqui est habile, & excernet, quod potest excerni: eorum enim, quę in medio sunt, corpore prouidentia, vbi detractus sanguis non est, maximum plane est malum, tibi detractus est, non maximum: quamquam sic quoque noxia esse in synochis febribus potest. quippe deusta immodico calore viscera, etiam amplius deuruntur, ac torrentur. ergo huiusmodi prouidentiam illi dum taxat requirent, quibus in vna particula putredo consistit, si tamen hi quoque sanguinem prius miserint.

Gal. lib. 1. *aph. comm.* 23. oportet autem, sicut ipse dixit, viribus integris, atque valentibus, tantam moliri euacuationem, & nos sæpius huiusmodi euacuationes prodesse plurimum experientia didicimus: nam & in ardentissimis febribus, si vsque ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur; plurimis etiã aluus citatur, & sudores ema-

nant,ac quidem eorum ex his ſanitati ſunt reſtituti, alij valdè adiuti vehementiam ægritudinis abſcíderunt. in maximis etiam inflammationibus, & vehementiſſimis doloribus nullum maius noui remedium, quam vſque ad animi defectionem cuare, adhibita diſtinctione an mittere ſanguinem, an purgare oporteat vſque ad animi defectionem.

Hippoc. lib. 4. de rat. victus acut. tex. 19. in acutis morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus videatur, floueritque ægrotantis ætas,& virium robur adfuerit.

Gal in comm. Nunc verò ſummam ipſam in paucos tandem relatam ſcopos audi;ſanguinem etenim primum detrahes, ſi magnus tibi videatur morbus, tali autem remedio vtimur propter veheẽmtes affectus;quod à qualitate deſumitur. Secundus ſanguinis detrahendi ſcopus eſt,ſi æger ætate floruerit;neque enim Puer,neque Senex ſanguinis ſuſtinent detractionem,etiam ſi morbus,quo ipſi laborarint,magnus fuerit. Tertius ſcopus in virium robore conſiſtit,neq;enim in ijs,qui ętate florent,cum languent, perpetuò robur apparet; quam ob rem cauſam quis fortè duo hęc ſola pro ſcopis mittendi ſanguinis ſatis eſſe autumnabit, magnitudinem ſcilicet morbi, & virtutis robur; neque enim Senex, qui annoſus ſit, per ſe, ſed propter virtutis imbecillitatem fert ſanguinis detractionem. At certè Pueri quamquam vitali facultate valeant, tamen neque hi ſanguinis ſuſtinent miſſionem: promptè enim eorum ſubſtantia, tum propter humiditatem: tum propter temperamenti caliditatem euaporat: detractione igitur ſanguinis non egent,qui inſitam, naturalemque habent à temperamento vacuationem:ob eam cauſam ſcoporum ſanguinis detrahẽdi numero non ſatisfacere videntur magnitudo morbi,& virtutis robur:meliuſq;feceris,ſi & florentium

xta-

ætatem adieceris. &c. quo e numero est Menodotus Empiricus in sola plethorica appellata syndrome sanguinis missionem obseruari asseuerans. Nos autem, & ea non existente, venam secamus, cum dolor vehemens hominem statim præhendit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum sit, vel alius quispiam articulus cõtractus, reductusque sit. neque etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictione, & balneis multis, & abstinentia, quæ tribus diebus fiat, ad id, quod naturale est, reuocamus. &c. Verùm, vt nihil desit, adijciam, & eum, qui ab ambiente nos aere desumitur, scopum, cum fuerit abundè calidus, & siccus, ita vt citò ab eo corpus euaporetur: nempè tunc à sanguinis missione abstinemus, & si morbus magnus fuerit, florensque ætate homo.

Gal. lib. 8. meth med. cap. 4. quippe nisi vitiosus succus penitus transpiret, necesse est, putrefiat. ergo vt transpiret maiori iam auxilio opus est, ac siquidem vel puer, vel senex sit sanguinem detrahere non licet. inter has ętates, vbi robur aegro non deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non sint: præstat enim vitiosi succi maiori parte emissa ad detergendas obstructiones accedere.

Cornelius Celsus lib. 2. cap. 10. Firmus puer, robustus Senex, valida mulier grauida tutò phlebotomantur.

Gal lib. 4. meth. med. cap. 6. in principio. Neque hoc dico præterea, quod purgatio vacuatio sit, quam redündantis concursus sanguinis non indicet, sed quod etiam, tametsi redundantis sanguinis concursus non adsit, ad ipsam tamen sanguinis missionem interdum sit confugiendum: quando si valens morbus sit cum virium robore, nemo est, qui sanguinem non mittat, qui vtique in artis operibus sit exercitatus; quippè ipsos Empiricos videmus

cum lapsus ab alto quis sit, aut alias plaga aliqua contusas vehementer corporis partes habuerit, ad sanguinis missionem refugere, quamquam idem homo paulo antè sanus fuerit, prorusque redundantiæ sanguinis expers. ex quo patet, non hoc esse, quod mittendum sanguinem indicet, sed magnitudinem morbi, ac virium robur, exceptis tamen a sermone pueris. &c. sed sicut missio sanguinis, vel propter ipsius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem; ita purgatio, & propter abundantiam alterius cuiuspiam succi, & propter morbi magnitudinem. &c.

Gal. lib. 4. de tuenda sanit. cap. 4. quod si quis vel propter ætatem, vel timiditatem permittere se medico ad sanguinem nullo modo detrahendum nolit, huic deicienda aluus largius est; atque si id quoq. suspectum habet, alia ratione educendum superuacuum est. pone enim talem hominem ex mala victus ratione lassitudine affectum, deinde ex ijs, quas retulimus, notis in venoso vasorum genere apparere subesse illi copiam semicrudorum succorum, in reliquo verò corpore toto multitudinem horum sanè mordacium, quos lassitudo secuta est, acutus præterea illi quodammodo & sanguis esto, maximè ergo (vt dictum est) detrahere primo de sanguine oportet, deinde succum illum educere, qui superare videatur. Non sustinente autem homine sanguinem sibi detrahi, augere deiectionem, si verò neutrum admittat, aliam quampiam rationem iniri, qua maximè, si non breui, at longiori tempore pristinam corporis habitudinem homo recipiat.

Auicennas lib. 3. f. 13 t. 5. cap de cura pleuresis. Solutio ventris omni quidem die semel, aut bis excussat à phlebotomia.

Et li. 4 f. 1. t. 2 cap. 7. Et consilium quidem meum in phlebotomia est, vt dimittatur, quantum possibile

bile est, quod si non est possibile, tunc multiplicatio numeri est melior, quam multiplicatio quantitatis.

CAPVT III.

Traditur generalis regula mittendi sanguinem secundum varias corporis partes.

Tradens Galenus generalem rationem mittendi sanguinem secundum varias corporis partes ità statuit. Partes infrà thoracem positas, vt vesicam, vterum renes, & similia sectione venarum infernarum scilicet, crurum iuuari: suprà verò has partes, sectione venarum brachiorum iuuari.

Gal. lib. 13. meth. med. cap. 11. in quo agit de ratione reuellendi, deriuandi, ac omninò vacuandi inflammatas partes, icoris exemplo. omnium ergo primum ab ijs, quæ retuli in recipiens, an totũ corpus inanitione indigeat considerabis: quod si indigere inueneris, mox Ægri virtutem æstimabis, possit ne semel iustam euacuationem tolerare: virtus verò per ætatem ęstimatur: nam si puer sit sanguinis missionem non fert. &c. ergo pariter, tum reuellendus, tum educendus, qui ad iecur influit sanguis est, interna in dextro cubito insecta vena, propterea, quod è regione, & ampla via cum vena, quæ caua dicitur, societatem habet: hac non apparente, media secanda est: quod si nec ea se ostenderit, reliqua, ac tertia est secanda: modum verò vacuationis, tum redundantiæ modo, tũ reliquarũ, quæ in superioribus diximus inuenies: ætate, natura, tempore anni, regione, consuetudine, tum ante hæc ipsa laborantis virtute: hæ enim in omnibus sunt communia. illud verò, interna ne, an media, an humeralis vena secanda sit, an ea, quæ iuxta

dicolum est, an quæ in poplite, id verò ex laborantis particula indicatur.

Galenus lib. de rigore, tremore, palpitat. & conuulſ. cap. 5. in fine verſus ex Hippoc ita ait. Qui autem viribus humorum copia grauatis tremunt, his vacuationes remedio sunt: quemadmodum & Hippocrates alibi his verbis docet. Estirmagei Ancillæ, cui neque sanguis fluxerat, postquam filium peperisset: os autem vuluæ auersum erat, ac dolor in coxam, & crus pertingebat, ex talo sanguis detractus profuit, & si tremores totum corpus occuparent: sed causam veniendum, & causæ occasionem. mulieris meminit, quod à partu celebri illa secundarum puerperij purgatione vacuata non esset, deinde tremor oboriretur: hanc inquit, sanaui, sanguine ex talo detracto, & si tremores totum corpus occuparent: frigidum enim affectum tremorem esse creditur, sanguinem verò calidum. non igitur ausus fuisset aliquis sanguinem mittere in affectu, qui calefieri desiderat: ego tamen: inquit, ausus sum: & rationem docet: quod igitur infestabat sanguinis copia erat: causa ipsius, vuluæ ad coxas inclinatio, propter quam mulier purgata non erat. sanguis igitur, quem vacuatum esse oportebat, non inanitus, sed in corpore oberrans naturæ pondus erat: vndè tremoris causam intelligens, sanguinis copiam: occasionem verò causæ vuluæ affectum: deinde copia quidem vacuationem indicante: parte affecta locum, per quem vacuare conueniebat: ambo hæc coniungens, sanguinis detractionem ex talo molitus est, hanc quidem, quoniam sanguinem vacuare volebat, ex talo autem, quia vterus affligebatur: quod igitur sanguine abundante venam incidere oportet nemo non nouit, siquidem in venis illè continetur; quod autem vtero affecto, circa talum, aut in poplite diuidere conuenit, nisi prius vena-

rum communiones ex anatome didiceris, haud poteris, id quod dico, assequi. alia enim alij corporis parti vena communicat, oportetque vacuationes semper ex communibus moliri. nam si venas, quæ nihil parti affectæ communicant, incideris, neque affectæ medebitur, & sanam semper offendet. necessarium igitur numquam non videtur, vt his, qui rectè medebitur, causam, ex qua affectus oritur cognoscat.

Gal. lib. 4. de valet. tuenda cap. 4. quibus hæmorrhoides sunt retentæ, si has aperueris: si mulieri menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces, si quibus horum nihil est, si malcolos scalpello incidas. &c.

Gal. lib. de sang. miss. cap. 11. idem me sentire nouistis, & de mulieribus, quibus menstrua restitit purgatio, neque enim profecto proroganda in his euacuatio est, non tamen est necesse illis venam scindere: quippè cum malcolorum scarificationes superfluitati quandoque euacuandæ satis esse queant, quam quam nec desit & aliud quidpiam, quod mensium motum ciere possit, sicut in malcolis, ac poplitibus incisæ venæ. nam plenitudines à suppressis mensibus orras, omninò per crura euacuabis, siuè venam euacuare oporteat, siuè scarificare: sectæ enim in cubito venæ mulierum reuellere purgationem assolent. &c. cæterum non contemnenda venæ sectio est, tam quam non sit auxilium reuulsorium, cum me sæpè numero conspexistis, in validâ sanguinis è naribus eruptione eo vsum, repente fluxionem sedasse. expedit autem, vti vidistis, non eousque sanguinem ducere, dum ad extremum vires ducantur, sed quoad simetrum, moderatumque fit, eductum videatur, prorumpentisque sanguinis impetus, non dum flaccescat, sed validus permaneat: secare in cubito venam, si ex dextra nare

prorumpat sanguis,in brachio dextro,si ex altera,in sinistro : simul aut,cum hoc agis , artubus vincula inijcito,aut ex lana,aut ex canabe,tum hyppochondrio directe supposito cucurbitulam admittito.nam hæc nos faciendo , vt scitis , semper erumpentem è naribus sanguinem compescuimus , cum antea experiundo. &c.

Gal.lib.5.meth.med.cap.3.omnis immodicæ euacuationis communia remedia sunt : deriuatio aduicinia loca,cum id, quod per palatum vacuatur , per nares deriuatur : reuulsio autem ad contraria , cum ad inferna reuellitur . rursus , quod per sedem profluit , per valuam deriuamus , sursum verò reuellimus : ita namque & natura facere solet . Mulieri enim,inquit *Hippoc lib.5. apho.* 32. sanguinem vomenti,menses superuenientes remedio sunt,hac igitur de causa,si vel menses confestim eruperint , vel sanguis ab vtero quoquo modo profluxerit,sursum reuelles , cucurbitam magnam sub mammis daffigens.eandem ob causam,cum è naribus sanguis, id retinent maximæ in præcordijs defixæ cucurbitulę : infigendæ autem sunt, si ex dextra nare profluit,super iecore, sin ex sinistra, super liene : quod si resolutus adhuc æger non sit , etiam vena ex cubito eo incidenda est, qui profusioni è directo respondet : vbi paulum detraxeris,mox vnam horam intermittens, rursus detrahes, post iterum,atque iterum pro laborantis viribus. adhunc modum,& reliquas omnes fluxiones (quippe communis ratio est) tum ad contraria reuocabis,tum per vicina deriuabis .

Hippo. lib. 4. *acut. text.* 24. vēnam igitur brachij dextri internam secare oportet .

Gal. in comm. velocissime , & plurimum ex ijs , quæ principes sunt,partibus,vena ea corpus vacuat, atque ob id .n acutissimis morbis ad eam se se confert .

CA-

CAPVT IIII.

Ante quam hauriatur sanguis, oportet considerare, primò, quæ affectiones requirant: secundo quid sit illud, quod fit per sanguinis detractionem: tertiò quæ corpora innoxiè sanguinis missionem ferant: nec ætate puerili, nec senili est mittendus sanguis, & quæ corporis dispositiones ferant sanguinis missionem: vena sectio conuenit non solum in plenitudine, sed etiam citrà ipsam: sanguis est detrahendus, si morbus est magnus, & floruerit ætas, & non solum vbi est morbus, sed etiam quando imminet: De certis regulis mittendi sanguinem, & non solum in die, verùm quoque in nocte, si si ita oportuerit: quando adest magnitudo morbi, & virium robur, nulla tanta, talisque est crudorum humorum copia, quæ sanguinis missionem prohibere possit, & quod pueris antè annum decimum quartum non mittatur sanguis per venam, & si morbus requirat, & vires sint validæ: in mittendo sanguine est obseruanda rectitudo partis laborantis, & sanguis debet potius partiri per plures vices, quam semel tantum auferri: quæ partes requirant missionem sanguinis per superiores, & quæ per inferiores: incipientibus phlegmonibus oportet auertere, quod influit: in inueteratis verò ab ipsis partibus affectis, vel vicinis euacuare expedit: ad sanguinem mittendum non dierum numerum oportet prospicere, sed solum si morbus requirat, & vires sustineant, etiam si vigesimus dies sit lapsus. Ad mittendum sanguinem paroxismi declinationem oportet expectare: alia vena, ob alias affectas partes est incidenda: de dissectione arteriæ: in frigida, aridaque dispositione non est mittendus sanguis, sed cucurbitula apponenda.

De sanguinis missione ex libro Galeni de curandi ratione per sanguinis missionem.

Gal. lib. de sang. miss cap. 1. Qui de sanguinis e- missione speculantur, vnum sibi, primùmq; proponunt, nempè, vt quæ corporis affectiones euacuatione indigeant, considerant, ac deindè alterum, quæ nam ea, quæ fit sanguinis detractione: nam multi sunt affectus, qui alia quapiam euacuatione quidem indigeant, sed non sanguinis missione: Tertiò, posthæc, vt dijudicet, qui innoxiè hanc ferre euacuationem possint: quippè cum sæpè fiat, vt affectio venæ sectionem desideret, cæterum laborans eam ferre nequeat siuè propter ætatem, siue propter anni tempus, siue propter regionis naturam, siue ob os ventriculi vitiatum.

Lib. de sang. miss cap. 6. Porrò si ætate nec puerili sint, nec senili, desecanda vena consilium inito, præ oculis habens principales hosce scopos, nempè plenitudinis, tùm quantitatem, tùm qualitatem, & virium robur, atque infirmitatem, deinde naturalem totius corporis habitum, tempusque, & regionem, vitamque anteactam, tùm an cibi, potusque copia, & præcipuè affatim nutrientium, & res præter consuetudinem ætas, quosque motus exercuerit, quas excretiones habuerit, aut præter solitum compescuerit: ad omnia autem hæc, nùm gracilior, aut crassior euaserit, sanè vtriusque plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definitur. Quantò enim grauior tibi homo videtur, tantum, & plenitudinem quoad vires creuisse constat: adeundem modum quantum auctus fuerit sensionis sensus, tantùm, & alterum inauctam plenitudinem, &c. fieri enim potest, vt crudus per corpus collectus sit succus, in quo aduertendum diligenter est, quatenus valeat, robustaque sit virtus, & quatenus humor ipse sit frigidus: nam exoluta ob id virtus affo-

affectibus, adhibita sanguinis missione in extremum malum incidere solet, vt nequaquam postea resti-rui possit, quod vbi euenit, periculum non leue consequitur potissimum, si febris accedat statu æstino, stomachoque male affecto, aut toto adeò corpore natura molli, & temperie humido: eiusmodi enim humoribus multa accidunt per habitum digestio, repentinaque syncope, & si febris haud magna inuadat. Si verò horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, regioque frigida, tùm natura quoque hominis frigidior, is peri j sanguins missionem, & totum corpus grauiter refrigeratur, & accidunt nonnulla, quæ ad grauem sequuntur refrigerationem, symptomata. Quocircà, qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione vacuare non conuenit, sed frictionibus, mediocriterque excalfacientibus vnctionibus, tùm poticnibus humorum crassitudinem incidentibus, ac modicè calefacientibus; nam quæ valenter calefaciunt, nimis subitò v res deijciunt, vt ad reliquam curationem non sufficiant; sæpè etiam febrem auxere; itaque & inde viribus noxa obuenit.

Cap. 7: Equidem plures ipse sanaui, qui tribus, quatuoruè annis per interualla pedum laborassent doloribus, exudante humore veris initio expurgatos aut sanguine diminuto.

Cap. 7. Porrò nõ solũ vbi adest plenitudo, siuè ea ad vires sit, siue quoad vasa, prodest venę sectio. Verùm etiam citrà plenitudinem initio phlegmone: quæ autem propter ictum, aut propter dolorem, aut partium debilitatem prouenit: quippè cum dolor ad se sanguinem contrahat, & sæpè partium debilitas phlegmonẽ, absq; quod in corpore plenitudo sit, procreet. Ostensum enim est in 1 b de facult. natural. infirmam partem natura promptè grauari; si vel paulò modo plus accumuletur in ea excrementi, quin etiam, quod pars quælibet cum possidet, sicut familiarũ attractricẽ, ita quoq; alienorũ excretricẽ.

Cap.

Cap. 9. Rectè ergo admonemur ex ijs, quæ ex *libro de rat. vict. acut.* dicta sunt, sanguinem scilicet mittere, si magnus sit morbus, & æger florenti sit ætate, roburque adsit. perperamque Menodotus in sola syndrome plethorica seruari venæ sectionem inquit: contrà enim prorsum sanguinis scopi mittendi, primùm in se plenitudinem non continere, sed fientis passionis suspicionem. nam si eam magnam fore appareat, omninò sanguinem mittemus, etiam si nulla existat plenitudinis nota, tantum inspecta ætate, viribus, & regione. &c. cœterum primi, principesque mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborantis robur, & hanc esse primam, dicendum, syndromem: non plethoricam, in qua seruata sit sanguinis missio; in illa enim & hæc comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinẽ adaugeat: quippe non solum vbi iam adsit morbus grauis sanguinis mittendi tempus est, sed vbi futurum, verisimile est. anteuertit enim Hippocrates doctrina, qua nos docet, quæcumque, morbis præsentibus rectè peraguntur, aut incipientibus, aut imminentibus prætertenda; quarè, & propositos scopos ad sanos transferre licet, siquidem, & his sanguinem mittere expedit, vbi nimirum, magni alicuius morbi metus imminet, ratione habita, & ætatis, & virium, nam si quis, vt magnum incurrat morbum, sit habilis, licet nullum etiam in corpore symptoma acciderit, venam tamen secandam censemus: satis enim est ætatem, & vires inspexisse. itaque tria sunt, quæ agnitionem continent, morbi magnitudo, aut presens, aut imminens: ætas florens, & virium robur.

Cap. 12. Nam, quod semel in ventrem deuoratum est medicamentum, quominus omne deuoratum sit fieri non potest, neque possibile est, vbi plus, quam conueniat, iam purgetur homo, partem oblati auferre, at in sanguinis missione summum id bonũ est,

euacuationem dum voles, posse sistere, ac rursum quo videatur tempore fluere sinere, quousque rectè habere appareat. qua propter præstat, nisi quid vrgeat, priori missione detrahere, iterumque eam repetere, immò, si lubet, & tertiò: vbi ergo multa euacuatione est opus, verum vires sint imbecilles, in his euacuationem partiri èxpedit, vti nimirum & me fecisse vidistis in ijs, in quibus crudorum inerat humorum copia. &c. cæterum vbi feruescentis inest sanguinis plenitudo acutissimam accendens febrem, subitò, ac simul euacuare expedit, eamque inanire tentandum, vel ad animi deliquium vsque, virium modò inspecto robore. itaque memini quibusdam sex detractas protinus cotylas, aut postridiè, aut tertio, quartoue: quibusdam primo etiam die, cum febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridiè comederant, probè fuissent concocta, nonnullis autem pridiè inæqualitatem, aut sudorem, aut capitis, alteriusue alicuius partis dolore se sentire querentibus, ac proindè parcè esitantibus, vbi febris præcedente inuasisset nocte, primo etiam die me sanguinem detraxisse, memini. nam quibus tibi sanguinis feruentis copia apparet, quam ocyssimè eum vacuare conator, priùs quam principem aliquam partem ingruat: quamobrem nec per noctem sanguinem aliquando mittere verearis. &c. sic itaque affectis aegrotis; vt diximus, expedit adusque animi deliquium sanguinem educere. noui enim quosdam ex ijs necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore, affluentibus madoribus, & aluo rupta, celerrimè morbo liberatos. vtile autem est pulsuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos, sanguine etiam num fluente.

Cap. 13. morbi itaq magnitudo cum virium robore, primi erant mittendi sanguinis scopi, ille quidē, quæ facienda sunt indicans, hic tamquam illū haud

pro-

Prohibens : id , quod contrà iuniorum Medicorum quosdam quidam appellant . Nonnumquam enim affectio mittendum sanguinem commonet , exterum virium contrà robur prohibet : quibus ambobus scopis præsentibus, constat , vt anteà diximus , nullum esse crudorum humorum tantam,talemque plenitudinem , quæ hoc inhibere auxilium possit . deinde consideranda , quæ sit naturalis hominis temperies ; nam quibus amplæ sunt venæ , qui que modicè graciles sunt,nec candidi,neque tenera carne præditi , copiosiùs euacuabis : contrarios verò , parciùs: quippè qui exiguum habent sanguinis,carnemque facilè spirabilem . Hac itaque ratione nec pueris venam tundes vsque ad decimum quartum annum,post quem si multus, congestusque sanguis appareat, tempusque anni vernum fuerit , regioque natura temperata, & pueri natura benè sanguinea , sanguinem minnes,multoq; magis,si aut peripneumoniæ,aut anginæ,aut pleuritidis,aut alteriùs acuti, grauisque morbi incumbat periculum, &c. itaque , & septuagenarijs modò dicti adsint pulsus , si affectus iubeat , venam secabis:sunt enim quidam , & in hac ætate multi sanguinis , viresque habent robustas . Itaque non numero annorum solummodo animum aduertas , sed & corporis habitui , nàm sunt,qui sexagesimo ætatis anno sectionem non ferant,cum quidam,qui septuaginta nati sunt annos perferant .

*Cap.*14. Memini enim quibusdam ad sex vsque libras sanguinem detractum fuisse,ita vt febris protinus extingueretur, nec vlla sequeretur virium affectio: quibusdam sesquilibram haud citrà leue salutis virium detrimentum, quibus si quis duas vacuasset,extremè læsisset.

*Cap.*15. Quibuscumque eruptio sanguinis accidit summum id commodum laborantibus affert , hoc autem,quod in rectum intelligatur,omnibus confes-

sum

ſum eſt, cùm clariſſimè hac voce' &c. quibus verò contrà euenit, nihil iuuat, aut etiam interdùm nocet, quod vires ſcilicet citrà morbi leuamen deijciat atque exoluat. Non enim ex liene turgente ex dextra nare erumpens, nec in iecore ex ſiniſtra vllam fert vtilitatem, ſed reuulſio, quibus indirectum adhibetur euidentem vtilitatem celeriteroſtendit; quibus contrà, haud etiam. Dextra igitur nare ſanguis erũpens ad dextrum hyppochondrium fixa cucurbitula clare, celeriterq; ſiſtitur, ſicut ad ſiniſtrum, ex ſiniſtra erumpens.

Cap 16. Multum enim iuuat afflictum lienem ſanguinis ex ſiniſtro brachio detractio, præſtat autem non ſemel, quantum conuenit extraxiſſe, ſed & in duos dies id partiri ſatiùs eſt. Inuenire tamen nequeo, quam ob cauſam Medici lienoſis ſanguinẽ detrahere neglexerint: ſiquidem ingentem perpetuò vtilitatem prouenire proſpexi, ſi vel libra dumtaxat detracta foret. Quin ex pleuriticis, quæ è directo laborantis lateris adhibita fuit ſanguinis miſſio, clariſſimam ſæpe vtilitatem attulit, quæ verò ex brachio oppoſito, aut omninò obſcuram, aut certè, poſt temporis interuallum: ad hæc oculorum perſæpe dolores grauiſſimos è directo venæ, quam humeralem vocant, ſectio intra horæ vnius ſpacium cõpeſcuit: conari antẽ in omnibus affectibus præſtat, poſt modicam ſanguinis miſſionem, iterato mittere: interim eodem die, ſi ità expedire videatur; interim poſtridie, niſi quando, vt antè dictum eſt, ad animi deliquium euacuationem ducere conueniat. Itaque dolentibus oculis, humeralis vocata vena quæque ex ea derivata eſt, in cubito inciſæ luculentum, celeriterque commodum afferunt: affecto verò latere, aut pulmone, aut ſepto tranſuerſo, aut liene, aut iecore, aut ventriculo ea, quæ per alas adcubiti innecturam pertingit.

Cap. 18. Porrò quemadmodum prædictæ omnes

par-

partes in cubito secta vena, vti dictum est: sic quæ his inferiores sunt illis, quæ per poplites, & maleolos decurrunt: sunt autem dictis inferiores coxendix, vterus, vesica, & renes, cui parti adscribi ambigunt: siquidem inferiores sunt ijs, quas prius recensuimus. &c: itaque misso sanguine interdum auscultant, vbi videlicet recens fuerit phlegmone, copiaque sanguinis affuerit. quibus verò affectio inest, quam propriè nephritim nominant, ea, quæ in poplite est, secare expedit, aut certè, quæ in maleolis sunt. Porrò vteri inflammationes magis etiam, quam renum, à venis in crure sectis iuuantur. nam, quæ ex cubito fiunt euacuationes aliud etiam habent adiunctum malum, nempe, quod purgationes menstruas comprimant, sanguinemque ad superiores corporis partes retrahant: quæ verò fiunt ex cruribus, tantum abest, vt retrahant, vt etiam menses promoueant: ac vbi id facere volueris, tempus consueti mulieri circuitus tribus, quatuorue diebus anteuertas, aut vena incisa, aut sacrificatis maleolis cruris vnius paululum euacuato: deinde postero die similiter facito in crure altero, vt tamen etiam istis diebus, in quibus vacuas, & ante eos quatuor, aut quinque extenuantem victum procures. &c. quamquam non re ipsa aliena, quandoquidem sanguinis ex vtero fluxui auxiliatur, cum euacuatione ex cruribus, quæ fiat, aut maleolis scarificatis, aut incisa in talo, aut poplite vena. memini, me ischiadas, siue coxendices vno die facta ex crure euacuatione curasse, nimirum, vbi non ex frigore, sed impletis sanguine, quę in coxa sunt, venis, prouenisset: quare secta in poplite vena commodior ita affectis est, quam in maleolo. scarificatio autem nihil perspicuo illis prodest.

Cap. 19. Porrò, vt summatim dicam, incipientes phlegmones reuulsu euacuare oportet: quæ verò inueteratæ iam sunt, ex ipsis, si fieri potest affectis partibus,

tibus,quod si nequeat,saltèm ex vicinis. etenim incipientibus,auertere,quod influit,expedit,in veteratis autem, ipsum tantum, quod affectæ parti fixum est,euacuare. euacuabitur porrò id optimè per venas coniunctas cum ijs, quæ in partibus ipsis sunt sitæ: huic rationi experientia quoque subscribit: quo circà,quę in gutture,& arteria graui torquẽtur inflammatione, in principio quidem secta in cubito vena, post principium autem in ipsa lingua magnificè prodest, incisis videlicet venis, quæ in ea sunt, ambabus. sic induratæ phlegmonarum in oculis reliquiæ, secta, quæ ad magnum decurrit angulum vena,mirificè iuuantur: sicut capitis grauitates'& inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeste solet, tusa in fronte vena: at incipientes, aut etiam vigentes per cucurbitulam in ceruice procurata retractio interim quidem solam, interim cum scarificatione. cæterum præuacuatum esse corpus vniuersum oportet: eadem ratione incipientes in occipitio dolores, aut etiam vigentes,incisa frontis vena iuuat: iuxta quod dicit *Hippoc. lib.* 5. *apho.* 68. dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest. quippe reuulsiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus,quæ verò fiunt,ex ipsis partibus affectis,aut illis vicinis, in phlegmonis,quæ velut scirrhi naturam referunt: in quibus autẽ corporibus nulla dum particula affecta est,cæterum vacuationem, vere ineunte, anteuertimus. &c. cæterum si retentæ hęmorrhoides sint,mittendi sanguinis occasio, siquidem cohibere eas voles,quæ in brachio sunt: sin prouocare,quę in cruribus sunt, venas secare conuenit. at ijs, quibus repressi sunt menses, semper in cruribus.

Cap. 20. igitur vniuersim hoc sciendum, in sanguinis missione dierum numero haud esse attendendum, sicut quidam scripsere: ac alij admodum ridi-

ridicule, &c. Verùm quoniam quintum ſæpè diem, aut ſextum ab initio expectant prius quàm nos ad curandum accerſant, expediet nihilo ſecius quoque ſanguinem detrahere, etiam ſi huius auxilij primum tempus ſit omiſſum: quocunque enim die mittendi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris, in eo auxilium adhibeto, etiam ſi vel trigeſimus is. ab initio extiterit, at qui nàm fuerint hi ſcopi? morbus ingens, roburque virium, excepta ætate puerili, & aere nos ambiente valdè calido, porrò autem quoniam prius exoluitur temporis tractu in pleriſque morbis virtus, id circo, & mittendi ſanguinis occaſio dierum numero deperditur, non tamquam primario id dies efficiant, ſed re aliqua intercedente, nempè virium diſſolutione: itaque ſi quando vel ſecundo die vires exolui videantur, à vena ſecanda abſtinemus.

Cap. 21. Ad mittendum ſanguinem paroxiſmorum declinationem reſpicere oportet: in quibus, aut ob oculorum lippitudinem, aut aliud quippiam ſimile citrà febrem hoc opus eſt auxilio, non declinationem omninò, cùm omninò febris non adſit, ſed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo ſecta opus eſt vena, inſpicere conuenit: cùm autem nihil eiuſmodi aut vrgeat, aut prohibeat, præſtat mane venam incidere, haud protinus ex ſomno exc tatis, verùm circiter horam vnam ian antea vigilantibus: coeterum in quibus Vere ineunte venam incidere aggrediamur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuſpiam affectus, ſcio, me ſanguinem miſiſſe quibuſdam etiam poſteà quam rerum ſolitarum quidpiam obijſſent, ſiue in ludo literario, ſiuè in officiis.

Cap 22. Sicut enim alias venas ob alias affectas partes oſtendimus ſecãdas, ſic quoq; & quæ in tẽporibus ſunt, arterias, & quæ ſunt poſt aures incidere

Medi-

Medicis mos est, in timporibus quidem, infestantibus oculos fluxionibus, tùm calidis, tum spirituosis, post aures verò in vertiginosis maximè, & quæ diuturnis doloribus capitis calidis, ac spirituosis affliguntur.

Iam verò, & ob alios quoque affectus in capite consistentes diutinos, sunt, qui arteriarum post aures vtuntur sectione, non tamen in vlla alia particula patiente eam adhibueruut, tametsi multæ sint, quibus hoc potiùs auxilio, quàm venæ sectione sit opus, vbi enim calidus, spirituosusque infestus est sanguis in arterijs aceruatus, illis communibus partis affectæ sectis arterijs opus est.

Cap 23. Narrat historiam quorundam, qui imperitè arteriã brachij secuerunt ob sanguinis eruptionem, in gangrenam inciderunt: alios verò defunctos, ait: Sanè verò, quæ mihi occasio extiterit secandæ arteriæ fuit, Monitus per quædam in somnia accessi addextrę manus arteriam inter indicem, & policem sitam; permisique fluere, donec spontè sanguis resisteret: effluxit autem non tota libra, subitò itaque diuturnus extinctus est dolor in illa maximè parte fixus, qua iecur septo transuerso committitur: at minister Dei Pergami diuturno lateris cruciatu laborans, liberatus est, arteria in summa manu incisa: &c. Porrò alteri, cui ex vulnere in maleolo inflicto dissecta arteria fuit, sanguinis quidem fluxus haud quieuit, donec ego vocatus, totam dissecui, ac medicamento ex aloe, & mana, & ouorum albumine, pillis leporum molliusculis imposito, fuissem vsus, citrà aneurisma curatum est vulnus, obducta videlicet arteriæ osculo, carne. Vir autem ille quartum iam annum exiguis haud temporum interuallis coxæ dolore vexatus, exindè prorsus sanus extitit, hæc itaque mihi persuaserunt, vt subindè in summis artubus, immò & in capite arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida,

de, ſpirituoſaque ſubſtantia naſci videbantur, & maxime in membranis.

Gal. lib. 3. de locis affectis cap. 4. circa princip. ſi enim fortè fortuna, vt nonnullis euenire ſolet frigida, aridaque diſpoſitio, ſanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum: ſolæ verò cucurbitulæ non alio nomine, quam caloris excitandi gratia vtiles eſſe cenſentur: cucurbitulæ enim attrahunt a ſe ſe humorem ex imo, id, quod aridæ diſpoſitioni maxime aduerſatur. ignota igitur adhuc exiſtente diſpoſitione, quæ vel membranas ipſius afficit, haud quaquam tutum fuerit, in exteriores caluariæ partes materiam retrahere.

CAPVT. V.

De multis regulis mittendi ſanguinis ſecundum Auicennæ dictum.

Auicennas lib. 1. f. 4. c. 20. de phlebotomia. phlebotomia quoque, neque euacuatio ventris eſt facienda in die motus ægritudinis, quoniam eſt dies requieſcendi, & inquirendi ſomnum, & dies ebullitionis ægritudinis. &c. cumque ex multa minutione debilitatur virtus, multi generabuntur humores.

Hippocrates lib. 2. acut. textu 32. non igitur inrempeſtiuè vaſorum fortes inanitiones moliri, neque, cum morbi vigent, furoremque habent, cibum dare, neque repente huc, vel illuc in toto negotio quicquam mutare licet.

Auic. loco ſuprà citato. phlebotomia quoque, & colica raro ſimul eueniunt. Pregnans præterea, & menſtruata non minuantur, niſi propter magnam neceſsitatem, ſicut eſt neceſsitas retinendi ſortem ſanguinis ſputum, cum virtus fuerit conueniens.

Et

Et debes scire, quod non quoties nominata signa replet ouis apparuerint, oportet, vt minues: immò quandoq; est repletio ex humoribus crudis, & tunc phlebotomia multũ est impediens, quoniã si minueris, non maturabis eos, & timetur, ne æger perdatur.

Cum verò sanguis alicuius est bonus, paucus, & fuerint in ipsius corpore multi mali humores, phlebotomia bonũ rapiet, & malum relinquet. cum autẽ phlebotomia necessaria fuerit cũ debilitate virtutis causa febris, aut aliorũ humorũ, partire flebotomia.

In febribus autem à minutione cauendum est, scilicet, in his, quę sunt vehementis calefactionis, & inflammationis, & in omnibus non acutis febribus in sui principio in die periodica.

In febribus præterea, in quibus aduenit spasmus, est à minutione cauendum, licet fuerit necessaria, quoniam cum spasmus accidit, vigilare facit, & sudare multum, & deijcit virtutem, qua propter sanguinis thesaurus est dimittendus.

Et cum vrina fuerit subtilis, aut iguea, aut facies a principio ægritudinis fuerit tornatilis, caue tibi à phlebotomia, & idem *Auic li.4 f.1.t.2 cap.7.* & non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile est tibi, neque cures febrem: & oportet, vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis, quod si fuerit fortis, & fuerit illud, quod vincit, sanguis, aut cum humore, qui vincit sanguis, tũc phlebotomia est magis conueniens, & propriè cum vrina est rubea grossa, non citrina ignea, ex qua timetur apud phlebotomiam victoria coleræ, & acuitas eius.

Et post in eodẽ ca. & scias, quod phlebotomia quãdo est intentio sãguinis, nõ est ex genere eius, in quo expectatur cõcoctio expectatione, quæ est in solutiuis, & nõ expectatur digestio, nisi in humoribus alijs & cũ postponitur phlebotomia in principio ęgritudinis, nõ amplius est intentio, & fortasse interficit per aduentum debilitatis virtutis, & similiter, si times

victoriam humoris: magis necessaria cautela est euacuatio.

Cap verò 20. *libri primi. f.* 4. multoties prætereà phlebotomia in febribus licet necessaria nõ fit, efficit, vt natura fortis fiat super materiam, propterea, quia efficit eam paucam. hoc est etiam *Galeni lib.* 11. *meth. med cap* 15.

Tibi quoque cauere debes à minutione in complexione vehemẽtis frigiditatis, & regionibus fortis frigiditatis,& in hora fortis doloris,& post balneum resolutiuum,& post coitum,& in ætate, quæ est minor duodecim annis quantò poteris, & in ætate senum quantò poteris. in corporibus quoque fortis grossitiei,& rar.s,& alb.s,& lassis, & sanguinem non habentibus à minutione quantum magis poteris, cauere debes.

Amplius in corporibus, quæ prolixas perpessa sunt aegritudines caue tibi à phlebotomia, nisi sanguinis affuerit corruptio, quæ te ad hoc perducat: quoniam tunc phlemotomabis ea,& considera sanguinem,etsi ipsum videris album, & subtilem, cum illico constringe;quoniam in ipso existit vehemens t.mor.

Ampliùs tibi cauere debes super cibi repletionem, ne materiam non maturam ad venas trahas loco eius, quod ab eis euacuasti: quod est etiam *Galeni lib. 4 de tuenda sanit cap. 5.*

Et oportet, vt tibi caueas ab ea in repletione stomachi,& intestinorum facta ex fæce iam consecuta, & propinqua, immò in ea euacuanda stude, & illud quidem,quod est in stomacho, aut coram eo vomitu,& quod in intestinis inferioribus quomodo poteris,& si non alio,saltem clysteri, caue prætereà tibi, ne fastidienté phlebotomes, sed prolonga ipsum ab hoc,vt eius fastidium digeratur.

Et tibi caue, ne subtilitatem sensus oris stomachi habentem, aut ipsius debilitatem,phlebotomes, &

in.

infœlicem ex generatione coleræ rubeæ in ipso: huiusmodi autem sibi cauere debet à nimia quoque audacia in minuendo sibi cauere debet, & propriè, cum est ieiunus.

Sensus verò subtilitatem oris stomaci habentem digno sces, propterea quia mordicatiua traijcere ei nocet. *Ita Gal. lib. 9. meth cap 5.*

Et habẽtem oris stomachi debilitatem cognosces ex desiderij ipsius debilitate,& doloribus oris stomachi.& habẽtem os stomachi apertũ receptioni coleræ rubeæ, in quo ipsa multum digeratur dignosces ex perseuerantia nauseæ ipsius, & propterea, quod coleram quaque hora vomit ex oris ipsius amaritudine;istis namq; cum phlebetomati fuerint, oris stomaci conseruatione non præmissa, accidit indè timor magnus, & quandoque moriuntur inde.

Subtilitatem verò sensus habenti, & debilitatem buccellæ mundi panis in rob acetoso bonum habente odorem infusæ dandæ.

Inter phlebotomiam quoque,& sedationem dormire prohibet, ne superfluitates, quæ extrahuntur cum sanguine,incedãt; propterea quod superfluitates in somno ad corporis profundum trahuntur.

Basilica quoque magni est timoris;propterea, quod arteria cadit sub ea, & quod nerui,& musculi etiam sub ea cadunt.in ipsam:ergo phlebotomando tibi caue,quoniam si percussio fuerit in arteria, sanguis non restringetur, aut restringetur difficulter. propterea scire debes, quod sanguis, qui plurimum de cephalica euacuatur,est,qui ex collo, & eo, quod est parum suprà ipsum, & parum sub ipso egreditur tertium partis hepatis non pertransit, & hyppochondriorum,& inferiora non taliter mundificat,vt inde sit cura,

Dicemus ergo,quod ex venis pedis est ischiatica, quæ phlebotomatur. &c. quod si ipsa fuerit occulta, al quis suorum ramorum phlebotometur inter

minimum,& ſecundum digitum ab eo exiſtit. & iuuamentum quidem in phlebotomia ſciaticæ eſt magnū in dolore ſcię,& ſimiliter in podagra,& in varice,& in elephantia.ſed ſciaticę ſanatio eſt difficilis.

Et ex eis eſt ſaphena,quę eſt ſuper partem domeſticam alcabi,& eſt manifeſtior ſciatica, & ipſa quidem phlebotomatur,propterea vt euacuetur ſanguis ex membris, quæ ſunt ſub hepate, & vt ſanguis à partibus ſuperioribus ad inferiores declinetur: quarè menſtrua vehemēter prouocat, & hæmorrhoidarum orificia aperit,& ratio facit quidem,vt ſciatica, & ſaphena ſimilis exiſtant iuuamenti: ſed experimentum facit, vt operatio ſciatica plurimum conueniat dolori ſciæ,ſicut ſi hoc eſſet debitum.

Et ex venis eſt vena curuaturæ,quæ phlebotomatur ſub genu poplitis,quæ tantum efficit, quantum, & ſaphena, ſed eſt fortior ſaphena in prouocatione menſtruorū, & in doloribus ani,& hæmorrhoidibus.

Sed ad ſummam quidem venarum pedis phlebotomia confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materijs ad caput declinantibus,& ęgritudinibus melancholiæ, & ipſa quidem magis debilitat virtutem,quam phlebotomia venarum manuum.

Vena ergo eſt ſicut vena frontis,quæ exiſtit inter duo ſupercilia, & ipſius quidem phlebotomia confert grauitati capitis,& propriè illi,quæ eſt in poſteriori parte capitis,& grauitati oculorum, & ſtupori, & dolori capitis perſeueranti antiquo.

Scito prętereà,quod phlebotomia duas habet horas,horam electam, & horam neceſſariam: hora verò electa eſt illa, quæ eſt in lumine diei, & poſt digeſtionis complementum, & ſuperfluitatum expulſionem: & hora neceſſaria eſt hora, quæ fieri oportet,& quæ tardari non poteſt,& in qua res prohibitoria non attenditur.

Galenus lib. 1. *ad Glauc cap.* 13. ſanguinem mittere oportet,& ob morbi magnitudinē,& quibus robur

bur multò plùs, quam naturę conueniat, & maior, quàm pro consuetudine, & totius corporis tumor, & venæ eminentes, atque extensæ: his omnibus est auferendus, nisi vires, aut ætas, aut aliquid simile prohibeat.

Auic. loco supra citato. vnusquisque autem phlebotomatur, aut propter sanguinis multitudinem, aut propter ipsius malitiam, aut propter vtrumque.

Et summopere tibi caue, ne aegrum ad vnam duarum rerum perducas, humorum scilicet colericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem.

Gal. lib. ad Glauc. cap. 9. de cura tertianæ exquisitæ agens, in qua flaua bilis prędominabatur, venæ sectionis non meminit: ita in tertiana spuria, in qua pituita cruda prædominabatur, venæ sectionem præterijt.

CAPVT VI.

Stante vna euacuatione, alia non est tentanda: in magnis vigilijs aut doloribus cauendæ sunt subitæ, & multæ euacuationes: aeris temperatura in mittendo sanguine, & euacuando est inspicienda: neque in locis supra modum calidis, aut frigidis mittendus est sanguis: si cuipiam sanguinem auferre confert, ventrem sistere oportet, & ità auferre: De regula in dando solutiuo. Tãtùm valent haemorrhoides in cõsuetis, quãtùm vena sectio. A sanguinis detractione non est statim nutriendũ. Nõ est mittẽdus sanguis, dum cibus in stomacho moratur.

GAlen. *lib.* 1. *ad Glauc. cap.* 14. Sed neq; si fuerit febris cũ profluuio ventris, alia est opus euacuatione: verum hæc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione: quicumque enim his plus adimere, fore necessarium putantes, aut sanguinem

mittere,aut ventrem mouere tentauerint in grauiora pericula duxerunt. Sed neque si quis simul, & distensione neruorum laborauit, & sanguinis egerit missione,huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit morbus, sed aliquid etiam accidenti est relinquendum,cuius causa sœpè sudores eueniunt, & vigiliæ molestant, & vires aegroti debilitantur.

Ita etiam si vehementissimæ vigiliæ, aut dolor intensus aegrotum infestant, cauendæ sunt subitæ, ac multæ euacuationes. Ipsa prætereà ambientis aeris temperatura loco accidentis cuiusdam habenda,quando exquisitè calida,ac sicca fuerit,qualis est tempore inter canis ortum, & arcturi. atque ideò omnes, quibus medici nihil omninò de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt,interierunt. si etiam valdè frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum: cum non ignoremus,non parua ex similibus sequi pericula. interierunt autem nonnulli, qui calidis admodum constitutionibus non rectè euacuati sunt ex syncope vocata, & dissolutione: frigidis verò, cum accessiones incipiunt,nimirum refrigerati non amplius releuantur: ob hæc igitur neque in locis suprà modum calidis,aut frigidis sanguinem mittere audemus,sed si regio ipsa, & temporis status consentiunt,omninò abstinemus: cum verò non consentiunt euacuamus quidem,sed multò minus, quam si neutrum prohiberet. in hac dignotionis parte etiam aegrotantis temperaturam contemplari oportet. quicumque enim calidi, & sicci natura sunt, hi omnes facilè ab integris euacuationibus offenduntur.

Et consuetudo quoque non parui momenti est, tum ad omnia alia, tum præcipuè ad euacuationis indicationem.

Hippoc lib.4 de rat.victus acut tex 116 si cuipiam sanguinem auferre confert, ventrem confirmare oportet,& ità auferre.

Gal.

Gal. in comm. Fluente aluo sanguinem non detrahes, nam si post detractionem perseueret fluor, virtutem prosteruit.

Hippocrates lib. 4. acut tex. 21. Potissimum verò lecinoris dolores, & lienis grauitates, atque inflammationes aliæ, & superiores septo transuerso dolores, morborum collectiones solui non possunt, si quis primum purgante vti medicamento aggressus fuerit: nam venæ sectio his præferenda venit: deinde clysmis est opus, si vehemens, & magnus fuerit morbus: si verò non, & posteà medicamento opus sit, sanè id post sanguinis missionem securè, & mediocriter porrigendum.

Auicennas lib 4.f 1.t.2. cap. 7. & fac sequi phlebotomiam solutionem ventris subtilem.

Galenus lib. 4. de tuenda valet. cap 4. Nam virium robore constante, si lassitudo adhuc infestat, existimandum est, cum sanguinis ne copia, an cum crudis, ac minimè coctis humoribus, an per se solus consistat vitiosus humor, qui lassitudinem creat; nam si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid; quod tantundem valeat, agendum; sanè tantundem valent hæc: quibus hemorrhoides sunt retentæ, si has aperueris: si mulieri menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces, si quibus horum nihil fit, si maleolos scalpello incidas.

Gal. lib 4 de tuenda sanit. cap 11. prohibet, ne statim à secta vena cibus patientibus exhibeatur: futurum enim inquit, ex hac intempestiua nutritione, vt crudus succus ratione vacui in venas attrahatur. Verba eius sunt. A sanguinis missione non esse statim nutriendum in opere de natural facult. ostendimus, omnibus iis, quæ propria natura reguntur, vim quandam esse insitam, quæ similes, quibus alantur, succos possint attrahere. demonstratum præterea est, vbi proprio, & commodo nutrimento destituuntur, vrgeri, vel quod non commodum est ali-

quid rapere.tale porrò eſt,quod non dum in ventriculo , veniſque concoctum eſt:ergo neceſſum eſt , cum homo largiùs ſe cibis per hoc tempus impleuerit , eo caſu crudi ſucci plurimum in corpus animalis rapi,id que multis de cauſis, & quod deterius in Ventre , veniſque nondum confectum eſt , quod copioſius eſt,& quod multum in corporis molem ideò ſubit, quia multum ſupereſt , & quod citiùs etiam,quam par eſt; propterea quod venter venis, & venæ reliquis animalis partibus rapi,quod non dum confectum eſt , permittunt . &c. demonſtratum eſt enim , partes ipſas ex alimento primum ſua portione frui,mox cæteris tranſmittere . ergo vltima,precipuaque noxę cauſa eſt ijs qui ſic ſunt affecti,quod quæ in corporea corporis mole habentur partes, vbi multum , ſemicoctumqne attrahunt alimentum , non paruam excrementorum vim ex ea re congerunt : cum neque perinde, ac ſi bonum eſſet,concoquere id omne valeant,neque etiam, vt cum corpore coaleſcat , & aſſimilatur,afficere immo parum proſpere ſingulas functiones obire poſt vitioſum , multumqne nutrimentum par ; eſt ſimiliter enim his euenire neceſſe eſt , vt Ventri , cum abundantia malè præparati cibi eſt refertus .

Cornelius Celſus lib. 2 cap. 10. Sanguinem inciſa vena mitti,nouum non eſt , ſed nullum penè morbū eſſe,in quo non mittatur,nouum eſt : item mitti iunioribus , & fœminis vterum non gerentibus,vetus eſt.in Pueris verò idem experiri, & in ſenioribus & in grauidis quoque mulieribus,vetus non eſt . &c.

At firmus puer,robuſtus ſenex,valida mulier grauida tutò phlebotomantur . &c. videtur autem vſus ipſe docuiſſe,ſi caput fractum eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendum eſſe . ſi quod in humero vitium eſt,in altero brachio .

Mittere autem ſanguinem , cum ſit expeditiſſimum vſum habenti,tum ignaro difficiliſſimum eſt .

C A-

CAPVT VII.

De sananda vrinæ difficultate per sanguinis missionem, & quæ venæ sint incidendæ: venæ sectio sanat anginam, & lippitudinem.

HIppoc.*lib.*6 *apho.*36 Difficultatem vrinæ vena secta iuuat: secare verò interiores.

Gal in comm. re vera enim & venæ Sectio soluit difficultatem vrinæ, illam videlicet, quæ propter inflammationem,& multitudinem fit: quod autem sequitur: secare verò interiores: si de venis manuum dicitur, neque verum est, neque consentaneum Hippocrati: videtur siquidem ipsum in omnibus suis libris in partibus, quæ suprà hepar sunt, è manibus sanguinem mittere; in inferioribus autem venas, quæ in poplite, vel talo sunt. secari iubet.

*Hippoc. lib.*7.*apho.*48. Vrinæ stillicidium,& mingendi difficultatem vini potio,& venæ sectio soluit, incidere autem interiores.

Gal in comm. Vrinæ stillicidium ipsius vrinę acrimonia facit,& potentiæ retentiuæ in vesica imbecillitas, quæ ob intemperaturam fit, præsertim frigidam: vrinæ verò difficultatem, siquidem cum dolore fuerit, inflammatio, & abscessus, & vlceratio, & inæqualis temperatura,& spiritus flatuosus. sin motus quidam difficilis, vel potentię imbecillitas, vel tumor cõtra naturam: ex omnibus autem hisce dispositionibus frigiditatem quidem soluit vini potio, vel etiam meracioris; atq; etiã eã inflammationem, quę propter obstructionẽ sãguinis crassioris citrà multitudinẽ facta fuit: illã verò, quæ cum multitudine fit, inflammationẽ, adhuc autem & aliam, quæ sine defectu est,& cum potentiæ robore, venæ sectio sanat.

Hippo. lib. 2. de morbis vulgar. sec. 6. Anginam, & lipp tudinem venæ sectio sanat. *Et lib. 5. epid.* refert historiam Vxoris Polemarchi Anginosæ cum multa febre, cui sanguis missus fuit: faucium suffocatio desijt.

CAPVT VIII.

De hirudinibus, cucurbitulis, & scarificatione: quando cucurbitulis sit vtendum, & in quibus affectibus, de earum virtutibus, & effectibus: numquam gratia euacuationis totius corporis cucurbitulis est vtendum. Cucurbitula ad occiput apposita revellit capitis dolorem: in principijs morborum antè euacuationem corporis non sunt apponenda cucurbitulæ: quem sanguinem euacuent cucurbitulæ: quid conferant cucurbitulæ corporibus: Ventosæ præcipuus est vsus, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium sit.

Galenus lib. de hirudinib. Post quam autem hirudines exciderint, quod relinqui ab eis solet venenosum, cucurbitula exhauriendum est, vel si id minimè fiet, fotu per spongiam adhibito vtendum est.

Lib. de cucurbitulis. Cucurbitulæ, euacuatis prius corporibus, vtiles sunt: nam vbi ea plethorica sunt, cucurbitulis non vtimur: eadem etiam ratione, vbi cerebrum, eiusque membranæ phlegmone vexantur, curbitulis in affectuũ principijs nõ vtimur, quẽadmodum sanè nec in vlla alia particula phlegmone laborante, sed vbi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus antè euacuauimus, vsusque postulauerit, vt aliquid corũ, quæ in parte phlegmone laborante continentur, moueamus, eruamus, vel ad exteriora extrahamus: dũ verò affectus etiã nũ fiũt,

cu-

cucurbitula minimè membris laborare incipientibus, sed ijs, quæ his continuata sunt reuulsionis causa imponenda est: in principio verò repellentibus est vtendum.

Herodotus verò de cucurbitula ità sentit: cucurbitula verò potest capitis materiam vacuare, dolorem soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetentias reuocare, imbecillum exolutumque stomachum roborare, animi defectiones remouere: quæ in profundo sunt, ad superficiem transferre, fluxiones exsiccare, sanguinis eruptiones cohibere, mèsium circuitus suggerere, facultates corruptiones inducentes, seu medicamenta mortifera attrahere, rigoribus finem imponere, circuitus soluere, ab inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare, grauitates alleuare: hę & his similes sunt cucurbitularum facultates.

Cucurbitulæ, purgatis priùs corporibus, vtiles sunt, sed in plethoricis omnino inutiles sunt.

Gal lib. 11 *meth med. cap* 9. Sanè totum corpus prius quam id euacuarit, rarefacere non expedit: vbi euacuatum est, vtique licebit. *Ita lib* 2. *ad Glauc. cap.* 2. *& lib.* 3. *de locis affect cap.* 4.

Gal lib 13. *meth. med cap.* 19. Hac ratione, & cucurbitula (strenuum planè auxilium) inuenta est, tùm vt foras euocentur, quæ sunt in alto, tùm vt eximantur, atque eruantur, quæ iam in scirrhum abeunt: verùm vtendum cucurbitula in ipsa parte, quæ phlegmone vrgetur inter initia non est, immo postea quam totum corpus euacuaueris, ac necessarium sit eorum, quæ in inflammata parte continentur, aliquid deducas, atque eruas, aut etiam foras attrahas. generandis autem vitijs, minimè ipsis membris, quæ laborare incipiunt, sed ijs, quæ continuata his sunt curcurbitula imponi debebit, reuellendi in contrarium causa; sic namque ad mammillas cucurbitulam imponimus, cum sanguis ex vtero pro-

fluit, infixo maximè in ipsis communibus pectoris, & vteri vasis, eius ore; sic si ex naribus sanguis profunditur, precordijs maximas cucurbitulas affigimus. &c. siquidem cum menses euocare in animo est, in pube, & inguine cucurbitulam infigimus. præterea cucurbita in occipite defixa efficax est remedium ad oculorum fluxiones: vacuari tamen prius totum corpus expedit, nam si refertum sanguine corpus sit, in quacumque parte capitis cucurbitulam defixeris, totum ipsum implebis. numquam enim gratia euacuationis totius corporis cucurbitulas fuisse institutas reperitur.

Gal lib de sang. miss. cap. 19 At incipientes, aut etiam vigentes capitis grauitates, & dolores per cucurbitulam in ceruice procurata retractio interim solam, interim cum scarificatione. cœterum præuacuatum esse corpus vniuersum oportet &c.

Galenus lib.2 de compos med sec locos cap. 1 *in fine*. in doloribus capitis, qui in principio cum febribus incurrunt vena secanda est post primam, aut secundam remissionem, nisi quid impediat: animaduertendum autem, nùm ob vapores à Ventre sublatos, aut ob alui suppressionem capitis dolor contingat: quod si seriùs post septimum tandem diem irruat, aluo per clysterem, qui aliquid operæ pretij faciat, præuacuata, cucurbitæ ad occiput, siuè ceruicem affigantur, capitque rigationibus ex oleo mitigetur. cœterum ad capitis dolores ob febris magnitudinem obortos medelæ præscriptæ in febrium tractatu.

Gal. lib. 2 ad Glauc cap. 2. si verò eas, quæ ex fluxionibus fiunt, inflammationes scarificaueris, magnum afferes malum, ac per initia præsertim: nam quæcumque ex ipsis longioris temporis existentes, post totius corporis euacuationem, atq; aliã opportunam curationem quasdam durities, atq; nigrities

in

in membris habent derelictas, his sanguinem auferre nihil absurdum est. etenim & hoc per initia quidem infrigidandum est, tunc præsertim, cum sine manifesta occasione factum fuerit: quando verò illi deerit feruor,& scarificare conuenit, atque emplastrum,vel ceratum ex dissoluentibus supponendum: non tamen ex vena in talibus sanguinem mittere necesse est, sed ventrem tantummodo expurgare sufficit.

Auicennas lib.4 f.1.cap.21. de ventosis & earum affectibus Ventosę cutis partem magis mundificant, quam phlebotomia,& plus extrahũt sanguinem subtilem, quam grossum.& ipsarum quidem iuuamentum in corporibus compositis grossis,& crassis,grossum habentibus sanguinem est paruum, quoniam ex istis non extrahunt sanguinem,neque extrahunt, sicut oportet.

Et ventosæ quidem supra nocram,quæ est in collo positæ venæ nigræ vicariæ existunt, & conferunt superciliorum granitati, & alleuiant palpebras, & conferunt scabiei oculorum, & fœtori oris. & super spatulas vicem tenent basilicæ,& conferunt doloribus humerorum,& gulæ. & super spatulas posterius sunt vicariæ cephalicæ, & conferunt tremori capitis,& membris,quæ sunt in capite, sicut facies, & dentes, & molæ, & aures, & oculi, & gulæ, & nasus. & ventosæ quidem, quæ cruribus superponuntur,sunt minutioni propinquæ, & mundificant sanguinem & prouocant menstrua. & ei quidem, quæ ex mulieribus alba existit, & laxa sanguinem habens subtilem, ventosæ in cruribus positæ sunt meliores, quam phlebotomia, quæ fit in saphena. quidam prætereà dixerunt, quod ventosæ supra occiput positæ, & summitatem capitis, conferunt amentiæ,& scotomiæ.

Vẽtosę autẽ sine scarificatione quandoq; ponuntur propterea,vt materia à parte sui motus trahatur

vt cum mammillis ſuperponuntur, adeò vt curſus ſanguinis menſtrui retineatur, & quandoque quæ-ruuntur, vt apoſtema profundum ad exteriora trahatur, adeò vt medicamentum ad ipſum perueniat: & quandoque requiruntur propterea, vt apoſtema ad aliud mutetur membrum, quod ignobilius in vicini. tate exiſtit: & quandoque requiruntur propterea, vt membrũ caleſiat, & sãguis ad naturalem locum reducatur, à quo remotum fuit, ſicut fit in rupturaſanguinis: & quandoque requiruntur ideò vt dolor ſedetur, ſicut cum ſupponuntur vmbilico in dolore colicę vehementer cogente: & in ventoſitatibus ventris, doloribus matricis, qui accidunt apud motum menſtruorum. &c.

Ventoſę quoque ſuper nates poſitæ à toto corpore trahunr, vt à capite, conferunt inteſtinis, & menſtruorum ſanant corruptionem, & alleuiatur per eas corpus.

Et dicemus quidem, quod in ventoſis cum ſcarificatione tria ſunt iuuamenta: primum eorum eſt euacuationis ex ipſo membro, & ſecundum eſt repoſitionis ſubſtantię ſpiritus, ne euacuatione humoris, qui educitur ſequendo, euacuetur: & tertium eſt, quoniam non curatur, vt ex principalibus membris fiat euacuatio.

In ventoſis quoque fit ſecuritas, ne materia ad inferiora deſcendat.

Cornelius Celſus lib. 2. cap. 11. Vſus cucurbitulæ præcipuus eſt vbi non in totò corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem ſatis ſit, idque ipſum teſtimonium eſt etiam, ſcalpello ſanguinem, vbi membro ſuccurritur, ab ea potiſſimum parte, quæ iam loeſa eſt, eſſe mittendum, quod nemo cucurbitulam diuerſæ parti impouit, niſi profuſionem ſanguinis eò auertit, ſed ei ipſi, quæ dolet, quæque liberanda eſt. Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis lon-

longis, quamnis & ijs iam ſpacium aliquod acceſſit, ſiuè corrupta materia, ſiuè ſpiritu male habente.

In acutis quoque quibuſdam, ſi & leuari corpus debet, & ex vena ſanguinem mitti, vires non patiantur. idque auxilium vt minus vehemens, ita magis tutum, neque vnquam periculoſum eſt; etiam in medio febris impetu, etiam in ſurditate adhibeatur. ideoque vbi ſanguinem mitti opus eſt, ſi inciſa vena, præceps periculum eſt, aut etiam ſi in parte corporis vitium eſt, huc potius confugiendum eſt: cum eo tamen, vt ſciamus hic, vt nullum periculum, ita leuius præſidium ſuccurrere.

Hippoc lib. 2. epid ſec. 6 Grauiſſimos aurium dolores affixa cucurbitula tollit.

CAPVT IX.

De vlcerantibus, & acribus medicamentis: in quibus affectibus conueniant vlcerantia, & quando, & cuius ſint natura. In intemperie calida, vel etiam in inflammatione cerebri, vel alterius partis vlcerantia medicamenta non conuenire.

Galenus lib de rigore, trem: palpit: & conuulſ. cap. 7. in principio de rigoris cauſa agens. Immò acre, & calidum medicamentum vlceri ad notum primum ſanè dolorem infert, mox horrorem, deindè rigorem excitat. ac multos nouimus, tum riguiſſe, tum febricitaſſe ob vlcera ab acribus medicamentis irritata: nam & inflammationem, cum in abſceſſum mutatur, rigorem, horroremque comitari, neceſſe eſt. multarum verò, & aliarum diſpoſitionum mentionem facerem, in quibus rigor ob acrem potius, quam frigidum humorem clare conſtituitur, niſi ſermonis polixitatem vitarem.

Gal.

Gal lib. de sang. miss. cap. 17. Dictum enim a nobis demonstratumque est, acria omnia medicamenta parti cuiuis admota, nisi vacuum corpus omne fuerit, atque adamusim excrementi expers, fluxionem attrahere, phlegmonemque efficere.

CAPVT X.

De euacuatione per pharmaca, & de regula, tempore, & ordine: euacuandum est secundum naturæ inclinationem: quando postponitur phlebotomia in principio ægritudinis, non amplius phlebotomatur: de quibusdam regulis in euacuando, & sanguinem mittendo: De regulis, modo, tempore, ordine, quibus dispositionibus, per quas partes, & quæ natura sint euacuandæ: de inclinatione humorum.

Hippocrates lib. 1. apho. 2. in perturbationibus ventris, & vomitibus, qui sponte fiunt, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: sin minus, contrà: sic & vasorum inanitio, si talis fiat, qualis fieri debet, confert, & benè tolerant, sin minus, contrà: inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.

Gal. in comm. quod si aliorum fiat euacuatio, & non eorum, quæ corpora nostra infestant, contrarium euenit, neque enim confert, sed grauiter ferunt Ægrotantes.

Hippoc. lib 1. apho. vltimo. si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt, si contrà, difficulter,

Hippo lib. 4. aph. 2. in medicationibus talia è corpore educere, qualia, & sponte prodeuntia, vtile: quę verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Gal.

Gal. in comm. Rectè igitur Hippocrates consulit, imitari naturam: est autem imitatio, in vno quoq; morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in spontinis prodesse euacuationibus. in euacuatione vna etenim est intẽtio, ac scopus, humor superabundans; cuius notitia est perquirẽda in eo, qui toto corpore praeter naturam color repręsentatur, & insuper in casibus & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & constitutione, & natura aegrotantis, & vitę instituto, & victu, veluti, si ita cõtingat, colore pallidiori in toto corpore apparẽte, quemadmodum in illis, qui regio morbo laborant, non euacuata per sedem bile, aut pustulis aliquibus biliosis per totũ corpus dispersis: particulatim autem, si morsus, in Ventriculo aliquis, atq; fastidiũ sentiatur, & adsit cibi appetentię defectus, ac sitis, ore ad amaritudinẽ alterato, aut quia aliqua parte corporis sit erysipelas aut quia tertiana febris hominem habeat, aut ex ardẽtibus illa, quæ ex amare bile fit: nã in his omnibus flaua bilis abundat atq; idcircò conabimur ipsam educere illis medicamentis, quæ chologoga, idest bilis eductiua dicũtur; atq; hoc est, quod ab Hipp. dicitur: si qualia oportet purgari, purgentur, cõfert & facilè ferunt quod enim dicitur, qualia oportet, abundantiam significat humorum, videlicet sua qualitate infestantium ægrotantem: ob hanc igitur causam, ait: tales conferre euacuat ones. sed quoniam omnes artificiosæ coniecturæ in actionibus aliquando aberrant, similitudines etenim, vt ipse inquit, non solum Vulgares, sed etiam eruditos aliquando decipiunt; alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum tolerantiæ facilitatem.

Hippo. lib. 1. *apho.* 20 quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere oportet.

Gal. in comm. Vbi igitur, inquit, vel integra iudi-

catio

catio facta est, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi verò indeficienter iudicatur, id, quod deficit supplere, nos conuenit: hoc autem, & ipse dicebat in lib. de humoribus per hæc verba: quæ perfectè iudicantur, non mouere medicamentis neque aliter irritando, nouare quidquam.

Lib. 1. *apho.* 21. quò natura vergit, eò ducere oportet per loca conferentia.

Gal. in comm. quænam sint ea, quæ ducere oporteat? nempè, quæ neque iudicantur, neque integrè sunt iudicata: hæc igitur per quam partem sint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationem, ad quem enim locum ex conferentibus vergit, eò ducere conuenit.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 7. Et non moueas in die paroxismi aliquid, quantùm possibile est tibi, neque cures febrem: & oportet, vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis, quod si fuerit fortis, & fuerit illud, quod vincit, sanguis, aut cum humore, qui vincit, sanguis, tunc phlebotomia est magis conueniens, & proprie cum vrina est rubea, grossa, non citrina, ignea, ex qua timetur apud phlebotomiam victoria coleræ, & acuitas eius.

Deinde fac sequi phlebotomiam solutionem ventris subtilem propriè si fuerit illic siccitas. deindè fac sequi ea, quæ prouocant vrinam, sicut syruppus acetosus, de duabus radicibus. deinde fac ipsum sudare, & aperi meatus cum illis, in quibus non sit calor fortis, sicut cum inunctione ex oleo camomellino, & fricatione cum vino albo, & aqua dulci tepida, & si fuerit febris acuta non inuenis excusationem ab inunctione, & embrocatione.

Quod si in primis inuenis humorem declinare ad stomachum, fac vomere cum eis, in quibus non sit diuersitas consuetudinis, sicut cum syruppo acetoso,

toſo, & aqua calida. quod ſi fuerit illic declinatio ad inteſtina,& ſenſeris rugitum,& deſcenſum fæcis, tunc adhibe quod ſoluat ventrem: multoties enim adiuuat ad expellendum materiam cum ſolutione naturæ, aut per vomitum, aut per vrinam aut per ſudorem, aut per omnia: quare fit ſtatim, vt ſanetur: & quandoque dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatem plurimam adeò,donec color eius fiat viridis, & fortaſſe conuertitur febris ad flegmaticam, & fortaſsè confortatur natura, & expellit materiam cum ſudore, & vrina, & fluxu ventris,& eſt ſanitas.

E cum poſtponitur flebotomia in principio ęgritudinis,non ampliùs eſt intentio, & fortaſſe interficit per aduentum debilitatis virtutis, & ſimiliter ſi times victoriam humoris, magis neceſſaria cautela eſt euacuatio.

Et ſi non eſt digeſtus,non moueas, niſi in principio, apud ſtatum verò non moueas aliquid, donec vincat natura, & digerat, & ſi ipſa non mouet, move tu hora motus eius, & ſi ipſa mouet, aut mouit, tunc dimitte eam, & operationem eius. & non agas cum euacnatione artis contrà partem euacuationis naturæ.

Hipp. lib. 4. apho.5. Sub cane,& ante canem difficiles medicationes.

Gal. in comm. Nam, & exuſta tunc natura noſtra non fert eam, quæ à medicamentis purgantibus prouenit acrimoniam: quarè plures quoque purgati hoc tempore incidunt in febres, & natura ob aeſtum imbecillis, magis ex purgatione diſſoluitur. ſed & purgatio hæc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinſecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores: ſicut enim balneæ calidæ natura aptæ ſunt obſiſtere purgationibus, ſic & calor œſtatis tunc præcipuè, cum ſe ipſo vehementior extiterit.

Lib. 4. aphor. 6. Graciles, & facilè vomentes purgare ſuperius, cauentes hyemen.

Gal. in comm. Hic addendum eſt (magis) magna enim ex parte graciles, ſunt bilioſi: ſi igitur hoc acceſſerit, vt ſint ad vomitum faciles, ſunt per ſuperiora purgandi, niſi obſtat hyems.

Lib. 4. aph. 7. Vomentes verò difficulter, & mediocriter benè carnoſos, per inferiora, cauentes Æſtate.

Lib. 4. apho. 8. obnoxios pthiſi ſuprà nè purgaueris.

Gal. in comm. ad ſuperiores, inquit, purgationes numquam tabidos duxeris, veritus ſcilicet inſtrumentorum, quæ reſpirationi obſeruiunt, imbecillitatem.

Lib. 4. apho. 9. Melancholicos autem pleniùs per inferiora, eadem ratione contraria apponentes.

Gal. in comm. Ventres inferiores melancholicorum oportet eadem ratione pleniùs medicati: quia vero ad inferiora declinat hic humor, non ſine ratione ipſum iubet per ventrem inferiorem euacuari, ſicut flauam bilim per ſuperiorem, cum ſit leuis humor & ſponte continuò fluitet, commune igitur ambobus eſt, vt educantur, quò vergunt per loca conuenientia.

Li. 4 aph. 10. Purgandū in valdè acutis, ſi materia turgeat eodē die, tardare enim in talibus malū eſt.

Gal. in comm. quoniam igitur, vel in toto corpore ſimilis huic fuerit naturę impetus, & ad excretionē ſuperfluitatum, vel ſi non in toto corpore, ſaltem in partibus principalibus. tale quid conſueuit Hippocrates, per verbum, turgere, ſignificare, & ſtatim per medicamentum euacuationem faciendam indicat prius, quam vel virtus vitiata fuerit, vel febris caliditas aucta ſit, vel ad aliquod membrum principale decubuerint ij, qui per corpus vagantur humores.

Lib. 4. aphor. 17. ſi quis febrem non habens abſtineat à cibo, & cordis morſū, & tenebricosā vertiginē

pa-

patiatur, & oris amaritudinem sentiat, purgatione indigere per superiora significat.

Gal in comm. Cardiogmos, idest cordis morsus, hoc est, oris ventriculi passio : scotodinos autem, id est, tenebricosa vertigo est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repentè destruitur, cum Ægrotus sibi tenebras circumfundi opinetur. fit autem hoc, ore ventriculi à malis humoribus morso; nam propter neruorum magnitudinem, qui ad ipsum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. hi autem casus sunt communes humorum omnium mordacem habentium naturam. os autem sentire amaritudinem, solius pallidæ, & flauæ bilis est opus. quarè rectè in huiusmodi, inquit Hippoc. significari, quod oportet purgari per inferiora.

Hippoc. aph. 19. qui à medicamentis purgati non sitiunt, non quiescunt, prius quam sitiant.

Gal. in comm. Cum Hippocrates dixerit, si à morbo cibum assumens quis vires non recuperet, pluri alimento corpus onerari significatur : quod si non assumenti cibum, hoc idem accidat, euacuatione indigere sciendum ; *Hoc dicit Hippoc. lib.* 1 *apho.* 8. (& ob hanc causam, cum deinceps de euacuationibus sermonem habuisset, nunc causam assignat, ob quã oporteat euacuare eos, qui post morbum non appetunt ; ac totius sermo ita ab ipso transigeretur; quod si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget euacuatione ; nam quæ relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens, quas accessarium est, tempore putrescentes, febrem accendere, cum omnis humor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionem, & deinceps necessariò ad putredinẽ conuertatur. quando autẽ, & locus calidus erit, in quo fuerit collectus, tunc & maximè, & celerrime putridus fit.

Hippoc lib 2. aph. 29. cum morbi inchoant, si quid

tibi

tibi videtur mouendum moue, in vigore verò quiescere, melius est.

Gal. in comm. Cur Hippocrates hoc consulat, sequenti indicat aphorismo: quod si ita coniungatur, talis erit sermo: cum morbi inchoant, si quid mouendum videtur, moue, cum verò consistunt, ac vigent, quiescere melius est: nam circa principia, & fines morborum remissiora sunt omnia, in vigore verò fortiora. oportet autem his adijcere verbum symptomata, hoc est, casus. dispositio siquidem, ex qua casus generantur, quam & morbum nominamus, non omnino in vigoribus est fortior: verùm in ijs, qui saluari debent, melior reperitur, quàm in morbi principio: in quibus etiam Hippocrates nunc consulit, vt quiescamus, in morborum initijs, si quid videtur, mouentes. nam in morbis exitialibus, non modò quando sunt suo vigori vicini, sed etiam in prioribus temporibus nihil mouere oportet, recordantibus nobis, quod deploratos non oportet attingere, sed relinquere, & morbi finem tantummodo prænunciare. circà initia verò illorum morborum, in quibus speramus, ægrotum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia: sunt autem hæc, maximè, venæ sectio, nonnumquam verò & purgatio, quorum neutrum oportet, morbo iam consistente, adhibere. vt in lib. de crisibus manifestauimus, coctiones morborum tunc maximè fiunt: vt igitur citius eueniant, melius est, in principijs euacuare, quo minorem iam factam materiam facilius natura possit concoquere: morbo autem consistente, cùm iam natura concoxit, superfluum est euacuare, cum propter alia, tum quia vis animalis maxima ex parte eo tempore est fatigata, licet quam maximè duæ aliæ vitalis, ac naturalis fortes persistant.

Galenus lib. 6. epid. comm. 2. suprà tex 30. Tantum illud nouisse satis sit, succos ad cutem vergentes per eam esse euacuandos: nam iterum ad inter-

na

na corporis reuulsio ipsis valdè longinqua est, & per ventrem, aut vomitum vacuentur: sed forsam me dicere putabis, numquam purgatione per ventrem in talibus vtendum esse: ego verò non id dico: nam in lib. de arte curat. in quibus corporibus per multa humorum copia est, ijs vtiles esse purgationes didicisti. prius quam enim redundantem materiam, aut venæ sectione, aut purgatione quis eduxerit, si calidis fomentis vtens ipsam discutere conetur, plus attrahet, quam per cutim euacuabit. sed cuti inhærentium succorum curatio prorsum per fotum, & calida medicamenta præstatur.

CAPVT XI.

De danda aqua frigida in febribus, & de tempore, regula, & animaduersione, & de qualitate dandæ aquæ; quibus sit vtilis, quibus incommodæ: potio aquæ frigidæ, & venæ sectio sunt maxima in febribus remedia continentibus: nullus perijt, cui Galenus propinauit aquam frigidam tempore opportuno: Aqua frigida semper est remedium febris, prout febris: quid sit obseruandam in danda aqua frigida: de nocumento aquæ frigidæ exhibitæ in pauca quantitate.

GAl *lib. 9 meth. med. cap. 5.* quod si curare aliquando infirmum cogeris, cui non solum ante à secandæ venæ remedium prætermissum est, sed nunc quoque, vel per medicorum ignorantiam, vel ipsius laborantis, propinquorumue eius timiditatem procedente tempore mittere sanguinem prohibueris, ad frigidam exhibendam accedes, sed diligenter antè discernens, quantum ex ea nocumentum contingere possit: nam si id aut exiguum erit, aut nullum, offerenda potui est, quę prorsus sit geli-

gelida quantum ægro libet; quin immo id audebis, si frigidæ potioni insueuerit; sin maguum timetur incommodum, ab hac quidem abstinendum, atque alijs auxilijs, quibus obstructio eximatur, & abundantia euacuetur, & febris feruor deferueat, vtendum.

Porrò incommoda, quæ frigidam potionem intempestiuè, immodice que exhibitam sequuntur, in his consistunt, quod lentos, crassosque humores, siuè hi obstructiones, siuè putredinem, siuè phlegmonem siuè qualis erysipelas, aut scirrhus, aut oedema est, affectum creauerint, attenuari; digerique prohibet. ergo quoties ex his febris accenditur, atque ad eos euacuandos frigida data non conducit, ad præsens quidem non paruum affert leuamen, propterea quod iam accensam febrem extinguit; verum cum causa eius adhuc perstet, aliam denuò accendi est necesse, atque ea, quæ præcessit, nonnumquam difficiliorem, proprereà quod densatum ex frigida corpus est. atque hæc vna noxæ species est minimè contemnenda; altera talis est, multę laborantis imbecillæ particulæ, siuè ità se ex naturali intemperie habeant, siuè ex vitio ascititio, à frigida lœduntur; alij namque gula adeò vehementer est affecta, vt vix deglutiret; alij ventriculus sic, vt vix concoqueret; alij ipsum Ventriculi os, aut iecur, aut cor, aut pulmo, aut septum tranuersum, aut renes, aut tale quidpiam aliud ex frigida perculsum ad proprium opus infirmum est redditum nonnulli autem ex intempestiua immodicaque eius potione non multo interposito tempore, neque postmodum, sed illicò difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore corripiuntur: ac toto, vt semel dicam, neruoso genere lœduntur; nec ignoro, quod formidolosum te ad frigidam offerendā ex ijs, quę memoraui, rederem, nisi à me vsum subinde vidisses, semperque cum successu, nec ægrum in vllo manifeste lœsisse.

Qui-

Quibuſcumque enim in principe particula tumor aliquis è phlegmones, ædematos, aut ſcirri ge nere conſiſtit, ijs frigidam offerre non oportet, ſed nec ijs, quibus obſtructio, putriduſue humor nõ cõcoctus incõmodat. quod ſi euidentes percipis abſq; iàm dictis tumoribus concoctionis notas, illud dũta. xat æſtimabis, ſit ne pars aliqua temperamento adeò frigido, vt in hac noxa procumbat. porrò eryſipelas, quod verum eryſipelas ſit, non aliter ſanaueris. at ſi miſtum cum phlegmone ſit, in hoc cõcoctionis humorum expectandæ ſunt notæ, &c. cum ergo concoctionis humorum notas videris, audacter frigidam dabis; quippè ſolidarum animalis partium natura roborata prætenuatos iam humores aggreditur, ità vt, qui vtiles ſunt, atque ad nutriendum habiles, hos quidem ad ſe trahat: inutiles verò per ventrem, vel per cutim eijciat; quod ſi etiam frigidæ aſſuetus æger fuerit, magna cum fiducia frigidam exhibebis, ipſa ſcilicet experientia doctus, omnia viſcera eius occurſum familiariter tolerare, &c.

Maxima verò continentium febrium remedia hæc duo ſunt, detractio ſanguinis, & potio frigidæ; verùm illa nullo non modo tempore, modo vires ſuſtineant: hæc cùm & in pulſu, & vrinis concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem eſt maxima.

Galenus lib. 1. *de rat. vict acut ſup tex.* 43. Nempè ſi Hippocrates ſitientibus oximel frigidum aliquando exhibebat, quod & aquam daturus ſit, eſt manifeſtum, quamuis ſiquidem non prorſus de frigidæ potione id præceperit, verum tamen dogmata ſequitur ipſius, vtpotè quod febrem ex natiuo calore igneſcente ſuſcitari exiſtime, atq; contraria contrariorum eſſe remedia.

Cùm autẽ ignis tùm calidus, tũ ſiccus natura ſit, atq; ob id etiam febris: ſanè aqua febris naturæ ad-

uersissima est, corpus tum refrigerans, tum humectans: & sanè ab ea, si tempestiuè detur, febres protinùs extingui videntur; cum ergo febris fuerit, constante virtute, tunc non solum non offendes dans frigidam verum, & iuuabis abundè: potio autem frigidæ huiusmodi tanta sit, quantum frigidę aquæ aeger inspirando haurire possit. &c. ad febris extinctionem frigida assatim, atque ad laborantis vsque satietatem bibitur: quę enim ità bibitur aqua sanationis gratia bibitur. oximel verò æstate datur frigidum, ne laborantis adaugeat sitim: immò, vt aduersus etiam contrarium conferre possit. ob eas etiam causas frigidum oximel autè morbi coctionem dari iubet; quasi frigidam aquam ad satietatem vsque eius in affectione dare aestate haud quaquam debeamus; densat siquidem inflammationem, si ex ea febricitent, crudosq; refrigeratione reddit humores, vbi ex ipsis morbum contraxerint, sed ab oximellite reducuntur, quod secandi vim habeat, nempe quod secat, penetratque, id spissanti, cogentique corpora est contrarium.

Gal. lib. 4 de rat. vict. acut. super tex. 12. Prętermissa itaque videbitur præcipua causorum sanatio: frigidæ scilicet potus, quo causos perpetuò curauimus, nullo ex his moriente, quibus frigidam propinauimus in tempore opportuno, sed fortè quispiam me asserere putabit, nullum ex ijs, qui causo laborant, moriturum, qui aquam tempestiuè biberit; quam quam id non asserui, sed, quod omnibus, quibus propinaui, cùm adeò multi extiterint, vt numeri non meminerim, successit auxilium, & salus; quo fit idem non est, vt si diceres, causo laborantes omninò, si frigidam biberint, seruandos, nam qui pernitiosè, insalubriterque habent, eos neque per aliud quidpiam, neque per aquam seruari est possibile: quibus neque ministrare sum conatus.

Gal. lib. 11 *meth. med. cap.* 9 *in fine* Ostensum præ-

præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium: quod verò ad alia spectat, nõ semper: veluti cum ex obstructione glutinosorum, & crassorum humorum putredo oritur.

Lib 9 meth med cap.16 Ac dictum quidem prius est, vbi de frigida exhibenda præcipimus, illud quoque ex ijs vnum esse, quæ considerandа tum essent, numquid particula quæpiam, cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potione posset. &c. si enim anteà per sanitatem quispiam frigidam perpetuò biberit, neutiquam, nec iecore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium offenso, planum est, & valida illi esse hęc omnia, nec nunc a frigida lædenda. non est igitur, quod paruum quiddam, atque ad spectandum leue ad inuentionem remediorum consuetudinem existimemus: veluti nec ad sanitatem tuendam. nemo igitur adeò est stupidus, vt magnoperè ex frigidæ potione loesus, hanc in diutinum vsum duxisse velit; propterea quod lęsus interim, atque ab ea euidenter ęgrotans omninò abstinebit &c. videtur enim non sicut alia quædam, exiguam, leuemque, sed maximam, ac maximè principalem vim habere: vt quæ singulorum corporum naturam ostendat; sane ipsi via, rationeque ab ea procedentes fatemur, nos partium affectum inuenire: deinde ex illo rursus ad faciendorum indicationem venire. &c. vndè si frigidæ quoque exhibitioni consuetudo citrà methodum satisfacit, nec nos profectò experientiam fugimus: immo omnem, quam illi, vtilitatem ab ea capientes, etiam extrinsecus præter hanc adijcimus, qui saltem sumus eam, quæ à rerum natura suggeritu, rindicationem. &c.

Siquidem cum sœpè iam vidimus, non paucos ex ijs, qui febribus ardentibus premerentur, cum iam concocti humores essent, statim ex frigidæ potione à febre liberatos, quamuis ei potioni parum assueti

fuissent, multo arbitror magis in ijs, qui assuerunt vtilitatem fore citrà noxam vllam sperabimus.

Cornelius Celsus lib. 1. in proemio ferò in fine. Refert, Cassium ingeniosissimum medicum febrienti cuidam, & magna siti affecto, cùm post ebrietatem eum premi cœpisse, cognosceret, aquam frigidam ingessisse, qua ille epota, cum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno, & sudore discussit. Quod auxilium medicus opportunè prouidit, non ex eo, quod aut strictum erat corpus, aut fluebat, sed ex causa, quæ antè præcesserat.

Aetius lib. 5. cap. 89. refert historiam cuiusdam mulieris interno erysipelate laborantis, ac semimortuæ, quæ potione aquæ frigidæ mirabiliter sanitati fuit restituta.

Alexander Trallianus lib. 12. cap. 2. ego sanè noui, aquam me frigidam alicui dedisse, qui erysipelate infestaretur, ardentique, & continua febre laboranti, ac vehementiam febris restinxi, periculisque eripui.

Auicennas lib. 4 f. 1 t. 5 c. 7. & non prohibeas ei aquam frigidam, nisi fuerit humor, qui est in eo crudus, & grossus, tunc enim prohibet digestionem &c. humoris autem colerici digestio est, vt conuersus a subtilitate fiat spissus. & aqua quidem frigida facit illud, nisi sit stomachus, aut hepar debile, aut frigidum, aut sit in visceribus apostema, aut sit in visceribus dolor, aut sit complexio eius pauci sanguinis, aut caliditas eius innata debilis, quare debilitatur post potum aquæ frigidæ, aut si non sit assuetus potare aquam frigidam, sicut illi, qui sunt de regione calida, illi enim spasmantur velociter, & associatur eis singultus, & extenuatus est de hac sũma. vbi autẽ materia calida, aut grossa iã digesta est, & corpus est carnosũ, & caliditas innata exuberãs, & virtus est fortis, & viscera sana, non frigida: eorũ complexio radicalis non insueta aquæ frigidæ, immò

assue-

assueta aquæ frigidæ, valdè tũc aqua frigida est melior res: multoties enim adiuuat ad expellendam materiam cum solutione naturæ, aut per vomitum, aut per vrinam, aut per sudorem, aut per omnia illa quarè fit, vt statim sanetur, & quandoque dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatem plurimam, donec color eius fiat viridis.

Hipp. l. 3. de rat. vict morb acut. tex. 40. Aquę quę in acutis bibitur, morbis, nullũ sanè habeo, quod illi concedã officiũ, neq; enim in peripneumoniis tussim sedat, neq; sputũ educit: immò cæteris minùs, si quis aquæ potione prorsus vtatur. Verum si oximel, & mulsam aquæ instilletur, ob qualitatis transmutationẽ sputũ educit, nẽpè intus inundationẽ quamdã parit: alias neq; sitim sedat, sed amarescit: nẽpè ei, quĩ suaptè natura bilioſus existit, ea est *bilioſa*; hyppochõdrio præterea est infesta, malaq; atq; etiã pessima, bilioſissimaq; & vires labefactat, vbi in vacuitatẽ venerit, adde, quod lienẽ auget, iecurq; vbi inflãmata sunt, fluctuatq; & innatat: tardè siquidẽ meat, quã subfrigida, & incortibilis sit. neq; alnum deijcit, neq; vrinas mouet, atq; ex eo quoq; nocua est, quod stercoris suaptè natura expers sit; quam si pedibus frigentibus aliquando quis biberit, ea his omnib. multo magis nocebit ab quouis eorum venerit.

Gal. in comm. Neque incidendi vim habet aqua, vt acetum, neq; calida est vt mel, quod sanè non calfacit modò, verum quoq; & detergit, secatq; tardè igitur iure optimo meat aqua, difficulter cõcoquitur atq; ægrè descendit, quamquam alioqui, & optima est, & culpa omni vacet, &c. ea autẽ pessima est, & omni aliena qualitate destituta. hæc igitur quãquã optima sit, multo tamen tẽpore in ventriculo manet, fluctuationesq; plurimùm parit; quo fit, vt cum bilioſus ventriculus fuerit, corrũpatur, & illa præterea, cùm ex ventriculo ad ieiunum intestinũ ægrè perueniat, non facilè distribuitur, neque in hepar, &

minus in renes, & thoracem, & pulmonem, quo fit, vt neque vrinas mouere nata sit, neque sputum educere, immò neque per totum corpus molitur transpirationes: neque prætereà sitim sedat, quod in amplis tum Ventris, tum inteſtinorum animalis instrumentis plurimo meat tempore: neque prorsus imas ipsorum penetret partes, neque ariditatem humectet, quod autem non alat, anteà est dictum. quo fit, vt neque facultatem vitalem roborare possit. &c. etiam Erasistratus dicebat, fortes tùm ciborum, tum potuum facultates, tempestiuè quidem assumptæ, maximum inuamentum: intempestiuè verò, maximam offensam afferunt.

Videtur maxima contradictio in exhibitione aquæ frigidæ: *nam Galenus lib 9. meth. med cap. 5. & lib. 1 acut. comm. 43. & lib. 4 acut. comm. 12. lib. 11. meth. med. cap. 9. lib 9 meth med cap. 16. Corn. Celsus lib. 1. in proemio. Aetius lib 5 cap. 89. Alex. Trall lib. 12. cap 2. & Auic. lib. 4. f 1. t. 2. cap. 7.* in omnibus his locis aquæ frigidæ potionem in febribus maximum esse remedium asserunt.

Hippocrates verò, & Galenus lib. 3. de rat. victus acut. tex. 40. vituperant aquæ frigidæ potionem.

Hæc contrarietas conciliatur, quòd quando laudatur potio aquæ frigidæ, laudatur, vt medicamentum, & in magna copia. quando vituperatur potio frigidæ, vetupera-tur quando ratio-ne potionis, & in pauca quantita-te assumitur pro vi-ce.

CAPVT XII.

De danda aqua mulsa. quod mel sit vtilissimum frigidis morbis, calidis verò aduersissimum: aqua mulsa sputum educit, & pulmonem emollit: meracior aqua mulsa transit in bilem: De vtilitate oximelliris simpl. & cum radicula: in phlegmone ventriculi, & aliorum viscerum non conuenit aqua mulsa quia in bilem transit.

Hippoc. lib. acut. tex. 9. Mellicratum, ideſt aqua mulſa per totum morbum in acutis epotà paite plurima tum pichrocolis, tum his, quibus tumefacta ſunt viſcera, minus, quam non huiuſmodi idonea.

Gal. in comm. Nam ſi aeger acuta febre laborat, neque tum in thorace, tum in pulmone fuerit morbus, vireſque valuerint, & morbus quintum vltra diem ſe ſe prorogaturus non ſit, aqua mulſa ſola epota abundè ægro ſufficere poteſt, cæteris quidem omnibus in morbis huiuſmodi eſt conuenientiſſima; ſed picrocholis minus propitia exiſtit: nam in ipſis bileſcit, niſi prius, vel inteſtina, vel veſicam pertranſierit, quæ ſi pertranſierit, non ſolum nihil lædit, verum quoque & maxime iuuat; nam ſecum biliosa deducit excrementa: hac ſanè cum ratione temperaturam quoque ipſius demonſtrauit, nempè inhuiuſmodi naturis dilutior exhibita mulſa confert: neque enim hoc pacto ſiticuloſa exiſtit, neq; bilem generat. vt autem picrocholis, ita quibus ex affectu aliquo intumuerũt, ſiue ſcirrhũ, ſiuè phlegmonẽ, ſiue œdema nacta sũt, idoneã eſſe negat. mala ſiquidẽ in his, quod citò pertrãſire viſcera ipſa nõ poſſit, & facilè b leſcat, pręſertim q; in phlegmone propter caloris magnitudinem; in cęteris autẽ, qui præter naturã sũt, tumoribus, minus detrimenti affert.

Gal.lib. de marcore c.vlt. Mel verò frigidis quidem affectionibus vtiliſſimum eſt,calidis autem eſt maximè nocuum; ita ergo ſe habet quoque mel in ijs,qui obnoxij ſunt,vt à iam dictis marcoribus corripiantur; nam in torridis inimiciſſimum eſt, ijs autem, quibus ſenum affectio imminet, vtiliſſimum.

*Hippoc.l.3.acut tex.*10.Porrò,& ſiticuloſa minus, quam dulce vinum exiſtit, nempè, & pulmonem mollit,& ſputum mediocriter educit, & tuſſes mitigat; habet etenim vim quandam extergendi, quæ plus quàm mediocriter viſcoſum facit ſputum.

*Et tex.*13. Mulſa præterea,quæ dilutior eſt,ſputum educit magis,pulmonemq; lenit. meracior verò ſpumoſa excrementa,atque plus, quàm cõuenit, valdè bilioſa,calidioraq; quàm dilutior,agit magis.

*Gal in comm.*Mel in acutis morbis bileſcere,atq; ob id nobis afferre moleſtiã,anteà dixi, ac pręterea tardè penetrare atq; in hyppochondrijs diutiùs morari,atque ob eas res fugiendam, at quod ex vtriſq; miſtum ſit,conuenientior redditur:quando ea conſtat temperatura,qua aquæ plurimæ tantùm mellis permiſtum fuerit, vt viam aquæ paret, & ad diſtributionem agat. nempè ita temperatis, vrinæ faciliùs penetrabunt, ocyùſque ſputum educetur,quod ſi mellis plurimum admiſtum fuerit, ſitim facit, & viſcoſum reddit ſputum, atque ob id eas res aquoſior mulſa,tùm ad ſputi eductionem, tùm ad penetrationem vrinarum idonea magis exiſtit;meracior verò ad ventris deiectionem, &c. adde quod, & in bilem flauam tranſiens ea occaſione bilioſorum excrementorum copiam ſimul adauget, quo fit, vt ipſius vſum non laudat Hippocrates. horum igitur non immemor, cum vel ex mulſa epota, vel abſque ipſa quis ſpumoſa ſimul,& ſincerè bilioſa deiecerit,tfebrem ſciueris eſſe,quę liquefaciat,atq; ob id ab vſu mulſæ abſtineto, atque in ptilanæ

cre-

cremorem diuertito, signum quodpiam coctionis morbi, quantumuis momentaneum, ex vrinis obseruans. nam si tunc frigidam dederis, maximo eris præsidio.

Gal. lib. 8. meth med cap. 2. siue ex Ventriculo per vomitum educere mediocrem pituitam, velis, nihilominus mulsa vtilem ptisanę cremorem experieris: additum tamen indictione est (mediocrem) quoniam si, & vehementer glutinosa, & crassa pituita sit, hanc radicula ex oximellite, non mulsa, aut ptisana detergere est habilis: est sanè, & mulsa ad omnes antedictas expulsiones idonea, verum nec sitim restinguit, vt ptisana, & in amara bili abundantibus naturis facilè vertitur in bilem. optimum verò, vt prædiximus, in eiusmodi temperaturis nutrimentum est ptisana, proximum ab hoc alica.

Lib. 11. meth. med cap. 19. ad Ventriculum verò, iecur, & lienem, si quando phlegmone sint vexata, nel mulsa ipsa est vtilis, quoniam illicò in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat. excrementa verò vt cum vrinis excernantur ijs medicamentis, quæ vrinas mouent, promouebis: non secus, quæ in pectore, & pulmone continentur tussi, per ea scilicet, quæ hanc moueant, vacuabis. porrò in opere de medicamentis cuiusque materiam didicisti, non eorum modò, quæ iam comprehensa sunt, sed etiam, quæ cerebri, membranarumque eius superflua per nares emittunt.

CAPVT XLII

De lacte, lactis sero. de bonitate, lactis, ad quos affectus conferat, lac non in aere tenendum: de sero lactis de vsu, & vtilitate seri; & eius facultate: quid præstet serum calybeatum, ad quos affectus valeat lac constat ex tribus substantijs & de temperatura cuiusque substantiæ: serum calybeatum præbetur acribus deiectionibus, & de additione mellis vel salis in sero: si infans sugat malum lac, toto corpore vlcera scatent: lac non confert caput dolentibus sticulosis &c. quibus morbis, & naturis conueniat: lac optimum physicis: confert difficultatibus intestinorum biliosis: lac Asinæ coctum confert febribus ardentibus.

Galenus lib 10 de simpl. med. fac. cap. de lacte. Lacte bifariam vtimur, partim, vt cibo, partim, vt medicamento. igitur lac saniſſimum, veluti etiam sanguis, purum, sincerumque est: tale ad acres, & mordaces fluxiones est vtiliſſimum, non abluens tantummodo eas à partibus affectis (est enim id illi cum aqua commune (sed & corpora illinens, vt non in nuda cadat; quod defluit: nec in hoc dum taxat aquæ præstat, verum etiam quia colluit, vt pote extergentem in seſe humiditatem continens: secum id, quod colluit, diluitque corpora: rel quo autem, quod craſſum, pingueque est perillitur, non aliter, quam pinguedo, adeps, atque oui albumen, & ceratum ex oleo eloto, ceraque confectum, nam & hęc ab acribus saniebus natas mordicationes mitigant, corpora scilicet illinendo.

Porrò cum lac omnium facilimè alteretur, præsertim, si ambiens fuerit calidum, multum à dicta facultate amittit, nisi protinùs quis ab vberibus calido etiam nùm vtatur. &c.

Et

Et eodem lib. 10 *de simpl. cap de sero lactis*. at serum, vt dictum est, extergendi potentiam possidet, adhibeturque subducendi ventris gratia, ac per clisteres injicitur extergens, & abluens sine mordicatione intestinorum acrimoniam præterea si quis vlcera, quæ sanie infestantur acri, vice aquæ sero colluat, optimè, saneque fecerit. præterea quæcumque medicamenta digerere solent ecchymomata, & atra, ea præstat sero, quam aqua abluere: sic etiam co vtimur ad sugillata, & hypposhagmata, peculiaribus ad hæc medicamentis commiscentes.

At caseosum illud, & crassum ipsius lactis magis illitum adhæret, & eo nomine acrimoniam retundit magis: porrò vbi aliam quampiam dessicantem facultatem habuerit adiunctam, optimum est remedium dysenteriæ, & omnium ventris acrium fluxionum. eam accipit à lapidibus, qui prædecocto ipsi injiciuntur igniti: & lac eousq; decoqui debet, dū pleraque seroſi in eo humoris absumpta pars fuerit. at nos injectis ferris in ipsum cilyndris cādētibus eandem, aut etiam meliorem facultatem efficimus: nam ferrum adstringentis quoque, vt dictum est, facultatis est particeps. &c.

Porrò lac totum ad acres fluxiones oculorum, tum per se, tum cum mollium collyriorum quopiam est vtile. quin etiam palpebris extrinsecus, vbi quis ophtalmia laborat, somno sesedabit. impositum simul cum rosaceo, & ouo phlegmones eorum concoquet. sed hoc esto lac mulieris ex mammillis recens expressum: infundimus ipsum & vtero vlcerato, tum per se, tum ijs medicamentis commiscentes, quibus misceri potest, vtique citrà morsum curantibus. & vbi in sede vlcera mitigamus, præ saniei acrimonia dolentia, aut phlegmonas, aut stolidas perpetientia, sic & ad vlcera pudendorum vtimur, & ad omnia, quæ leniri postulant, siuè ob phlegmonem, siuè ob nitorsum, siuè ob malignitatem: ea propter.

& cancrosis applicatur vlceribus, medicamentis anodynis mistum.&c.sed & tousillas,&collumellam & antyades phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde synanchem,siuè anginam.

Gal lib.4 de simpl.med.fac cap.17. cœterùm lac, & si gustu sit dulce,tamen ex se se numquam amarum efficitur: vincitur enim in eo à frigore magis càliditas, quàm ipsa vincat, proinde etiam repositum acescit.

Ex tribus enim substantijs qualitate dissidentibus constat prima quidem crassa,ex qua caseus conficitur,altera pinguis,ex qua butyrum: & tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verũ ex his pinguis,quidem vel maximè temperata est:crassa verò pauculũ ab ea declinat.at excrementum illud serosum,& frigidum, & humidum est. &c. proindè sanè lac, vbi cruditatem in ventre perpetitur,duplicem suscipit alterationem: in frigidiore namque ventre acescit, in calidiori nidorosum, amarumque efficitur.

Gal lib.3.de natural facult cap. 15. quod si quis lac prius elixando, serum omne consumpserit, nihil prorsus subducet,iniectis vero lapillis ignitis tantisper, dum serum omne consumatur, præter quam quod sic paratum aluum non subducit,cõtrariũ etiã efficit,ipsumque ijs exhibemus,quibus venter acriũ excrementorum demorsu infestatur: idipsum autẽ efficiunt nõ minus,quam lapilli,aut etiam efficacius ferri orbiculi igniti. facilè tamen lac sic paratum in ventriculo in caseum cogitur: ob id mel illi,& salẽ admiscemus,quin & aquam etiã effundere securius fuerit. &c. quo circà rarò in ventriculo cuiusquam coagulatur,si statim, vt mãmis excidit calidũ fuerit epotũ: quod si sal,&mel adijciãtur,fieri nõ potest,vt ipsũ in vẽtriculo cõcrescat, ac coaguletur;eandẽ ob causã magis per aluũ deijcitur, vt quod serũ multũ habeat,à quo lac omne facultatẽ accipit deiciẽdi, vt à serosa substantia,sistendi. quantum verò serum ab

alia

alia lactis natura succi bonitate superatur, tantò alia omnia, quæ ventrem deiciunt, superat: tantum autẽ mellis optimi ei est iniiciendum, quantum suaue citrà stomachi euersionem sentiatur. pari modo, & salem ea mensura inijcias, quoad gustum non offendat. quod si ipsum magis subducere velis, salis quam plurimum inijcias. &c. Nam lac quidem, quod vitiosi est succi, non adeo succum probum gignit, vt malo succo vrentium corpora impleat: cui rei argumento fuit infans, qui cum priore Nutrice mortua, alterius praui succi lac suxisset, totum corpus multis vlceribus habuit refertum: vtebatur autem secunda hæc Nutrix in agro syluestribus oleribus, propter annonę caritatem, quæ veris tempore acciderat: vnde, & ipsa huiusmodi vlceribus scatuit: vidimus, & alijs per multis mulieribus, infantes nutrientibus id temporis accidere; atque etiam, si capræ, aut alterius animalis cuiuspiam scamoniam, aut tithy malum, depasti lac, cibi loco, quis sumpserit, omnino aluum fluere. &c. lac igitur, quod seri habeat plurimum, & si semper eo vtare, nihil penitus afferet periculi. &c. thoracis autem, ac pulmonis partibus lac omne est vtile: capiti verò, nisi sit admodum firmum, non est accommodum, vt nec hyppochondrijs, quæ leui de causa inflantur: in plurimis enim in Ventriculo vertitur in flatus, suntque pauciſſimi, quibus id non accidat. si vero cum aliquo eorum cibariorum, quæ crassi sunt succi, diutiùs chixum fuerit, flatuosam quidem naturam deponit, sed iecur magis obstruit, & calculos in renibus promptius gignit. &c. quod namque eius seroſum est, succos crassos tenuat, & aluum subducit: quod vero caseosum est, aluum sistit, & succos crassos gignit.

so *Hippoc. lib. 5. Apho.* 64. Lac dare caput dolentibus malum malũ vero, & febricitantibus, & quibus hypochondria suspensa murmurant: & siticulosis

ma-

malum autem, & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt conuenit autem & tabidis dare, qui non valdè multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

Gal. in comm. quod lac facilè alteretur, & quod duplicem habeat alterationem: quando multo adhęret calori, ſtatim in nidorem abiens: quando autem pauco, citò aceſcens: ſic & in ſanis in ventriculo quidem frigidiori prorſus aceſcit: in calidiori verò in nidorem abit.

Galenus lib de bonitate, & vitio ſucci cap. 4. poſt medium. Lac quidem optimi eſſe ſucci ab omnibus medicis ſcriptum reperitur; atque ideò ſunt, qui ex ſtiment, quibus vlcus in pulmone fuerit, poſſe ſolo huius vſu ſanari, dumtaxat ante antequam id & calloſum fiat. muliebre porrò lac, vt familiare, eiuſque nobiſcum naturæ, cœteris præferunt, ad tabifi-cos affectus, cùm alij quidam medici, tum verò Euriphon in primis, & Herodotus; atque ita affectos præcipiunt mulieris mammam infantium ritu exugere, quoniam, vt mammis primum excidit, proprię facultatis nihil deperdit.

Hippoc lib. 7. de morb. vulg ferè in principio. Ad æquinoctium autumnale Eratolai puer inteſtinorum difficultate cum febre correptus eſt, alui recrementa bilioſa erant, tenuia, multa, & aliquantulum, ac modicè cruenta; Ventris verò dolor vehemens; epoto autem ſero, & lacte candentibus, calculis immiſſis incenſo, dolores mordaciores euadebant, & deiectiones ſubcruentæ, verum bilioſæ comitabantur, crebræ erant ad deiciendum exurrectiones, minore tamen cum dolore; epoto per duos dies lacte aſinino cocto ad nouem heminas atticas, bilioſa purgatio vehemens extitit; doloreſque ceſſarunt, & ciborum appetentia obortа eſt.

Hip-

Hippoc. lib. 4. *de rat. vict. acut. tex.* 6. in febre ardente, si os amarum sit, vomere confert, & ventrem subluere.

Gal. in comm. Bilis amaritudo amarum os reddit; nempè communem, vnamque efficiunt tunicam & quę Ventri interna est, & omnis ea, quę os subiungit. non ergo sine ratione sermonis huius scriptor bilem tum per vomitum., tum per clysterem euacuat.

Textu verò 7. Verùm si ad hæc non aperiatur, lacte Asinæ cocto purgabis.

Gal. in comm. quod omninò quidem eam, quę in ventre est, bilem vacuare præcipiat, timeat autem purgantia medicamenta, quod, & acria, & calida prorsus existant, ob id ad lac asinæ diuertit, vt potè, quod nullam, vt non aliud vllum habeat acrimoniam, sed prę omnibus vnum humiditate exsuperet, atque ob id solum ventrem subeat; percoquit autem ipsum ob flatus. Sed sanè solo vti sero poteris, per oxiclli ipsum, vbi lac antè coxeris, separans.

CAPVT XIV.

Quomodo fiant morbi: quomodo morbi curari debeant: morbi qui a fortissimis partibus nascuntur, magni sunt.

Hippoc. lib. de natura humana cap. 2. morbi autem fiunt, ij quidem à victu, ij verò a spiritu, quo viuimus, dum introrsum fertur. *Ita Gal confirmat lib* 1. *epid. comm.* 2.

Hippoc. lib. 1. *de morbis.* Morbi igitur omnes oriuntur partim quidem ex his, quæ in corpore insunt, pituita, bile; partim verò ex his, quæ extrinsecus obueniunt laboribus, & vulneribus, quin, & a calido

lido

fido ſupra modum calefaciente, & frigido ſuprà modum refrigerante, & ſicco plus æquo exiccante, & humido plùs æquo humectante.

Hippoc. lib. 2. de natura hum tex. 4. & curationem facere oportet per ea, quæ contraria ſunt occaſioni morbi, & per mutationem victus. liquet enim, quod ea, quibus homo vti in victu conſueuit haud commoda ſunt, vel omnia, vel plura, vel quod vnum ipſorum, ea oportet, vbi didiceris, immutare, & habita nimirum ratione aetatis hominis, & formæ, & tempeſtate anni, & modi ægritudinis, curationem adoriri, & interim quidem ſubtrahendo, interim vero apponendo ſcilicet ad ſingulas ætates ſpectando, & anni tempeſtates, & formas, & ægritudines: quin & dirigere medicatione, & viuendi forma; cum vero morbus vnus populum inuaſerit, planum eſt, quod, quæ ad victum ſpectant, minimè ſunt in cauſa, ſed id quidem, quod inſpiramus, neque eſt obſcurum, quod hoc quidem morboſam quandam excretionem habere poſſit: per hoc igitur tempus hominem ſic commonefacere, opus eſt, victum quidem minimè eſſe immutandum, quoniam ſanè non eſt morbi cauſa. à cibis, & potionibus, quibus vti ſolebat, paulatim ſubtrahendum: ſi enim celeriter viuendi formam immutaris, metus eſt, ne quid etiam noui in corpore per mutationem fiat, ſed hoc, quod eſt, ei commodo victu vtendum, ſcilicet ſi hominem nulla iniuria afficere apparet.

Et eodem lib. tex. 5. quicunque autem morbi à fortiſſimis corporis membris fiunt, ij grauiſſimi ſiunt; etenim ſi in ea parte maneant, in qua vitium habuere, neceſſum eſt, laborante fortiſſimo membro turbari corpus vniuerſum: & ſi perueniant à fortiſſimo in imbecillius quiddam, difficile ſoluunt; ſed quicunque ab imbecillioribus veniunt in fortiora, ij ſolutu faciliores; influxus enim facilè a robore excluduntur.

CA-

CAPVT XV.

De Balneis vtendo: quando in morbis conueniant ea, quæ prouocant vrinam, vel ſudorem, & quando balnea conueniant: quando febris non ſit ex bile, multa aqua calida capiti ſuperfuſa febrem ſoluit: in quo morbi ſtatu conueniat balneum, & quibus morbis.

Galenus lib.4, de ſanit.tuenda cap.5. Ea, quæ prouocant lotium, vel ſudorem, vel etiam balnea in febribus, vel in inflammationibus, vel in alijs morbis ante concoctionem non conuenire: ratio eſt, quoniam non conuenit, quæcumque ſuccos crudos in totum Corpus augere poſſunt, ante morborum concoctionem mouere. *Ita Galenus lib.1. apho, comm 22.*

Auicennas lib.4.f.1.t.2 cap.7. & fac ſequi ea, quæ prouocant vrinam, & ſudorem, & aperiunt poroſitates Corporis.

Hippoc lib.7.apho.42. Si febris ſit ex non bile orta multa aqua calida capiti ſuperfuſa, febris ſit ſolutio.

Gal. in Comm. ex hoc ſermone manifeſte declarat, non omnes febres ex bile fieri, oſtenditq; etiam, quod reliquæ omnes, exceptis, quæ ex bile factæ ſunt, aqua multa capiti ſuperfuſa ſoluuntur.

Secundum hunc ſermonem igitur, in primo libro eidem: de Melitone ſcripſit: balneis vſus ſupra caput; febres ſiquidem, quæ ab exuſtione, ac frigiditate factæ ſunt, à talibus balneis vtilitatẽ ſentiunt, nec minus, quę ex laſſitudinibus fiunt, & quę propter foraminũ anguſtationem, ſiuè propter obſtructionẽ, ſiuè per clauſuram fuerint anguſtata reſpirare ſiquidem peripſa oportet, & diſſolui calorẽ febrilẽ; nõ tamen vbi inflammatio aliqua, aut abſq; inflãmatione humoris putredo igneum calorem accenderit

balneæ

balneæ vtiles sunt, antè quam humores noxij euacuentur, aut concoquantur.

Auic lib. 4 f. 1 t. 2 cap. 21. Balneum enim antè concoctionem facit descendere flegma indigestum, propter illud, quod effunditur ad locum putredinis, & permiscet humores.

Gal. lib de marcore cap. 7. dum agit de marcoribus, qui balneo, & aquæ potu curantur. itaque febres, quę ex putrescentibus humoribus accendũtur, balneum remedio est, si post humorum concoctionem adhibeatur. hecticis vero, quæ solę sunt, nec vllam aliam implicatam habent febrem, omni tempore lauacrum idoneum est: si vero implicentur alicui ex ijs feb ibus, quas humores putrescentes excitarunt, tunc est idoneum, cùm iam humores fuerint concocti; eadem quoque propemodum esse frigidę potionis exhibendæ tempora censendum est: verum si in hac aberrare contingat, cum magno fit detrimento; balnei vero vsus in prædictis febribus periculo vacat, nisi fortè virium adesse debilitatem suspiceris. & sanè nos plerosque, quibus marcor aduertebatur imminere, his præsidijs curauimus &c. & in fine capitis. sed, vbi eadem febris per se nulli alteri implicata fuerit, balneum requirit, sicut omnes aliæ siccitates, siuè frigidæ, siuè calidæ extiterint. etenim, & hoc mirabile habent balnea, quod & calidas, & frigidas siccitates iuuant. quemadmodum & hoc, quod non sitientibus sitim accendunt, & sitientibus eandem tollunt. quod autem hæc efficiat balneum, clarè etiã nulla adhibita ratione perspicitur: cognouimus enim eos, qui à sole, & ex itinere calefiunt, & exsiccantur, vbi loti fuerint, admirabili quodam modo, tùm humectari, tùm refrigerari, nihiloque his minus, illos celerimè calefieri, qui ob vehemens frigus calefactione egent. iam verò, qui ex itinere, & sole sitiunt, non ampliùs, vbi lauerint, sitiunt: verum hos multoties, illos semel lauasse oportet.

Lib.

Lib de marcore 8. omnibus febribus hecticis, quę hoc vnum dum taxat habent, vt hecticæ sint, balneum auxiliatur: si verò erysipelas, vel phlegmone vel putrescentes adhuc incocti humores corpus obsideant, ob hæc non ob ipsam febrem hecticam a balneo lœdi ægrotum continget. ipsa enim quatenus febris est, semper tum à frigida potione extinguitur, tum à balneis iuuatur: ob immistas verò ipsi febri affectiones, ægrotus lœditur. atque hæc quidem efficacissima remedia sunt, quę marcoris generationē prohibent: eaque admodum audacter in febribus hecticis assumenda sunt: si autem erysipelatosa quędam adsit affectio, à balneo quidem prorsus abstinendum est: sed aqua frigida, dum morbus consistit, est vtendum.

Gal. lib. 11 *meth. med. cap.* 16. *in fine* ego verò nec eorum, qui ex putredine humorum febricitant, lauem quemquam, nec relaxantibus catapsalmatis priùs, quam superuacua purgarim, vtar: his vacuatis, non solum audacter lauem, sed etiam captapsalmatis vtar, in alijs quidem membris, quæ relaxant, in iecinore vero, ac ventriculo, additis etiam quæ mediocriter adstringunt.

CAPVT XVI.

Quando, & ex qua causa fiat putredo; quam naturam debeat habere illud, quod putrescit: quomodo accidat putredo.

Potissimam causam putredinis esse prohibitam humorum transpirationem: quæ putrescunt, debere esse calida, & humida, tum verò difficilem habere transpirationem.

GAl *lib.* 11. *meth. med. cap.* 4. ergo ostensum est, vbi morborum causam reddimus, illa-

tan.

tantùm putrescere corpora, quæ cùm calida, humidaq; natura sint, neq; perflata, neque ventilata in calido, humidoque loco maneant: quod si in motu sint, ventilenturque, ac perflentur, posse ea non putria, integraque seruari, potissimum quæcumque Corpora sua ipsorum natura regantur, vt animalium, & stirpium: ea namque (sicut ostensum est in opere de natural. facult.) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernuntur: ostensum non minus est, & in alijs duobus libris, quanta sit tûm respirationis, tùm pulsuum vtilitas ad perflatum, ventilationemque Corporis, atque eius calorem natiuum tuendum: itaque, si quid in eo manifeste putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet: at verò fieri potest, vt illæ per totum animal sistantur, nisi vel finibus vasorum stipatis, vel tota cute? porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest, vel ex vehementi extrinsecus refrigeratione, vel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confestim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia, accidit hoc illis, & ex ijs exercitationibus, quæ in palęstra, vel alias obeuntur, & in itinere laborioso, vel ambientis status, cùm ex rigore in æstum subito est mutatus: non nullis verò feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerunt, quisquis igitur propositam curaturus est febrem, hic simul causam eius adimat, oportet.

Gal. lib 9. meth. med. cap. 1. Nam quoniam stipatio, vel obstructis exilibus meatibus, vel conniuentibus, vel etiam corpore ipso immoderatius densato accidit, meritò arbitror, ex frigore, & balneis, quæ vel contactu refrigerant: pari modo ijs, quæ cutim siccent, veluti sole feruente: nec minus etiam ijs, quæ densent, veluti dura cum ijs, quæ frigefaciunt, frictione, & detineri intra corpus, ceu fumida, fuliginosaue excrementa, & ab ijs febris accendi:

cendi: verùm ex ijs denſationem quandam corporum ipſorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum conniuentiam: obſtructionem verò vel propter glutinoſos, vel craſſos, vel copioſos ſuccos incidere: quin etiam febres quaſcumque vel conniuentia meatuum, vel recens corporum denſatio excitant. *Lib.9. meth.med.cap.3.* Debent enim ſemper, quæ putreſcunt, tùm calida, humidaque eſſe: tùm verò difficilem tranſpirationem habere: eoque fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido Corporis temperamento, ſiuè id ab initio conſiſtit, ſiuè modò ſit frigidum factum, continens excitetur febris, ſed nec in gracilibus, vel qui raro ſunt Corporis habitu.

Gal. lib.1. de diff.feb. cap.3. in obſtructionibus quidem foraminum, atque humorum intruſionibus ex putredine patiuntur febrem animalia: promptiſſimè enim putreſcunt quæcumque calida, ac humida, atque in calidis locis, niſi difflari, ac refrigerati contigerit: nihil igitur mirum, ſi plethoricis febres eueniunt: etenim obſtructiones multæ fiunt, atque vniuerſum corpus in huiuſmudi affectibus malè difflatur; ſicuti ſanè in altera multitudine, quæ ratione potentiæ dicitur, citò ad corruptionem humores deueniunt: quoniam non benè ſuperantur, neque concoquuntur, cùm ea, a qua conficiuntur, vis inualida exiſtat: propterea etiam quæcumque cibaria glutinoſa ſunt, ac craſſa, ſunt magis morboſa.

Auicennas lib.4. f.1. t.2. cap.1. Putredo accidit, aut propter cibum malum, cùm eſt præparatus, vt putrefiat illud, quod generatur ab eo propter malitiã ſuæ ſubſtãtiæ, aut propterea, quod velociter recipit corruptionẽ, quãuis ſit bonę ſubſtantiæ, ſicut lac: aut quoniã eſt aquoſus nutrimẽti mali, cuius aquoſitatem recipit ſanguis, ſicut illud, quod generatur à fructibus tardis humidis valdè: aut quoniã eſt ex illis, quæ nõ conuertuntur ad ſanguinẽ bonũ, &c. aut

malitia

malitia artificij eius, aut hora ipsius, aut ordo eius secundum quod scis: ant propter oppilationem prohibentem tespirationẽ,& euentationem propter cõplexionem corporis malam, cum possunt non digestionẽ facere bonam,& sunt iterum virtutes de illis, quæ non faciunt in cibo, aut in humore aliquid propter priuationem respirationis humorum: quarè dimittunt eum crudum: & huiusmodi quidem complexio, aut generat humorem malum, aut corrumpit id, quod generat propter abbreuiationem suam in digestione,& quod nocet cum motu pigro: & istæ causæ sunt iuuantes in generatione oppillationis generantis putredinem: aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis, sicut est aer pestilentiæ, & aer lacunarum, & locorum infusorum, in quibus madefiunt res. & plurimum causarum putredinis humorum est, aut propter multitudinem humoris, aut grossitudinem suam, aut viscositatem sui: & causæ multitudinis, & viscositatis, & grossitiei humorum sunt notæ. &c.

ergo

quando fecerint oppilationem, accidit putredo propter euentationis priuationem.

Finis Libri Tertij.

LIBER

LIBER QVARTVS.

Tractatus De Febribus in Vniuerſali, & Particulari; De Febribus Peſtilentibus: De Peticulis: De Variolis, & earum Curis.

Tria ſunt febrium genera: de diffinitione febris: quatuor ſunt morborum tempora: nullum eſt mortis periculum in morbi declinatione: qui ſint morbi acuti, peracuti, & acutiſſimi, & croni-ci, & quomodo cognoſcantur.

Tria eſſe febrium genera ex triplici ſubſtantia calidi innati, ideſt ſpiritus, ſanguinis, & ſeminalis humiditatis: quæ ab Hippocrate lib. 6. epid. diuiduntur per continentia, contenta, & imperum facientia, hoc eſt ſolida, humida, & ſpirituoſa.



Alenus lib. de marcore cap. 1. diuidit febres in ephimeras, putridas, & hecticas. *Gal. lib* 3. *epid. comm* 1. *ſuper tex.* 5. *Ægroto* 2. Tria eſſe prima febrium genera: vnum earum, quæ diariæ appellantur: alterum hecticarum: Tertium earum, quas acutas vocant comites putridorum humorum, *ita Gal. lib.* 2. *de criſib. cap.* 12. *in fine.*

Galenus lib. 1. *de diff feb. cap.* 3. Sunt igitur ſuppoſitiones hæ calidum, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum eſſe corporum alimenta, primaſque, ex eorum temperaturis conſtitui ægritudines, ex quarum numero febris eſt, quando in corde quædam præter naturam caliditas generatur. Differentiæ verò ſecundum genus caloris à materierum

dif-

differentia ſumebantur, quæ febrilem caliditatem ſuſcipiunt, quæ tres erant ſecundum genus: vel enim in ipſo cordis Corpore accendi dicebantur: vel in humoribus: vel in ſpiritibus.

Diffinitio Febris.

Auicennas lib 4. *f.*1. *t.*1. *cap.*1. Febris eſt calor extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas, & totum corpus, & inflammatur in ea inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicuti caliditas iræ, & laboris, cùm non vltimatur, & impedit operationem, ità vt retineatur, &c. putredo enim eſt cauſa eius abſque medio, & non eſt putredo in ſe ipſa ægritudo, ſed eſt cauſa ægritudinis.

*Galenus lib.*1. *apho. comm* 16. Febris eſt natiuæ caliditatis ad igneam conuerſio.

Hippocrates in libris epid. diffinit febrẽ per ignem: vt narrat de Ægrotis, dicebat, Clazomenium, qui iuxtà phrinichidai puteum decumbebat ignis inuaſit, &c. & multa alia exempla habemus in dictis libris, ac alibi.

Quatuor eſſe tempora morborum aſſignat *Gal. lib.* 1. *de criſibus cap* 2. Principium, augmentum, ſtatum, & declinationem.

*Auic. lib.*4. *f.*1. *t.*1. *cap.*3. *de horis feb.* Febrium horæ ſunt ſicut reliquarum ægritudinum: principium, & augmentum, ſtatus, & declinatio, & ſunt peculiares cauſæ quandoque cuiuſque paroxiſmi, & timor eſt à principio vſque ad ſtatum: apud declinationem verò non moritur æger ex ipſa febre.

*Galenus lib.*3. *de criſibus cap.*5. & nullum eſt mortis periculum, tempore ſtatus elapſo, quantùm inditio aſſequi poſſum, & tamen quidam ſunt, qui putant, ſe vidiſſe multos ægrotos in declinationibus perijſſe.

perijſſe. Sed ſi experientiæ, vel rationi credere oportet, noui ipſos alia ratione, quàm morbi interijſſe: omnes ſiquidem erroribus interiere, præcipuè quidem ſuis ipſorum: ſedet aliquando Medicorum. Sic quidem experientia reſtatur, neminem vmquam vi morbi in declinationibus perijſſe, ſed adhuc magis ratio; neque enim poſſibile eſt, vt poſtquam cauſæ morboſæ iam coctæ ſunt, ac iam natura ſuperauit, æger moriatur, modò recta curatio à Medicis adhibeatur. vbi enim natura ſuperior euaſit, & debellauit, & reſtitit vehementiori morbi conatui, & quæ infeſtabant, expurgauit (hoc enim eſt ipſa coctio) fieri non poteſt, vt deinceps ſuccumbat.

Auicennas lib 4, f.1.t.1.c.4. de cognit. horarum. Cognitio horarum ægritudinis vniuerſalium quandoque eſt ex parte ægritudinis: nam ſpaſmus ſiccus & epilepſia, & apoplexia, & ſquinantia ſunt ex acutis valdè: & tertiana pura, & cauſon de acutis non valdè: & quartana, & paralyſis de macronoxijs: & quandoque ex motu ægritudinis: nam ſi paroxiſmi ſint breues ſignificant, quod ſtatus eſt propinquus ſicut tertiana pura, & cæt. & quandoque eſt ex virtute ægri, cui velociter aduenit debilitas, quarè eſt ægritudo non acuta. & quandoque ex ætate, & tempore, nàm in tempore calido, & ætate calida feſtinat ſtatus ægritudinum, & in temporibus frigidis, & ætatibus frigidis tardatur ſtatus ægritudinum, & ſimiliter eſt diſpoſitio regionum. & ex pulſu, nam ſi eſt pulſus velox, frequens, magnus, tunc ægritudo eſt decliuis ad acuitatem, & ſi non, tunc non eſt acuta.

Et ex rigore, nam ſi eſt prolixi ſpatij, tunc ægritudo ad acuitatem tendit, & quando nullo modo eſt rigor, tunc abbreuiatur eius extenſio.

Et cognoſcuntur horæ ægritudinis quando-

que ex parte horarum paroxiſmorum, nam ſi fuerint procedentes ſecundum anteceſſionem ſuperfluitatum, ita vt vnus antecedat ſuperfluitatem alterius tendens ad additionem, tunc ægritudo erit in augmento.

Et ſeruans horam vnam eſt longi ſpatij, & ſi poſtponuntur, tunc ægritudo eſt in declinatione.

Hippoc. lib. 4. *aphor.* 30. Quibuſcumque ac ceſſiones fiunt quacumque hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit: iudicium habent difficile.

Gal. in comm. ſupponatur quiſpiam prima die cœpiſſe febricitare hora tertia, & quieuiſſe alia quauis hora: deinde die ſecundo eadem hora tertia cœpiſſe, mox ceſſaſſe febrem quacumque hora & tertio rurſus die hora tertia cœpiſſe, mox rurſus quouis tempore finita febre, & ità deinceps ſeruari quidem ſemper horam tertiam, in qua accеſſio ſuum fecit initium, non ſeruari {autem alias, in quibus finitur, hunc, qui tali laborat morbo, neceſſe eſt temporibus longioribus ægrotare ijs, qui habent horam initij acceſſionis inordinatam. hoc quidem nos ab experientia comprobatum dictum fuiſſe arbitramur.

CA-

CAPVT II.

De distinctione febris continua ab intermittente; febris continua fit à putredine humoris intra venas, intermittens verò extra venas. Morbi fiunt longi, vel breues secundùm naturam humorum efficientium: & a qua causa fiat inflammatio, cancer, erysipelas & adema Febris tertiana fit a flaua bile, quartana ab atra. si febris est continua humor putrescit intra vasa, si intermittens extra vasa, & de causa reditus febris intermittentis: de causa prolongationis paroxismorum: de differentia inter tertianam, & causonidem: rigor in febribus est signum intermissionis.

FEbres continuæ distinguuntur à periodicis, quoniam in continuis contenentibus materia putrescit in vasis omnibus, vel saltem maioribus cordi proximis: febres verò continuæ periodicę ideò fiunt, quia putrescit materia in venis communis, sed à maioribus ad minores venas transmittitur.

Intermittentes autem febres fiunt, quia licèt materia putrescens contineatur in venis, transmittitur tamen à venis ad ambitum totius corporis.

Pro comprobatione suprascriptæ propositionis vide etiam caput huius quarti libri Octauum, in quo agitur de causonide, quia illic ad hanc rem multa sunt.

Gal. lib. 11. *meth med. cap.* 4. quoniam putredo, vel æqualiter in omnibus subsistit vasis, vel in maximis, maximèque principalibus, eaque porrò sunt inter alas, & inguina; vel in vna quapiam particula, quæ phlegmonem in se habet, vel etiam citrà phlegmonem, veluti foco quodam principium febris in se continet: in singulis his differentijs seorsum exercitari conueniet: ac primùm eam tractandam propo-

nemus, quæ vel in maximis vasis, vel simul omnibus consistit: quæ igitur in tali affectu oritur febris, planè necessarium est synochon, ideſt continentem esse: nec fieri potest, vt ea sanetur, nisi inhibita prius putredo sit: porrò ea inhiberi, causa manente, non potest: quarè submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit.

Gal. lib. 2. de crisib. cap. 12. Manentibus igitur in venis humoribus, continuæ ex ipsis febres generantur. Si verò moueantur, ac per totum corpus deferãtur, hæ, quæ ex rigore, atque horrore incipiunt vehementi: cum sudore verò omninò ad in febricitationem desinentes. est autem ex ipsis tertiana quidem & quæ per tertium accenditur brevioris temporis; sicut quartana, & quæ per quartum accenditur longi: minus verò, quam hæc longa quotidiana, & quæ singulis diebus facit accessionem. Si has noueris expeditè discernere haudquaquam difficulter eas, quæ ex quorundam locorum passione consistunt, inuenies.

Nam in omnibus inflammatis particulis humorũ impactio, quę locũ benè difflari prohibet, statim quidem humores putrefacit, simulq; calorem quendã parum excitat, qualis, & in reliquis omnib. putrescentibus otitur, &c. quarè si seorsum, ac per se singulas febres nosce meditaberis, haudquaquam difficulter, neq; cùm pulmonis, aut splenis, aut hepatis, aut ventriculi aliqua inflammatio affuerit, formam ipsius agnoscens, totiusq; morbi vsq; absolutionem, longitudinẽ pręcognosces. omninò enim fluxus, qui inflammationem efficit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ. si igitur impermistæ, multæque flauæ bilis fuerit, tunc facit erysipelata, & eos, qui herpetas nominantur; sicut nigræ cancros, & phagedenas, aut Elephantes, aut aliquem ex his adeò curata difficilibus morbum.

Quæ-

Quæcumque verò, ingruente pituita in tumorem attolluntur, hęc ædemata nuncupantur. Simplex igitur, & solus vniuscuiusq; horũ, quos diximus, humorum, quamlibet harum, quas commemorauimus, facit exquisitam ægritudinem: sanguinis verò permistus, atq; confusus, deindè in particulam aliquam incumbens, vel scirrhosas, vel ædematosas, vel erysipelatosas facit inflammationes: scirrhosas quidem melancholicus, erysipelatosas verò bilioſus, ædematosas pituitosus. Cum verò ipse secundum naturam habens sanguis, impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, hic quidem affectus inflammatio est. Simplex verò ex ipsa febris accenditur, similis maximè ephimeris, quæ ex inflammationibus inguinum accidunt, nam & inguinos inflammatio ex bono sanguine fit. liquet autem, quod cùm hic putrescere cæperit, non ampliùs bonus remanet, sed in amaræ bilis naturam transit: atque in hoc illud seruatur, triplex esse genus vniuersum simplicium febrium. Quæ enim ex sanguine putrescente fit, iàm quodam modo bilioſa est: si sanè in naturalibus sermonibus rectè ostensum est, quod sanguis ex moderato calore generatur, flaua autem bilis ex maiori, atra verò ex sufficiente immodico: quidquid igitur pingue, & tenue in sanguine est, fit flaua bilis; Crassum verò, ac veluti fex, quoniam immodicè calefactum exaruerit, atra: flaua autem bilis quandoque in atram conuertitur, cum assata fuerit.

Auicen. lib. 4. f. 1. t. 2 c. 1. & putredo quandoque est communis toti corpori, & quandoque est in membro propter debilitatem suam, aut propter vehementiam caliditatis suæ extraneæ, & suæ acuitatis, aut doloris eius, & humor recipiens putredinem, aut est colera talis modi, vt ab ea vapor egrediatur, qui sit subtilis, fumosus valdè; aut sanguinis tatis modi, vt euaporet ab eo vapor subtilis, aut flegma talis modi, vt illud

quod euaporat ab eo, fit vapor ſpiſſus: aut melancholia talis, vt illud, quod euaporat ab ea, fit vapor fumoſus purulentus.

Et putredo quandoque coleræ facit tertianam: & putredo ſanguinis facit continuam: & putredo melancholiæ facit quartanam, & quæ currunt curſu eius: & putredo flegmatis ſimiliter, vt multùm facit quotidianam, & quæ currunt curſu eius: & ſanguinis locus eſt intrà venas: colera autem, & flegma, & melancholia quandoque putrefiunt intrà venas, & quandoque extrà venas.

Et quando putrefiunt extrà venas, ſi non eſt cauſa alia; neque eſt putredo in apoſtemate intrinſeco, quod det cordi puttedinem continuam, faciunt periodos, quas diximus, ſed vnicuiq; accidunt, & eradicantur, quamuis flegmatica non eradicetur, quando ibi ſint reliquiæ occultæ.

Et quandoque putrefiunt infrà venas, faciunt adhærentiam febris, & non eradicantur, immò eſt aſſidua inſeparabilis, ſed ei eſt vehementia propter quam cognoſcitur paroxiſmus, qui ei eſt. & quando eſt intrinſeca dominans ſuperuenas omnes, aut ſuper plurimùm eius, quod ſequitur ex eis, non ſunt forſitàm additiones, & diminutiones apparentes: Cùm autem eſt ſecundum contrarium eius apparen alterationes manifeſtæ. & febris putredinis quidem extrinſecæ non eradicatur & redit, niſi, quoniam materiei, quę putrefit, ſuperuenit putredo in tempore paroxiſmi, & finit eius humiditates, e quibus pendebat caliditas, & reſoluuntur, & egrediuntur è corpore, quoniam non ſunt retentæ in venis; ità vt prohibeat eas illud à complemento reſolutionis, & remanet cinereitas, & ipſius terreitas, quæ nõ ſunt vehiculum febris, & caliditatis. & quando non remanet in humore aduſto per putredinem caliditas febris, quouſque aggregentur vice alia ad locum puttedinis, & iam remanſerunt in ea reliquiæ caliditatis

tis ex putredine prima, quamuis non remaneat materia, aut propter inuentionem causæ primæ putredinis in materia prima, & inflammatur in materia secunda secundum semitam putrefactionis.

Res ergo putredinis resoluitur secundum inuentionem caliditatis non deficientis putrefacientis, & resoluentis, & facientis cinerem, & pertranseuntis ad vicinum, donec abscindat terminum, & finiat materiam, & non inueniat vicinum illud, & remaneat febris expectans materiam aliam, & attrahat ad locum suum. Cùm autem putredo est intrà venas, tunc accidit, vt sit resolutio completa difficilis: & non resoluitur putredo per continuationem, quæ est in quibusdam venis cum alijs, & putrefit omnis res, quæ est vicina ei, deindè resoluitur ad vicinum aliud. & iterùm illud, quod est comprehensum in venis est vehementioris continuitatis ad cor.

Et istæ quidem febres, quibus sunt paroxismi eradicationis, & temporis quandoque dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine, & grossitie, & tenuitate: & propter diuersitatem in eis in generatione; ità vt permutentur materiæ quædam, & fiant de genere materiei alterius, &c. & paroxismi quidem febris prolongantur quãdoque, & abbreuiantur: prolongatio eorum est ergo, aut propter grossitudinem materiei, & viscositatem eius, & multitudinem eius, aut ipsius quietem, aut propter debilitatem sensus, aut propter debilitatem virtutis, aut propter spissitudinem pororum, quarè non resoluitur humor: & eorum abbreuiatio est propter contraria eorum. & paroxismi iterùm festinant, & tardantur, & tarditas eorum est, aut propter quod eorum materia est pauca, aut tardi motus ad minueram putredinis propter grossitiem suam, & hoc quidem est sicut materia quartanæ, & veloci-

tas eorum est, quoniam ipsa est multa sicut flegma, nisi sit vitreum, quoniam paroxismi eius quandoq; tardantur, aut subtilis, sicut colera, & deteriores quidem febres sunt inseparabiles, in quibus putredo est intra venas: deinde illæ, quæ eradicantur, in quibus est putredo in toto corpore, aut in partibus cordis.

Et lib. 4 f. 1. t. 2. cap. 36. Causon verò est de genere continuæ, quoniam differentia inter eius vehementiam, & eius teporem est insensata, & accidētia eius sunt vehementia, & causa est acuitas materiæ, & multitudo, cùm casu sit circa cor, & in venis oris sto machi, aut in partibus hepatis propriè, & ad summum in membris nobilibus vicinis cordi; In tertiana vero colera est in carne, & ad partes cutis, & in continua est sparsa in venis corporis, quæ elongantur à corde.

Gal. lib. 2. de differ. feb. cap. 1. in fine. At in tertianis quidem causam, a qua prouenit rei quodammodò pungentis, ac ferientis sensum repræsentat, in quartanis autem veluti refrigerantis, de ea autem, quæ est rigoribus forma: in libris de causis accidentium abundè exposuimus, vbi etiam eiusdem generis febrium diximus differentiam, quod ex ipsis, quæ quidem sunt interm ttentes: ità enim appello, quæcumque ad infebricitationem perueniunt, ortum habent ab humore febrem generante, qui per omnes corporis partes suo motu defertur. in continuis autem humor in venis continetur inclusus, de quorum dignotione in libro secundo de crisibus tractauimus.

Hippoc. l. 6. apho. 26. Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.

Gal in comm. Quæ enim hanc febrem efficiunt causæ, in venoso genere existētes, quando ad neruos transferuntur, primùm tremores faciunt, compatiēte vero principio, etiam deliria: sicut igitur in febre arden-

ardente translatio, sic & in omni alia febre potest fieri,& omninò ex arterij, & venis ad neruos transfluxus humorum noxiorum, sicut rursus ex neruis ad has. Impropriè igitur dictum est, febrem ardentem à delirio solui. hæc enim solet Hippocrates dicere quibusdam superuenientia, eorum soluere consistentiam, quæcumque prorsus hominem liberant: non quæ alteram generant passionem, quę nihilom nus;quàm prima, sit periculosa.

Galenus lib.2.de sympt. causis cap.5. quid: quod tertianæ febres, quæ omnium febrium maximæ bilioſæ, calidæque sunt, omnium maximè horrore infestantur, quantoque sinceriores tertianæ sunt, tantò etiam rigor in ijs incidit vehementior. quin etiam eum, qui ardenti febre laborat, rigor superueniens, à morbo liberat, Hippocrates ait: quoniam scilicet bilis, quæ priùs inuenis errabat,à natura decretoriè per carnes ad cutim truditur: ergo motus eius, delationisque, quæ per sensibilia corpora agitur,simul, & symptoma & signum rigor est, quin etiam sudant, deinde, qui ità obrigue-runt, vacuataque ijs bilis, à febre liberantur: interim verò, vbi non ad cutim, sed ad interna loca bilis impetum capescit, per vomitiones, simul, & aluum vacuatur. non rarò autem simul intro, forasq; eodem die est delata, ità vt, & sudata, & vomita, & deiecta. quicumque verò rigorem profligandæ ardentis febris salubrem esse causam propter frigus putant,quippè contraria elle contrariorum remedia, omninò falluntur.

Cum vero flatuosa tantùm sine humore substantia, vel iustò calidior, vel frigidior per corpus permeat,vtique horrent tunc quoque,aliquando etiam, & cũ cõcussu rigent eadẽ ex causa. sic in balneis prę-calidis,si subitò præsertim,& confestim minimè præ calefacti ijs accessimus, statim horrentes reddi-

mur æquè, vt cum in frigidum aerem confestim transferimur: aut si non confestim, saltem, si diutinam in eo moram facere cogimur, &c. ait Hippocrates in sententijs, si rigor in febre non intercisa incidit, & æger infirmis sit viribus, lethale est. in talibus enim rigoribus incipit quidē natura persequi, quod offendit, sed victa concidit, atque extinguitur: atq; mortale est symptoma in quartanis autem mistus rigor ex calido, & frigido est. nigra namque bilis, & frigidus natura humor est, sed cum putredinem sibi adiunxit, cuius causa febrem accendit, tantùm possidet caloris, quantum etiam putredinis.

CAPVT III

Intermittentium febrium sunt tres differentiæ: quatuor sunt causæ intermissionis cuiusque febris.

Galen. lib 2. de diff feb. cap. 2. Intermittentium igitur tres sunt omnes numero differentiæ: quotidiana, tertiana, & quartana: quotidiana quidē ex pituitæ putredine: ex vtriusque verò bilis, flauæ quidem tertiana, nigræ aùtem quartana.

Continuarum autem, quæ ex flaua bile proueniunt, duplex est species, altera earum, quæ à continuo feruore synochæ appellantur, quarum vniuersū tempus in vna consumitur accessione, quæ a principio ad finem pertingit: altera earum, quæ idem cum genere nomen sortiuntur, & continuæ appellantur, atque in pluribus particularibus circuitibus continentur. earum igitur, quæ synochæ dicuntur, sunt tres omnes numero differentiæ: nam quædam earum a principio vsque ad finem æquales perduiant, quædam paulatim augentur: tertia, quæ paulatim decrescit, &c.

Qua-

Quatuor esse causas intermissionis cuiusq; febris: paucitatem scilicet materiæ, eiusdem tenuitatem: & locũ amplũ, & nõ angustum, & facultatẽ robustam.

G. l. 2. de dif. feb. c. 11 quod est vltimũ versus finẽ.

Sed neq; quod non æqua sit successionum longitudo, oportet admirari: nam si non eadem, neq; species, neq; multitudo superfluitatum, neq; omnibus æqualiter accendi, aut dissolui conuenit quæ siquidẽ plura sunt, ac frigidiora, tenacioraq; & crassa, longiores faciunt accessiones: quæ autem pauciora, ac calidiora, breuiores: cùm adhuc etiam non parum totius corporis fabrica, ac potentiæ robur illo tempore conferat: nam si quod corpus rarius extiterit, breuiores sui ratione reddit accessiones: quod autem spissius longiores: & potentiæ quidem robur minus diuturnos, imbecillitas autem in longius tẽpus producit: nam quò potentia vegetior extiterit, eò promptiùs omne alienum a se ipsa repellit: Corporis autẽ raritas, quod dicfertur, non retinet, quarè necesse est, vt qui ità fuerint affecti, si modò in cæteris paritas adsit, citò à superfluitatibus exonerentur: eadem ratione, qui contrariũ, cum & potentia imbecilliter eadem superfluitates pellat, ac propter meatuum angustias, quæcunq; feruntur, retinentur. Cùm verò hæc omnia simul conueniunt, aut longissima, aut breuissima foret accessio: longissima quidem ob materiæ inutilis multitudinẽ, crassitiem, atq; lentorem, potentiæ imbecillitatem, ac meatuum angustiam; breuissima autẽ propter materiæ inutilis subtilitatẽ, paucitatẽ, & potentiæ vigorẽ, ac meatuũ laxitatem.

Auic l. 2. f. 1 t. 2 c. 4. & scias, quod ægritudo quãdoq; prolongatur, aut propter multitudinẽ materiæ, aut propter grossitiem eius, aut propter frigus eius, & quandoque adiuuant ad illud tempus frigidum, & regio frigida, & ætas frigida, & debilitas caloris innati, & caliditas corporis.

Galenus lib. 2. de differ. cap 3. Breuior autem ali-

quando prædicto ſpatio temporis acceſſio in eo, quod magis, ac minùs plurimam habent differentiam, aut propter quantitatem, videlicet, & qualitatem ipſius bilis, aut propter laborantis vigorem, aut propter præſentem eo tempore corpori patienti diſpoſitionem; nam multa bilis, quàm ea, quæ pauca eſt, longiorem affert acceſſionem: tenuis autem, quàm craſſa, breuiorem: ſic & vigor maior quidem breuiorem, imbecilllior verò longiorem; denſa verò longiorem: tempus autem in hac febre intermiſſionis nullum habet humoris putreſcentis ex pulſu perceptibile indicium in die, aut in nocte, quæ conſequitur acceſſionem.

CAPVT IV.

De curatione febrium putridarum: duplex eſt intentio curandæ febris putridæ, partim ad febrem, partim ad cauſam: quando doloreapitis eſt cũ febre tunc cura febris eſt dignior: non eſt dimittenda nigredo ſupra linguam in febribus: ſi ſyncopis ſit cum febre, cura ſyncopis eſt dignior: qui victus conueniat fabricitantibus; qui bonos habent humores febrire non poſſunt.

AVicennas *lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 7*; Scias, quod intentio in medicando has febres quandoq; vertitur ad partem febris, quarè eſt, neceſſarium, vt infrigident, & humectent: & quandoqne ad partem materici, vbi neceſſe eſt, vt maturetur, vel digeratur, aut neceſſe eſt, vt euacuetur.

Et omnes fructus nocent febricitantibus cum ebullitione ſua, & corruptione ſua in ſtomacho.

Et ſcias, quod febris quandoque eſt tantæ vehementiæ, & acuitatis, quod non licet vti regi-

mine

mine cauſæ; immò indiget refrigeratione vltima, & propriè, cum non inuenis virtutem fortem reſiſtentem, tolerantem: quod ſi inuenis eam reſiſtentem, tolerantem, abſcinde cauſam, & expelle humorem, & abſcinde cibum, & non infrigides refrigeratione, quæ prohibeat reſolutionem, quod ſi inueniis virtutem deficientem ſis occupatus in æquando complexionem contrariam ei: quarè infrigida eam, & viuifica virtutem cum cibo: cùmque ſit fortis per viuificationem ſuam, & vincit contrarium ſuum, redi ad cauſam. & infrigidas de illis febribus, tunc non infrigides eam cum eo, in quo ſunt ſtipticitas, & exſiccatio, ſicut trochiſci infrig dãtes, niſi poſt purgationem, & euacuationem.

Et ſcias, quod cura febris putridæ eſt diuerſa a curatione febris hecticæ: curatio enim febris hecticæ eſt contenta ſuper contrarietatem ęgritudinis: & curatio febris putridæ non eſt contenta ſuper contrarietatem ægritudinis tantùm, quamuis illud, quod eſt conueniens ægritudini, & cibationi ſit amicum virtuti ex parte ſui, ſcilicet virtutis, & inimicum virtuti ex parte, quoniam eſt amicum inimico eius, & eſt materia: quarè eſt adiuuans vtrumque earum &c.

Et ſcias, quod quando aggregatur dolor capitis, & febris, tunc curatio febris eſt dignior dolore capitis.

Et cum infans lactans febricitat, tunc oportet, vt rectifices lac matris eius.

Et quando fuerit vrina icterica in febre, ſignificat apoſtema; quarè eſt curatio dare in potu aquam hordei, aut ſyrupum acetoſum: cùm ergo aquieſcit febris, intentio fit ad apoſtema.

Et eodem *lib. 4 f. 1. t. 2. cap. 29.* oportet, vt non diuturnet ſuper linguam nigredo, immo fricetur, etſi non eleuabuntur ad caput vapores maligni, & faciunt cadere in ſirſem.

Et Cap. 31. Syncopes accidit febri propter effusionem coleræ ad ſtomachum, & ſcias, quod quando aggregatur ſyncopes, & febris, tunc ſyncopes eſt dignior curatione.

Gal-lib. 12 *meth med cap.* 5. Coeterum virium lapſus, de quo nunc agere conſtitui, qui quidem ſolidorum corporum ſubſtantiæ ſuccedit, in longiſſimis morbis ſubindè incidit, animante ex atrophia, ideſt nutrimenti defectu extenuato: prætereà in ijs febribus acutis, quæ corpus liquant, &c.

Hippoc lib. 1. *apho* 16. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & alijs, qui tali victa vti conſueuerunt.

Gal. in comm. Febri enim, quoniam paſſio calida, & ſicca eſt; eſt enim conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam, victum humidum conſulit.

Auic. lib. 4. *f.* 1. *t.* 2. *cap* 7. Scias, quod conuenientiores cibi febricitantibus ſunt cibi humidi, & proprie ei, cuius complexio eſt humida, ex hoc quod aſſimilantur complexioni, & ex hoc quod ſunt contrarij ægritudini.

Gal. lib. 8. *meth. med. cap.* 9. Circa principium. Porrò febris omnis præter naturam eſt, ideoque victus rationem humidam, frigidamque exigit: & paulò poſt: febricitantibus enim inquantum febricitant, ex ipſa contrariorum indicatione humidus victus conducit: Pueris ex ſimilium.

Ita Gal lib. de optima ſecta ad Thraſibalum cap. 4. *lib* 9. *meth. med. cap* 4. Ideoque omnis febris, qua febris eſt, humectatio, refrigeratioque remedia ſunt.

Gal. lib. 1. *de diff. feb. cap.* 3. At qui bonos habent humores, ac bene difflantur, & quieſcunt, & quæ circa Ventriculum, atque hepar ſunt, fouent, his febrire eſt impoſſibile; nam in eiſdem reſidet ventriculi, atque hepatis partibus, quodcumque corruptum eſt, ac paulatim per tempus coquitur &

opti-

optimum fit: ſicuti his, qui ſe poſt vehementes motus exponunt aut æſtiuo ſoli, aut balneis calidis dulcium aquarum, corrupta cibaria in totum habitum corporis recipiuntur: ſic, & quibuſcumque cibi corrupti per aluum deiciuntur, febris non ſubſequeretur, niſi alia cauſa accederet.

CAPVT V.

Rigores in febre ſunt ſigna intermiſſionis febris. De cauſa rigoris.

Hippoc. lib. 4. apho. 63. quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.

Gal. in comm. cum bile per omnem corporis habitum mota, rigores accidant, atque ideò ſingulis acceſſionibus expurgetur, atq; euacuetur, non abſque ratione ad infebricitationem peruenit talium febrium remiſſio hoc igitur eſt, quod ab eo dictum eſt: quotidie febres ſoluuntur: ac ſi dixiſſet: Ægros quotidie ſine febre fieri: quemadmodum autem, ſi quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres ceſſant, ſic & ſi tertio, quartoue die, quod proculdubio etiam fieri videmus, & in tertianis, & in quartanis circuitibus, in quibus, & febres ſoluuntur, & rurſus redeunt: remanet tamen quædam in corpore, diſpoſitio præter naturam, a qua ſecundum circuitum aliæ febres, & ægritudines generantur.

Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 3. Nam, quæ ex flaua bile per ſenſibiles corporis partes delata oritur febris, cum rigore inuadit.

Auic. lib. 4 f. 1. t. 2. cap. 1. de ſerm. vniuerſ. feb putr.

putr. & Paroxiſmi, qui eradicantur, incipiunt ſecundum plurimum cum horripilatione, aut frigore, aut rigore, & reſoluuntur per ſudorem, & non incipiunt cum frigore, aut horripilatione ſecundum plurimum, niſi aut propter frigus humoris, aut propterea, quod humor mordicat lacertos, aut propter profundationem caliditatis ad interiora redeuntem ad partem materiei, aut propter debilitatem virtutis, aut propter frigus aeris, ſicut contingit in tempore hyemis.

Et idem Auic. loci ſupra citati cap. 6. & de cauſis vehementiæ rigoris eſt vehementia virtutis expulſiuæ in lacertis, & propter illud, quantò eſt cauſa rigoris viſcoſior, & rigor vehementior, & ſanguis ſubmergitur cum rigore ad interiora.

Et quandoque accidit frigus, & rigor propter ſubmerſionem caloris in corpore cauſa cibi, & quæ ſunt ei ſimilia, & rigor, & frigus antecedunt febres, quoniam humor crudus effunditur ad lacertos in primis, & nocet frigore ſuo per comparationem ad lacertos, deinde, cùm incipit putrefieri, incipit calefieri.

Et quandoque antecedit rigor febres propter mordicationem humoris, & fortitudinem virtutis expulſiuæ, quæ eſt in lacertis, ſicut excutitur homo effuſione aquæ calidæ valdè ſupercutim, & proprie cum eſt ſalus, & quandoque accidit rigor propterea, quod refugit calor ad interiora ſicut in apoſtematibus intrinſecis.

(,·.)

CAPVT

CAPVT VI.

De causa prolongationis ægritudinis: febris continua est periculosa, intermittens autem periculo vacat: illæ febres, quæ cum rigore inuadunt, non sunt continuæ: quid sit considerandum ad cognoscendum periculum in febribus.

Hippoc. lib. 4. apho. 43. Febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ: quocumque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Gal in comm. si enim adeò breuis fuerit, vt intertianis exquisitis, minori duodecim horis tempore circumscripta, non modò sine perlculo est talis febris, sed etiam citò iudicatur, si verò longius, quam duodecim horarum tempus occupet, & si ita contigerit, ad decem, & octo horas prorogetur; est quidem & hæc sine periculo, sed tanto longior, quanto, & eius accessio maior extiterit, quam tertianæ exquisitæ non absque ratione autem eas, quæ in quietem febre vacantem desinunt esse absque periculo inquit, vt quæ non ex inflammatione aliqua, neque ex maligna humorum putredine occasionem habent, neutra autem horum ad quietem peruenit, febre vacantem, quocumque autem modo intermiserint, periculum abesse significant: hoc est, siuè vehemens, siuè longa fuerit accessio: natura enim in intermittentibus habet tempus, in quo vires reficiat.

Hippoc. lib. de Coacis prænot. 116. Febres assiduæ, quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt.

Si quibus aliquando intermiserit, periculum abesse significat.

Galenus lib. 1. *ad Glauc. cap.* 5. quæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse iudicabis, quæ per circuitum infestant; tertianæ enim, atque quartanę in totum cum rigore faciunt accessiones: sed tertianæ quidem in primo insultu cum vehementi rigore incipiunt: quartanam verò non vidimus cum vehementi rigore incipientem, sed post tempus magnitudo illi superuenit, præter id, quod nec statim ab initio hæc febris, vt plurimum solet inuadere, sed alijs, quæ antecesserint, subsequi: quartana itaque eas, quæ errabundæ dicuntur, insequitur.

Quotidiana verò raro aduenit, quin os ventriculi pariatur: quemadmodum quartana ex male affecto liene generatur: tertiana exiecore laborante.

Quæ quidem cum valido rigore incipit, magis febrem tertianam, quam aliquam aliarum febrium fore, par est: quod si cum paruo rigore incæperit, tunc magis, & alia signa attendere mente oportet: quoniam non quotidiana tantùm, atque quartana sed etiam hemitritęus, id est semitertiana, aut aliqua alia ex continuis esse potest: alia verò signa, & ex caloris qualitate, & quantitate, & arteriarum motu sumuntur, ex ipsa etiam rigoris, qui sentitur, forma & anni tempore, & regione, & temporis statu, atque ex natura ægrotantis, & præcedentibus causis, & his, quæ concomitantur.

Gal. lib. 1. *ad Glauc cap.* 6. Agens de signis quartanæ. Reliqua verò extrinsecus signa; nam neque hæc sunt ommittenda, sed, & ægrotantis natura est inspicienda, si in ea atrabilis abundat, & tempus quoque anni, si autumnus, & pręsens constitutio, si inæqualis: sic verò & loci natura, & morborum peruagantium populariter: & si lien intumuerit, febrisque sine ordine antecesserit, & ettas senum

quàm

quàm consistentium : & si cum sudore febres desinant.

Gal. lib. art. med cap. sumit signa morborum, etiam ab ijs, quæ ex necessitate consequuntur, operationibus, & symptomatibus. *Ita Hippoc. lib.* 1. *apho.* 2. *&* 12.

CAPVT VII.

Eterna causa, licet conferat ad cognitionem morbi, tamen non indicat: ex forma febris cognoscitur species febris: per consensum cerebri læsi potest fieri febris.

Galenus lib. 4. meth. med. cap. 3. Cuius titulus, est, externam causam ad morbi quidem cognitionem necessariam: sed tamen nullam ex ipsa indicationem curationis præberi.

Nam illud quoque iam deffiniri tempestiuum, videtur, nullam externarum causarum, velut nunc loquuntur, primitiuarum, curationis indicatricem, esse, sed huius indicationem ab ipso affectu initium habere: quæ verò particulatim sunt agenda, hæc tùm ab eo, quod prima indicatio dictat, tùm verò ab ægræ partis natura, tùm ambientis temperie, quæque alia sunt his cognata, inueniri; nam vt breuiter dicam, à nullo eorum, quæ adhuc non permanent: indicatio sumi eius, quod ex vsu sit, potesta sed propterea, quod ad eum affectum noscendum, qui omninò, tùm rationem, tùm sensum lateat, sæpe cogimur de externa causa inquirere, opinatur Vulgus, hanc quoque sanationis rationem indicare: quod plane secus est, apparet id liquido in ijs, quibus nosci affectus exacte potest, siue enim vlcus, siue erysipelas, siue putredo, siue phegmone in parte aliqua consistat, superuacuam est causam, quæ

quod-

libet effecit,inquirere,nisi iam etiam faciat.sic enim simul quod iam factum est,curabimus : simul,quod adhuc facit,facere inhibemus : si verò fecit illa quidem,cæterum iam abijt , vtique , quod factum est , curabimus,quod adhuc non est, nec si velimus, submouere id possumus . quippè rei præsentis est curatio;eius autem,quod futurum est,prouidentia; quod verò nec nunc lædit , nec læsurum timetur , id ab vtroque artis munere , tùm eo , quod curat , tùm eo,quod prouidet, excesit . quarè nec indicatio ab hoc ad curationem vlla, nec prouidentiæ ratio sumitur,sed,vti dictum est,ad eos tantùm affectus, qui nostram notitiam fugiunt , externæ causæ cognitio est vtilis,&c. cæterum , vt dixit , ad noscendos affectus aliquæ externarum causarum conferunt . vbi verò præsentis affectus nihil latet , nulla iam externæ causæ est vtilitas , &c. nunc enim ipsi apposuimus , nullam externarum causarum ad curationis indicationem conducere , sed ad affectus aliquando cognitionem fatentes , videlicet externam causam , &c. rursus igitur ad propositum redeamus indubitatum illud principium præsumentes , quo , & in præcedentibus sumus vsi , vbi diximus , primùm , quo Medicus , affectum ipsum,qui curari desideret,iudicare valeat: ex hoc verò & reliqua omnia sumi , quod verò cum hoc scopo , nulla externæ causæ societas sit , ex ipsis maximè vlceribus intelligas . Finge enim , ex eo , quod in partem aliquam procubuerit , natum vlcus esse,quod si sit, ex vitiosis prouenire succis manifestum est . ità & in morbis facere natura solet : cum corpus expurgat , omne excrementum ad cutim trudit , &c. at qui si vitiosus succus remaneret , omninò ab hoc quoque indicatio sumeretur . Verùm alioqui absurdum esset , si curationem postularet , quod ampliùs non sit , aut si curationem indicaret , quod nullius indigeat .

qua-

quare dicere indicationem curationis ab externa causa sumi, omni modo est absurdum ;quoniam ergo non ab hoc, perspicuum est ab ea, quæ præsens est, indicationem fore.

Galenus lib. 2. de crisibus cap. 7. in fine, alia enim est forma a febris ex inflammatione membranæ cerebri, & lateris, & pulmonis, atque hepatis ortæ, sicut etiam aliæ febres, quæ inflammatione partium nascuntur, diuersificantur: sedet aliæ rursus formæ sunt eorum, quæ ex æriſipelate accidunt, aut ventriculi eriſipelatibus aduenit; distinguere autem oportet in singulis ægrotantibus primum quidem, si sine loci passione sit febris, vel ex humorum putredine, vel quia solus spiritus sit alteratus deinde, si membrum affectum febris sit causa, & quænam sit eius dispositio, vbi verò humorum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omnium missionem inuenies.

Hippo lib. 6. apho. 50. quibuscumque præciditur cerebrum, ijs necesse est febrem, & bilis vomitum superuenire.

Gal. in comm. Præciso cerebro febris ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiente inflammationem, subsequitur febris: bilis verò vomitus fit, compatiente ventriculo propter eius cum cerebro communionem, ore præsertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quædam neruorum coniugatio consueuit. & aliter in magnis doloribus, atque moeroribus fortibus ad Ventriculum fluere bilioſa superfluitas, & multò magis, cùm ipse malè affectus fuerit: ad ea enim quæ talia sunt, feruntur partium proximarum superfluitates, præsertim, quæ tenuem habent substantiam, qualis est ipse bilioſus humor, atque cum eo quæcumque seroſa superflui-

tas,

tas, quæ ſæpius in vomitibus bili commiſcetur, ſi-quidem raro admodum accidit, vt bilis exquiſita euomatur, cui ſeroſam ſuperfluitatem non videa-mus admiſtam.

CAPVT VIII.

De febre Ardente, ſeu Cauſonide, de horrore ipſam faciente: de febre tertiana, & de differentia inter tertianam, & ardentem: in febre ardente flaua bilis putreſcit in venis iecoris, cordis, ventriculi: in tertiana bilis putreſcit per carnes, & ambitum corporis: De differentia febris ardentis, & phrenitidis: de communitate febris ardentis cum tertiana: ex quo humore fiant rigores in febribus ardentibus: febris ardens fit, cum flaua bilis putreſcit intra vaſa, tertiana verò quando eadem bilis putreſci per ſenſibiles corporis partes: quomodo fiat febris ardens, & à quo proueniat ſitis: de accidentibus febris ardentis: febris ardens fit, vel à flaua bile, vel à ſalſa pituita: quomodo fiat flegma ſalſum.

GAlenus *lib.4. acut. ſuper tex.*20. In commentario de differentijs feb. & de iudicijs, cùm alia, tùm hoc declarauimus, propter flauæ bilis exuberantiam febres, & ardentes, & tertianas oriri, atque hoc conuenire inter illas: locis verò, in quibus ſuperfluus contrahitur humor, diſtare: etenim ſi febres ardentes ſint, in venis abundat, præcipuè iecoris, & ventris: tertianæ fiunt, cùm totius corporis carnes affluent bile flauas proinde ſpiraculis imeditis eorum, qui natura bilioſi ſunt, quantum bilis in carnoſo congeſtum genere ante expurgabatur, in hoc ſtatu non purgato, tertianas generauit,

uit, ardentibus frequentiores, nam hæ quidem non proinde trahunt originem ex biliosis retentis excrementis, sed calore in vasis, & visceribus aucto ab inflammato statu præter modum calido.

Hippoc. lib 4. *apho.* 59. Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longinquum est, finitur.

Gal in Comm. Tertiana febris ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente non differt, vtraque enim à flaua bile fit: differunt tamen, quoniam febris ardens habet in venis vna cum sanguine flauam bilem redundantem, & ebullientem: tertiana verò eandem bilem habet in totum corpus delatam, ac motam, &c. quod enim in continuis vna dies potest, hoc in intermittentibus accessio, &c. estque à nobis obseruatum, tùm in quartanis, tùm intertianis fieri iudicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaque in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium decimum incidit diem, & sæpius in ipso morbus iudicatur, non expectato quartodecimo: sicut igitur in morbis continuis, acutorum quidem morborum terminus est quartusdecimus, ita per acutorum septimus: sic in intermittentibus breuissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum, rursus autem, sicut in peracutis morbis poterat iudicari, & in quinto, & in quarto, & in tertio die, sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionem contingebat, non expectante natura septimum circuitum.

Hippoc. lib. de coacis prænot. 148. Tertiana exquisita quinto, aut septimo, aut ad summum nono circuitu terminatur.

Hippoc. lib. 1. *in* 2. *epid. sex.* 73. At verò circa æquinotium, vsque ad virgilias, & sub hyemem consequebantur ardentes febres, & verò plurimi etiam tunc phrenitide corripiebantur, quorum moriebantur plerique.

Gal.

Gal. in comm. Ardentium febrium, & phrenitidis pro loci, quem tenent, diuersitate, author idem est humor: nam cum in vasorum capedinibus vna cum sanguine continetur flaua bilis, vt cumque accendatur, & contingit, febres ardentes prodire: præcipuè verò vbi in ventris, aut iecinoris, aut pulmonis venis bilis efferuescat: at quando ad solidas corporis partes perueniat, ac ea permeat, rigorem constituit, sin autem in cerebrum, eiusque membranas sit impacta, phrenitides inducit verùm, prius, quàm inhæresçat, perfluens venas in his sitas, non phrenitides, coeterum, quæ in vigoribus sunt, febrium delira efficit: proinde bilis, quæ primò in venis imis ardentis febris causa fuerat, in statu austrino hæc ab arcturo, ad æquinoctium, ad caput sublata, & in cerebro defixa, eiusque membranis phrenitides generauit.

Hippoc. lib. 3. in 3. epid. tex. 33. quin febres ardentes, & phrenitis ante ver coegerunt post illa frigora, quæ præcesserant, ac plurimi tùm diu ægrorabant, acuta autem his, & lethalia contigere.

Gal. in comm. Hæ febres sunt ardentes, & phreuitis ab eadem illa quidem profectæ causa, sed differentes locis affectis, nam quibus in iecinoris, & ventris regionem, maximeque in eius os prauus humor inuasit, hos febres ardentes, solicitauerunt: quibus in cerebrum peruenit, phrenitis.

Galenus lib. 2. de crisibus cap. 3. Communis est vsque ad hæc cum febribus ardentibus tertianæ generatio, sed & hoc ità se habere videtur: ex ipsa tertianæ accessione ab acutissimis, maximeque adurentibus febribus nullo modo relinquitur: sed hoc differt, quod in hac per totum corpus bilis defertur: atque ideò vehemens fit rigor, bilisque supervenit vomitus, vrinæque, ac sudores bilioſi sunt: in alijs verò ardentibus febribus, quæ nullam habent intermissionem, flauæ bilis humor in vasis vna

cum

cum sanguine contineri, ostendebatur. atque hæ ipsæ à tertianis differunt, quamuis eundem, qui eas faciunt, humorem habeant, quod in his quidem intra venas continetur, in illis verò, cùm vehementer moueatur, per singulas corpor s partes dissemiuatur, quo fit, vt delationis impetu ipsa perseipsam expurgetur. eadem causa est, cur febris ex sudoribus, atque vomitibus finiatur. in ardentibus febribus singulæ accessiones ad infebricitationem non perueniunt. quoniam, qui earum causa est, humor, non expurgatur, sed quando in his bilis vehementiùs agitatur, ac veluti efferuescit, cùmque impulsa à natura inualescente per totum corpus vadit, tunc rigor superuenit, & febris soluitur: vt inquit Hippocrates lib. 4. aphor. 58. à febre ardẽte habito, superueniente rigore, solutio.

Gal lib. 6. epid. comm. 1. *super tex.* 10. Nam quicunque in acutis febribus, & potissimum ardentibus rigores iudicatorij fiunt, hos ex bile flaua extrà venas per sensoria corpora delata, excitari didicisti; propterea, & febres ex lassitudinibus prouenientes temperatura biliosissimæ ad præsensionem tibi & ipsæ conducent.

Gal. l. 2. de crisib cap. 6. Nam quæ ob solam flauam bilem febris accenditur sine aliquo visceris affectu, siquidem, manente adhuc intrà vasa bile, accendatur, exquisita febris ardens nuncupatur: si verò per totum corpus deferatur, tertiana: sic etsi ab atra bile fit febris, cùm per totum corpus delata fuerit, quartana efficitur: cum immobilis illa, quæ quarto quoque die excrescit, sicuti si ex pituita ortum habeant, vel quotidianæ sunt, vel quæ singulis diebus accenditur.

Hipp. l. 4. de rat. vict. morb. acut. tex. 1. Causus, idest febris ardens sit, cùm venulæ tempore æstiuo exsiccatæ acres, & biliosas, quæ tenues sunt, trahunt ad se humiditates.

Gal. in comm. quod autem aeris nos ambientis temperamẽtum dispositionem corporis secum mutet, siccum quidem ad sicciorem, humidum verò ad humidiorem in comm. epidem: est demonstratum, &c. Verùm si humiditas qualitate acris fuerit, & qualitate siccatoria corpus incenditur, &c. vt igitur nos, quàmquàm mente, quæ appetitum moderetur, præditi, interdùm quidem negligentius, & incontinentius, atque etiam cùm in promptu melius non sit, ad potum aliquem, qui, at salsus, & acris peruenire cogimur, sic & venarum facultas attractoria perpetuò vicinis ex partibus humiditatẽ attrahit, substantiam ipsius, qualis nam sit, nullo pacto discernens. Si ergo in vna quapiam cotporis parte affectio ea fiat, in ea solum, qui erysipelas referat affectus quispiam erit. verùm si venæ totius corporis suprà modum exsiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quæ causum refert, affectio. Causus verò proprie dictus nõ caliditatis, quæ per totum fit corpus, præstat modò vehementia, verùm quoque, & siti, nam sitis in eo vehemens est, & incompescibilis. deest ergo præsenti dictioni singularis de causi generatione sermo de partibus, quem nuper nos adijciemus, nempè in vna corporis parte, quęuis illa sit, interdùm causus gignitur, interdum, & in toto corpore. Verùm cum in toto corpore fit, sitim omninò parit: cùm verò in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat: omnium autẽ primùm, & maximè id facit os ventriculi, deindè ventriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmo, subindè ieiunum intestinum. vtrùm ergo ità tantummodo fit causus, vt dicit, cùm scilicèt acres, & biliosas, quæ tenues sunt, humiditates ad se traxerint venulæ? an ne, & carne id patiente erit causus, siuè in parte vna, siuè in toto corpore pati eam contigerit? ostendimus etenim eam vim habere eorum, quorum indiga est, attractoriam: præterea & fieri po-

potest, vt modo altero sin ilis affectio fiat, modum alterum dico, cùm ex valdioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittuntur excrementa, nempè, quod membris singulis, vt attractoria, sic, & expulsoria insit facultas, & declaratum. fieri ergo potest, vt interdùm quidem ex parte vna, interdùm verò ex pluribus acres, & biliosæ, quæ tenues sunt humiditates extractæ ad dictas fundantur particulas, quæ scilicet imbecilliores sunt.

Lib 4 acut tex 2. Febris quoque vehemens habet, corpusque veluti ab ossearia lassitudine habitum laborat, doletque.

Gal in comm. Febris ergo vehemens habet propter naturam tenuium humiditatum, quas & acres, & biliosas ait: nempè his supervenimut febres vehementissimæ, ideſt, quæ multam, & acerrimam habent caliditatem, &c. laborat autem corpus totum lassitudine vlcerosa propter tenuium humiditatum acrimoniam.

Text 3. Fit autem magna ex parte longum, obliter, longamq; sitim, cùm venulæ arefactæ acres, calidasque fluxiones ad se traxerint.

Text. 4. Fit quoque, & lingua aspera, sicca, & valdè nigra, ventrisque morsu dolet, deiectionesque, & liquidæ, & pellucidæ fiunt, vigetque sitis vehemens, & vigiliæ, atque interdum mentis aberratio.

Gal. in comm. Percurrit hoc in loco, quæ causum subsequuntur, sunt autem hæc lingua sicca, aspera, & nigra, ventris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, & vigiliæ: interdum quoque, & desipientia lingua sanè arescit, quod tota corporis affectio sicca sit, & calida, febrisque ipsa talis: ventris vero morsus propter tenuium humiditatum, quæ illuc confluunt, acrimoniam oritur, deiectiones autem pro succi redundantia.

Lib. 4. acut. text. 13 Causi genus aliud, aluus so-

ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſalſa.

Gal in comm. Febrem cauſon Medicos reperio appellantes, cùm vrens caliditas, ſitiſque incompeſcibilis hominem torquet. quod ſi ita habet cauſon eum, in quo corpus non vritur, ſitiſque leuis ſit, cauſon quidem ſimpliciter, exquiſitum autem, legitimumque non dicemus, &c. quo autem modo tertianis in febribus appellatione huiuſmodi vti conſueuimus, duo cauſorum genera eſſe intelligimus, vt tertianarum duo eſſe, quiſpiam dixerit, vnum exquiſitum, & legitimum, alterum ſpurium, &c. deinceps autem linguam aſperam eſſe inquiens, & ſiccam, non adiecit, nigram; ſed pro hoc ſymptomate ſalſam dixit: nempè, vt cum lingua amarulenta redditur, flauam redundare bilem oſtendit. cum ſalſa, ſalſum, ſalſuginoſumque appellatum humorem, qui vnum exiſtit ex pituitæ generibus, acidum, dulce, & ſalſum. quando igitur prior cauſus ex amara bile conſtans, pallidas geminam ob cauſam parit excretiones, tùm quod tenuis fuerit, tum quod febris vrens augeatur, prænata in eo, quæ ex bile; ſic pituitoſus humor, neque facilè excernitur, neque febrem auget, neque ſitim ardentem habet, neque in ſpiritum vertitur, vaneſcitque.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 42. de cauſonide.

Cauſon eſt ſecundùm duos duos modos, aut enim eſt colerica, & eſt in ea multitudo putredinis, aut intrà venas corporis totius, aut in venis, quæ ſequuntur partes cordis, ſicut dicit Hippocrates in epidem: & non fit flegma ſalſum, ſicut ſciniſti, niſi aquoſitate flegmatis cum colera acuta: eſt ergo colera, quo putrefit aquoſitas permiſta aquoſitati plurimæ, & quoniam cauſon vehementiora habet accidentia, quam tertiana, oportet, vt ſit breuioris ſpatij, quàm ipſa: & ſenibus quidem parùm accidunt febres cauſonides, & cùm accidunt, eis pereunt,

quo-

quoniam non fit eis, nisi causa forti valdè.

Galenus lib. 2. de different. feb. cap. 6. enume-rans species pituitæ: dicit, quòd pituita salsa sit, aut propter putredinem, aut propter salsæ serosæ humiditatis permistionem: ex qua, si quis febricitare contingat, supervenientè accessione, non riget, sed tantummodò horret. acida verò, ac vitrea, si per sentientes corporis partes deferatur, sine febre rigores generat, quod si modica aliqua in ipsis fiat putredo, febrem hepialam inducit. quod si vehementiùs putrescant, rigor quidem antecedit, febris verò sequitur, superata frigiditate à multitudine caliditatis, adeò vt, dum febris inualescit, atque consistit, minimè sentiatur.

CAPVT IX.

Si in febre ardente non adsit sitis, vel naturalis ventriculi facultas læsa est, vel mens ægrotat, & ità de hac re dignæ afferuntur historiæ: duo sunt propria ardentis signa summa sitis, & maximus ardori. Mania differtà phrenitide, quia mania est sine febre, phrenitis verò cum febre acuta: fluxus sanguinis narium confert vrdenti.

SI in febre ardente contingat ægrum non sentire, alterum de duobus necesse est e sse, vel naturalem facultatem ventriculi esse prorsùs extinctam, vel mentem læsam esse: sic prorsùs perdita appetentia, maximè pernitiosum.

Galenus lib 1 epid. comm. 2. super text. 75. Nam quod acuta laborarent febre, simulque sitirent, erant hæc quidem naturæ propria ipsius affectus:

quod verò ſtatim a primo rigerent, proprium erit malignitatis. etenim iudicare ardentes febres rigor ſolet, non tamen elucere ſtatim decretoria oportet. at verò vigiliarum, & angoris ſymptoma ſemper prauum eſt, ne dum in principio, vt etiam exudare. iam verò delirare, quod eſt abſurda loqui, id eſt deſtipere, læſum ſignificat cerebrum. timores verò magnopere acris, & aduſtæ flauæ bilis ſymptomata ſunt: cognatæ iam timoribus ſunt mœſtitiæ, & partium extremarum frigus pernicioſiſſimum febribus ardentibus eſt ſymptoma, & ſignum. quemadmodum etiam deſcipere, febris æſtu caput inflammante, cùm proprium ſit, & familiare febribus acutis vri extremis partibus corporis, quæ ſi quando refrigerentur, regioneſque ardeant viſcera continentes, in corporis meditullio coactum ſanguinem eſſe, indicio eſt: extrema autem membra ſanguinem deſiderare, & refrigerari, & ſemel emori, deſtituente iam natura, &c.

Proindè his ſignum erat perditi ſenſus, non ſitire: itaque cuncta hæc, quæ retulimus ſymptomata, mirè cacoethe ſunt, & exitialia: atque vna cum his, vel maximè vrinæ, quæ nigræ erant, tenues, & paucæ. nigræ quidem, vtpotè aduſto iam bilioſo humore: paucæ, quod omnis eſſet ex ſanguine humor ab ardente febre toſtus: quodque vrinæ inſtrumenta iam emortua eſſent, eandem ob cauſam alui ſiſtebantur, quin etiam ſtillaſſe nares, quod pernitioſum eſt ſignum cum in alijs, tùm maximè in febribus ardentibus, ait ſiquidem ardentibus febribus hoc pernicioſiſſimum eſſe, patet: ſiquidem eſt familiariſſimum ſanguinis profluuium.

Galenus lib 3. in 3. epid. comm. 34. quod confirmat etiam lib. 4 acut. ſupra tex. 1. Duo eſſe febrium ardentium propria, & inſeparabilia ſigna: ſummum ar-

ardorem, & maximam sitim.

Hipp l. 3. in 3. epid. tex 4 describens statum phreniticorum. Sanè hi nihil sitiebant.

Gal in comm. De phreniticis agit: fuisse eos dicit, non sitibundos, non tam quod illis multa humiditas in ore ventriculi affluueret, quam, quod quæ patiebantur, non intelligerent, & facultatem haberent stomachi appetitricem, quæ extinguebatur.

Hippoc. lib. 3. epid. 3. tex. 13. Alui turbatæ, cibum fastidiebant.

Gal. in comm. ex vitioso humore, qui à capite defluxerat in fauces, quod in pulmonem inuaserat, tabidos constituebat affectus, quod verò in ventrem derivatum erat, quia subibat mordicando, ventris profluuium concitabat. in transitu item ventris facultatem ciborum appetentem afflixit: vnde cibos fastidiebant.

Texin 14. Quidam sitibundi erant, quidam non.

Gal. in comm. Pluribus de causis nec siti caruisse omnes, nec fuisse sitibundos probabile est. videtur humiditas omnibus putredinosa fuisse collecta, verùm non pari quantitate, aut æquè praua. quamobrem possent aliqui non sitire, vel ob facultatis appetendi offensam, non secùs, ac illi, qui cibum fastidiunt ob facultatis cibos appetentis offensam: liquet autem pessimam esse horum conditionem, vel quia maligna humiditas illis ad Ventrem non affluat: possunt autem alij sitibundi esse, tùm quia in Ventrem confluat vitiosus humor, tùm quia nondum os ventriculi ab ipso humore adeò læsum est, vt potionis appetens facultas iam corrupta sit.

Hippoc. lib 3. epid. 2. Aegroto 6. Eusianactis filiam Virginem ignis inuasit, hæc perpetuò nihil sitiebat, & cibos auersabatur. Septimo decimo die decessit. Huic ab initio morbi fauces dolebant,

semperque rubebant, gurgulio retractus, destillationes multæ, paruæ, tenaces, acres, tussijt, concoctum nihil excreuit, quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit, neque appetiuit quicquam: non sitijt, & nihil effatu dignum bibebat: tacita erat, nihil loquebatur, mæsta animum desponderat, erat autem, & natiuum quoddam tabidum.

Gal in comm. Sanè maximum tibi sit facultatis signum ciborum appetitricis semel emorientis, si parata hæc, quæ desiderare, dicebant, vt gustarunt, culpent, nec etiam edant: qui tamen si habeant pessimè, deteriore tamen sunt in statu, qui nihil appetunt, extremam indicantes extinctionem naturalis virtutis, qua cibum, & potum appetimus. ob hæc itaque mulier hac mortua: exemplariorum diuersitatem nihil est, quod respiciamus, & de diebus quæramus.

Et lib. 3. epid. 3. tex. 56. Refert historias multorum, qui pestilentiali febre correpti maluerũt mori, quàm cibum capere: verba sunt: omnes, in quos equidem tunc incidi, cibum, quocumque detinerentur prædictorum morborum, fastidiebant: multi autem, maximeque ij, & qui ex his erant, qui ex alijs perniciosè se habebant.

Gal. in comm. Etiam hoc symptoma omnes cœpit, qui in peste diuturna, quæ modò viguit, laborabant. quarè factum est, vt multi morerentur. fortiores ergo, qui vim sibi ipsis afferentes, cibum oblatum assumpserunt, omnes ferè superstites fuerunt: plurimi verò mori, quàm comedere quicquã potius duxerunt. atque hæc ipsa accidisse illis videntur, qui tùm ægrotauerunt, maximè vitio ventris. etenim, & huius est opus ciborum appetentia.

Et lib. 3. epid. 3. textu 11. in casu Hermocratis, qui perpetuò a cibo abborrebat, omninò mente constabat, loqui non valebat, lingua inaruit,

non sitiebat,obdormiscebat aliquantisper sopore tentatus, &c. vigesimo septimo die defunctus est.

Gal. in comm. Hæc, quæ retulit omnia sunt emorientis vitalis facultatis signa: vt v.g. ciborum fastidium inappetentiam significans, interim à ventriculi ore proficiscitur, ab aliqua humorum aliena qualitate affecto, interim ob ipsius facultatis extinctionem.

Hipp. l. 1. prognost. 57. & l. de coacis prænot. 58. In præcipitibus malis,si sitis temerè,& prçter rationem euanescat:malo est.

Hipp. l 3. epid. 1. text 5. Proponit historiam Hermocratis, qui ad nouum murum habitabat: igni est correptus:cçpit ille,capite lũbisq;dolere:hyppochondrion molliter intendebat, *lingua initio adusta fuit,* statim obsurduit, somnum non habuit, sitibundus non admodum &c.

Gal. in comm. At qui in tali febre,linguaque tali, si absit ingens sitis, alterum indicat, aut mentem læsam ægri esse, aut Ventris naturalem facultatem, qua subindè cibos appetimus,emori.

Lib. 3. in 3. epid. textu 45. Nec Phrenitico. rum insaniuit quisquam, quod vsu venit alijs; sed alia quapiam cataphora segui grauiter peribant.

Gal. in comm. Hoc enim discrimine solo, cum febre phrenitim accipimus; nulla re alia distantem à mania,idest insania,quàm febre. mentis siquidem vtraque noxa est, sed proprium insanientium est febre liberum esse, vt febricitare phreniticorum. non est igitur mirum, in corpore, crudis collectis humoribus, vt excreta commenstrarunt, esse soporosos illos simul,& dementes euasisse; soporosos quidem ex multitudine, & frigore succorum crudorum,dementes,quod putrescentes acredinem pariebant,& calorem.

Lib.3. in 3.epid.tex.85. Aegroto 14. Mulier Cylini,quæ Gemellas filias difficulter pepererat,& minus erat purgata, primo die in febrem incidit horrifica grauitas: insomnis initio, tacita, & tetrica, nec ad animi æquitatem potuit perduci, vrinæ tenues, sticulosa, fastidiosa sæpè numero: aluus constanter turbata, rursusque constitit: sexto die sub noctem multum delirauit, non dormiuit, sub vndecimum insanijt, rursus ad mentem redijt: vrinæ nigræ,& tenues, deindè aliquantò post oleosæ; aluus multa tenuia, & turbata excreuit: decimo quarto die multæ conuulsiones,extremæ partes frigidæ, nihil ampliùs sapit, vrinæ restiterunt: perijt, phrenitis.

Gal. in comm in conspicuo porrò est, vitiosis humoribus, ad caput sublatis, delirium furiosum extitisse, simulque conuulsiones consecutas esse.

*Hippoc.lib.4.acut tex.*10. etsi à naribus fluxerit sanguis, soluitur caussus, atq; si sudores supernenerint iudicatorij legitimi cum vrinis albis, crassisque, & leuibus sustentijs.

Gal. in comm in acutis febribus, quod ex sanguine feruet, ad caput fertur: cum igitur rescissis, ruptisque venis, natura id ipsum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris promptius dominatur, & imperat: pari modo, etiam per sudores eas, quæ tenues sunt è humiditates expullerit, morbum sanat, si vtique morbo iam coorto superuenerint,

*Hipp.l.7.apho.*1. In morbis acutis frigus partium extremarum. malum.

Gal. in oomm. In morbis diuturnis,qui præsertim sunt sine febre, & hyeme, & ætate senili, partes extremas corporis,veluti nares,pedes,& extremas manus frigidas fieri, nihil absurdum. Non tamen

in

in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis: quod vehementissimis accidit viscerum inflammationibus; acutos autem, ipse ait, vocari morbos, quorum febres maxima ex parte continuæ sunt, in quibus, cùm fuerint sine magna inflammatione, ne dùm extrema frigescere, sed exuri contingit: cùm verò inflammationis calor adeò vehemens fuerit, vt ad se trahat per modum cucurbitulæ ex toto corpore sanguinem: ijs, qui ità se habent, viscera perurunturr, extremæ autem partes frigescunt propter defectum sanguinis ad viscera se recipientis: & eorum plerique neque tegumenta tolerant propter incendium, quod in visceribus sentiunt.

CAPVT X.

Ex putredine sanguinis in vtero febris continens fieri potest: ex fracturis similiter: affertur casus de Febre acuta cum tenesmo: quid sit causa tremoris, & causa descipientiæ: De causa surditatis in febribus: bonuntur quædam animadnersiones a medico considerandæ in morbis.

GAlenus *lib 6. epid. comm. 1. super text. 2.* in medio; inter omnes corporis partes plurimas, grandissimasque venas vteri habent, cùmq; eos, aut menses, aut a partu purgamenta suppressa, aut phlegmone aliqua vtcumque orta malè, accipiunt, ipsos sanguine compleri necessum est: quo deindè putrescente, si febris excitetur, inter synochorum species connumerari opus est: nam id genus febrium ex putrido sanguine accendi often-

sum est, hæ verò calentium vaporum vim haud paruam in caput subinittunt. Verùm capite quauis de causa horum vaporum pleno, grauitates maximè in sincipite hominem vexantes apparere, illis, &c. primùm igitur vapores illos calidos per arterias in caput subuolare, ratio ostendit: ipsas quoque arterias per collum ab vtraque vocati infundibuli parte recta in sinciput discurrentes videre licet.

Ex fracturis continentem febrem fieri, narrat Hippocrates lib 2. de fracturis textu 23. Febres peracutæ eueniunt, continuæ, tremulæ, singultuosæ, mentem attentantes, paucorum dierum, & periimentes.

Galen. in comm. In sideratione calcis, hæc contigere, inquit, non quia os ipsius corrumpatur: nihil enim ex superioribus simul cum hoc existit, cum ex sua quoque ratione formam propriam habeat; sed quia, quæ circùm sunt ipsum corpora, ipsumque tangunt, annexaque ei sunt, cùm ex vitio eius lœsionem percipiant, & superioribus partibus eam participant. nàm tendo, qui cum calce connectitur, inflammatus musculos totos carnosæ posterioris partis tibiæ, ex quibus oritur, contagione mali procul dubio afficit. hi autem affecti, in neruos statim, qui eos dispergunter, morbum diffundunt, nec non, & in arterias: at cum arterijs, cor: cum neruis, cerebrum pati necesse est. quocircà cùm cor innati caloris fons sit, cerebrum rationandi vim in se habeat: musculi membra voluntarijs, quæ vocantur, motionibus moueant; consentaneum est, vt ex corde affecto febris: ex cerebro deliria: ex musculis tremores, & conuulsiones: ex stomacho, qui plurimùm neruorum est particeps, singultus oritur.

Hipp.

Hipp l.1.in 3.epid. ægroto 3.tex.20. Herophontem febris acuta corripuit: primò pauca,& cuiuſmodi in tenaſmo ſolent,deiecit,deindè tenuia,bilioſa,ſubcrebra:non dormiebat, vrina nigra, tenuis: quotidie manè obſurdeſcebat;omnia exacerbabantur,lien intumuit:hippochondrion contendebatur;pauca,& nigra aluus excreuit,deſipuit, ſexto delirabat: ſub noctem ſudabat,frigebat,in delirio perſeuerabat: Septimo extremis membris frigebat,ſitiebat,deſipiebat, ſub noctem ad mentem redijt, obdormiuit: octauo febricitabat,lien reſidebat, omnia intelligebat; doluit ei inguen primùm, ſecundùm lien, deindè in vtramque tibiam dolores demigrarunt,&c. ad decimum ſeptimum iudicatus eſt.

Gal. in com. Hic præter expectationem ſuperſtes fuit,quem ſcilicet primis diebus meritò moriturum ſuſpicatus eſſes: etenim nigra minxit,& excrementa alui bilioſa;repræſſa,inſecuta ſurditas eſt, vt quæ in caput aſcenderant: vnde non immeritò deſipuit, nihil verò erat boni,quod vrinas nigras, quæ quidē erant prauæ,compenſaret,niſi,quod lien die quinto intumuit excepta copia malorū humorū: deindè, cū die octauo ex liene in crura tranſirent,hic diminuebatur quidem, cæterùm ad crura, dùm deriuarentur, primùm ei inguen doluit ſiniſtrum, hoc enim poſitum eſt ſecundum lien: poſtea tranſiernnt ad vtramque tibiam dolores. atque hæc ſymptomata in cauſa fuerunt, quàm ob rem commoda nocte haberet,&c.

Hippocr. lib. 3. in 1. epid. textu 1. & 2. Pythion, qui propter telluris ædem habitabat, cæpit primodie tremor in manibus,febris acuta, nugabatur.

Gal. in comm. Atque didicimus tremoris cauſam eſſe muſculorum infirmitatem, deſipientiam verò fieri,cerebro ob inflammationē, vel copioſum bilioſum ſuccum offenſo: & acutam febrē putredi-

nis

nis esse humorum comitem, &c. oportebat igitur, Hippocratem cùm hominem animaduerterat in periculo esse, ad sanguinis missionem accedere, aut primo die, si nullum contineat venter crudum cibum, aut omninò altero, hocque magis, quod pri no die exposito ipse scripsit.

Gal. lib 3. epid. comm. 1. suprà tex. 3. quò m adducit potissimum, quod in ijs prædictum est, quibus octauo die missus est sanguis, etenim hoc vt rarum scripsit, & sanguinis ante diem octauum missionem, vt consuetum, præterijt: quod si in veris suis operibus, magis infestantibus morbis, semper sanguinis missione vtitur, ætatem pariter, & ægri vires respiciens.

Gal. lib. 3. in 3. epid super tex. 5. Ægroto 2. suprà Hermocratem. At caput coepit illi dolere vna tum surditate: itaque ex his in caput liquet inna. le quandam humorum abundantia n, declaratum iam est, frigidioribus succedere somnos veterno. sos, lethargicaque mala: calidioribus, aut prorsus mordacibus, vigilias, & deliria; proinde cùm vigiliæ eum tenerent cum surditate, & capitis dolore, lumbique suspicari, replentes caput humores, consentaneum erat mordaciores esse; vsu venit porrò his, vbi cum calida febre, & flagrante cerebrum offendant, sequi, vt didicisti, deliria, quod si duos dies, aut tres, aut quatuor hæ symptomata durent, certius præscies delirium.

Gal. lib. 1. de diff. feb. cap. 4. Oportet siquidem in omni causarum genere diligenter aduertere, ex qua maxime potentia ægrotare contingat: deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem consentiunt, quàm quæ aduersantur: illud pro comperto habentes, quod quæcumque consentientes sunt facillime laeduntur: contrariæ autem, & retinentes, quantum viribus, ac magnitudine contrarietas valet, tantùm inuitas perdurare contingit.

CAPVT

CAPVT XI.

De febre tertiana: quomodo incipiat paroxismus tertianæ, & quomodo cognoscatur: quomodo eueniant paroxismi duarum tertianarum, & quartanarum, & quod ipsam fabris formam debemus inspicere: in tertiana non pura probatur decoctio absinthij post septimam diem: in febre tertiana, si materia inclinat ad os stomachi, per vomitum est expellenda: de qualitate flauæ bilis, & de cura tertianæ per clysteres, & vrinam: probatur decoctio absinthij.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 37. Paroxismus tertianæ incipit in primis cum horripilatione, vt punctura acus: deinde infrigidat, & incipit facere rigorem, &c. & non est frigus eius, nisi propter profundationem caloris ad interiora ad partem materiei, &c. Cum ergo componuntur duæ tertianæ, sunt paroxismi euenientes omni die, qui ergo considerat tertianam per paroxismum errat in ea, &c. paroxismus tertianæ cognoscitur per vehementiam paroxismi.

Gal. lib. 2. de crisibus cap. 2. in fine. Nam si duæ tertianæ fierent, aut, duæ quartanæ: duæ quidem tertianæ quolibet die per tertium autem duæ quartanæ accenduntur: quare vel duas tertianas vnam putabis quotidianam, vel duas quartanas vnam tertianam. Sed formam ipsam febrium te inspicere iubeo: neque enim in insultibus accessionum similes sunt, neque ascensibus, neque statibus, neque remissionibus, neque in caloris qualitate, neque in motu arteriarum, neque in ijs, quæ superueniunt, accidentibus; si ergo, neque tertianam ipsam per se ipsam, neque quotidianam vnquam inspicere licuisset, obscura foret earum dignotio

Sed

Sed, quoniam, & tertianam seperatim datur contemplari, quando incipit, atque progreditur, & iam in perfecta soluitur, eodemq; modo quotidianam: non admodum difficile est ab vna quotidiana duas tertianas distinguere.

Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 8. ex febribus intermittentibus breuissima est tertiana.

Auicennas lib. 4. *f.* 1. *t.* 2. *cap.* 41. de cura tertianæ non puræ probat decortionem absinthij post septimam diem, est enim iuuatiua subtiliatiua materieri, & confortatiua stomachi, & similiter aqua fæniculi, & aqua apij cum syrupo acetoso, & si pertransierit decimum quartum, tunc non est malum dare in potu trociſc: de rosis minores: si autem ægritudo prolongatur, non inuenies excusationem, quindemus ea, quæ sunt, sicut trocico de eupat.: & decoctio eius.

Gal. lib 11. *meth. med. cap.* 9. in principio: de curandis febribus putridis per medicamenta purgantia, balnea, inunctiores, & potus. Ergo quemadmodum singulis sit opitulandum, id posteà pro conueniente sermonis ordine disquiremus, cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupat, quæ ipsa continentes quoque febres excitet, faciemus; ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur expellenda, quæ putruerunt, per vrinas, & aluum, & sudorem sunt: quod ad si os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitum: aliter non est, quod ea præter naturam iuues.

Gal lib. 1. *ad Glauc cap.* 9. *de exquisita feb tert. curat.* At flauæ bilis humor inter omnes, qui incorpore sunt humores, siccissimus, calidissimusque existit: hunc igitur, cùm ad ventriculum repit, per vomitum educere oportet: cùm verò vergit ad inferiora, per excretionem: per vrinam quoque, & sudores oportet diuertere: iuuat autem & per inferiores partes bilis expurgatio, Venter autem molli-

mollibus clyſteribus eximaniendus eſt, vrina verò potionibus, in quibus apium, aut anethum madnerunt prouocanda, & ſi tibi coctionis ſigna monſtrantur, iam cum fiducia abſinthium potes exhibere: quod alioquin ſummum eſt remedium mordicationum ſtomachi, quæ à bile proueniunt, ſi præſertim ex ipſius coma quantum ſufficit, accipiens mellicrato intinxeris.

CAPVT XII.

De ſemitertiana, ſeu hemitritæo: quid ſit hemitritæus, & eius cauſa: de differentia tertianæ non puræ cum hemitritæo: declaratur quid ſit hemitritæus: de modo originis hemitritæi: ad cognoſcendam concoctionem, vel cruditatem morborum maximam vim habent vrinæ.

A *Vic. lib.4. f.1. t.4. cap* 17. Nemitritęus eſt febris compoſita ex duabus febribus, quarum vna eſt tertiana, altera eſt flegmatica, & fit in die vno paroxiſmus tertianæ, & quotidianæ ſimul aut ſecundùm ſemitam coalterationis, & vicinitatis, aut ſecundum ſemitam introitus, &c. quidam ponunt hemitritęum purum febrem compoſitam, quæ fit ex tertiana extrinſeca, & flegmatica intrinſeca, & illam, quæ eſt præter eam nominant non puram, *& lib. 4. f.1. t.2. cap.*36. & tertiana quidem periodica, aut eſt pura, & fit à colera pura, aut non pura, & fit cum putredine coleræ groſſæ ſubſtantiæ propter commiſtionem colerę cum flegmante commiſtioe aliqua complexionali vnita, & propter hoc diuerſificatur ab hemitritęo, cùm hemitritęum faciant duæ materiæ ſeparatæ, & hanc faciat vna materia, quæ in ſe ipſa eſt permiſta

cum

cum cuius calore permiscetur aliquantulum frigoris, quod grauat suam putredinem, & suam resolutionem, & suam digestionem, & propter illud quidem in hemitritęo fiunt duo paroxismi, & tertianæ non puræ paroxismus vnus.

Galenus lib. 2. de diff feb. cap. 7. & quid aliud hoc erat, quam accessio exquisiti hemitritei, duabus eadem hora inuadentibus febribus? quoniam quotidiana duabus horis celericis, tertiana totidem tardiùs accedebat, adeò, vt quicunque facultatem haberet febrium figuras agnoscendi, tertianæ, ac quotidianæ continuæ accidentia in vnum confusa manifeste deprehenderet: nam cum tertianæ insultum rigor comitaretur, quotidiana sine rigore inuaderet ex vtraque febre horrorem continuo afferebat,&c. nam ex quotidiana continua, & tertiana intermittente tota hemitritęi natura confusa dimidiam partem ex dictis febribus retinet; si cuti igitur semi asinus, & Semi Deus nomen tale sortiuntur, ità & hemitritęus. Semi Asinus enim cùm ad eius generationem pro altera parte Asinus, pro altera equus conueniant, ex vna semi Asini nomen accepit: sic & hemitritęus dimidiam sui partem habet tertianam, alteram autem dimidiam quotidianam continuam, duplex autem in ipso generationis modus, vel scilicet duabus in vnum tempus conuenientibus accessionibus, quia altera quidem, quæ conueniebat, altera autem differebat, aut statim ab initio ambabus inuicem confusis: quæ igitur fit in vnum tempus conuenientibus vtraque accessione, vnam tantummodo habet hemitritiæ naturæ accessionem: altera autem à principio omnis ægritudinis vsque ad finem, quæ maxime, atque præcipue ab omnibus febris hemitritęus appellatur.

Lib 2. de diff. feb cap 8. Talis quidem est hemitritęus exquisitus ex æquali duarum febrium tem-

pera-

peratura compositus: quoniam etiam ex duorum humorum æquali temperatura constat, at qui exquisitus non est, vbi aut bilem, aut pituitam habet præpotentem.

Secunda est duarum febrium, tertianæ scilicet, & quotidianæ copulatio, ac commissio: in eo differt hemitriteus à tertiana notha, quod in tertiana notha ad infebricitationem desinit: & quoniam die secunda cum rigore, aut horore sola quotidiana inuadit. non igitur erit hæc febris hemitriteus, siquidem ex numero continuarum hemitriteus existit, &c. rursus igitur ad res ipsas redeamus, hoc est ad eum, quem Hippocrates hemitriteum horridum, atque continuum, quem facit tertiana, quotidianæ continuæ commixta: intermittenti autem non item: quoniam quæ ex ambabus componitur febris, necessario & ipsa intermittitur: non tamen ex duabus continuis, quarum altera ex bile, altera ex pituita generatur potest hemitriteus consistere; quoniam hæc commixtio febrem horridam acquæ multas habet reduplicationes non facit: nam cùm omnis febris continua, sui quidem ratione, cùm exquisita fuerit, neque horrorem habeat, neque rigorem, neque etiam ex eisdem componatur, horrida fiet: necesse est igitur, si horridus simul, atque continuus sit hemitriteus futurus ex duabus ipsum febribus generari, quarum altera sit intermittens, altera verò continua, atque idcirco tertiana quidem cum quotidiana confusa facit hemitriteum, cùm neque vtraque continua, neque vtraque intermittens huiusmodi queat febrem generare; vna igitur sola adhuc mixtio relinquitur ex quotidiana intermittente, & biliosa continua, quæ & ipsa potest continuam simul, & horridam febrem efficere, hæc verò contrario modo se habebit, quàm prior, quoniam continuitatem quidem ex bile obtinebit, horrorem verò ex pituita: reduplicationes autem

ex

ex pugna mutua, ac tùm præsertim cùm humores æquas vires habuerint, &c. Hic verò necessario de ipsis facta est mentio propter hemitritęum, cuius ortum Archigenes ad tertianam transfert, ac quotidianam, non tamen eius naturam rectè assecutus; quoniam in numero febrium intermittentium ipsum ponit.

Gal. lib. 2. de crisib. cap 10. *in principio.* Inuadat igitur febris aliqua horrida, simul atq; omninò inęqualis in pulsibus, atque in eo, qui per totum corpus sentitur calore, vt soepè propius statum esse existimetur, vel medium augmenti obtinere: rursus verò horrida fiat, & pulsus minores, & debiliores, ac tardiores, & rariores habeat, & calorem quidem aò extremis partibus recedentem, circa verò ventrem, atque thoracem redundantem, hanc non absque ratione quispiam hemitritęum, idest semitertianam fore speret, vel potius iam esse: à multis verò tertio die nascetur, sed hæc quidèm mista est ex biliosa, & pituitosa febre, de quibus anteà sermo habebatur, non iam inuicem complicatis, sed per se totas confusis. Quæ autem ex complicatione fit quadrupliciter consistit, vel tertiana quotidianæ commista: vel ea, quæ quotidie accessionem habet continuá, illi, quæ per tertium continua est: vel tertiana ei, quę singulis diebus accessionem facit continuæ: vel quotidiana ei, quæ per tertium diem continua est: nec vlla ex his mistionibus in primo die exquisite cognoscitur, secundo verò instanti die cognoscere, facile est, ac multò magis tertio.

Galenus lib. 2. de diff. feb. cap. 7. de complicatione febris tertianæ cum quotidiana, ac de semitertiana febre. Iam verò tempus est, vt ad propositum institutum reuertamur: si pituita putrescens, ex qua febrem illam, quæ singulis diebus accessionem facit, accendi dicebamus, misceatur flauæ bilis humori, ex quo tertiana gignitur febris, duplex iam causa,

ſa, ac diſpoſitio coniungeretur ſ alter ſiquidem humor affert quotidie acceſſionem, alter verò tertio quoque die: itaq; alter quidem dies duas habet acceſſiones, alter verò vnam tantummodo, niſi acceſſionum tempora in eadem hora conueniant: ſi enim conuenerint, fiet vna febris confuſa, quæ neq; puræ tertianæ, neq; quotidianæ formam præſefert, quoniam verò vtriuſque febris duplex eſt ſpecies, quatuor ex ipſis fient complexiones, vna quidem, in qua tertiana quotidianæ intermittenti commiſcetur, altera verò, in qua tertiana quotidianæ continuæ coniungitur, & tertia, in qua quotidiana intermittens tertianæ continuæ miſcetur: quarta, in qua permiſcetur quotidiana continua tertianæ continuæ: harum verò nuper dictarum complexarum omnium duæ ſunt differentiæ, cùm aliquando quidem in eandem horam acceſſiones occurrant: nonnumquam verò diuerſis temporibus ſuperueniant, ſed hæ quidem cognitu faciles ſunt, niſi quod aliquando intermittens ignoratur ab inexercitatis ea ratione, quoniam ægrotus nunquam à febre liberatur, at formam acceſſionis inſpicere oportet, quemadmodum in ſecundo libro de criſibus plenius edocuimus, atq; indè, non autem ex periodorum ſimili proportione cognoſcere febres: ſupponatur enim cuipiam acceſſionem incipere circa primam horam vnà cum rigore, qui videtur pungere carnes laborantis, deinde, vbi alia omnia tertianæ febris indicia vſque ad conſiſtentiam proceſſerint, poſt modum cum bilis vomitu, atq; optimis ſudoribus declinare, ac iam nonam diei horam adeſſe, vndè ex totius acceſſionis motu coniectari poſſumus, hora vndecima Ægrotantem febris intermiſſionem habiturum, talem videlicet, qualem in periodis nominare conſueuimus: dum verò in hac ſpe ſumus, ſubito retineri ſudores, deuſata ſcilicet tantummodo, vel etiam horreſcente cute, ac ſubindè principium,

aſcen-

aſcenſum, conſiſtentiã febris continuæ, qualis ex pituita accenditur ſequi; Sic enim & duplicem causã, ac duplicem febris ſpeciem cognoſcemus, miſta intermittente continuæ, quãuis nulla intermiſsio deprehendatur. Secundo etiã die ſperandum eſt hora nona accesſione futurã: quod ſi expectationi noſtræ res ipſa reſpondeat, omnino etiã die tertia itidẽ febricitante adhuc ægroto, tertianæ febris acceſſionẽ hora prima ſuperuenturam ſperabimus: quod ſi aut præuenerit, aut tardior fuerit ea, quam ſecundo die circa horam nonam fore ſperamus, acceſſionem, aut tertio circa primam, non amplius diebus ſequentibus, aut nonam, aut primam expectabimus horam: ſed tantò prius, ſiuè poſterius, quantò in prima periodo ſimilitudo proportionis acceſſionem, aut tardaſſe, aut acceleraſſe monſtrauerit, quæ verò ex duabus febribus citius ſit finem habitura, ex earum ſpecie, & forma, atque ex acceſſionis prolixitate, ac magnitudine, more præterea, ac motu, & reditu periodorum, prout celerior, aut tardior extiterit, coniectandum, adhibenda inſuper alia, quæ ſuperueniunt, indicia coctionis, aut cruditatis morbi totius, ex quibus maximam vim habent, quæ in vrinis apparent, de quibus omnibus ſufficienter in libris de criſibus tractauimus. Ego ſum mihi conſcius, quod ſæpius ex diuinatrice quadam arte potius, quam prænoſcendi ſcientia medicinæ propria, viſus ſum eiſdem coniectura aſſecutus futuræ acceſſionis inſultum: in hac igitur ipſa, de qua nuncegimus, miſtione cum quotidiana, vidi aliquando circa primam horam exquiſitæ tertianæ inuadere accesſionem, in ſexta autem illius, quæ à iunioribus medicis proprionomine quotidiana appellatur.

CAPVT

CAPVT XIII.

De febre quotidiana: febris quotidiana rarò, paucis exceptis, ad integram quietem peruenit. Galenus numquam vidit iuuenem biliosa temperatura hac febre correptum: de qualitate febris quotidianæ.

GAlenus *lib.* 1 *ad Glauc. cap.* 7. Nam iuuenem biliosa, & sicca temperatura numquam vidi huiusmodi febre corripi, &c. non tamen harum febrium declinationes, quemadmodum tertianarum, & quartanarum, sudoribus terminantur: quare neque ad integram quietem manifeste, exceptis paucis, perueniunt.

Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 4. in fine: de quotidiana agens. Singulis autem diebus accenditur, quamuis minus calida sit, quàm tertiana, quæ biliosa est; at illã constat cùm & humorem habeat accessioni opportunũ, & facilè subindè propter subtilitatẽ quid quid ex eadem efferbuerit, totum in accessione expurgatur) ad priorem quamdam infebricitationem tertianæ videtur, desinere post accessionẽ breue aliquod putridæ caliditatis vestigium relinquere. Quæ autem ex pituita febris accenditur, in accessionum declinationibus integre non expurgatur, neque parum relinquit eius, quod veluti succendi videtur: hinc ergo eius intermissio longè deterior, ac secundæ accessionis festinatior est inuasio.

CAPVT

CAPVT XIV.

De febre quartana: raro reperitur quartana continua: quartana, vt plurimum, euenit in successione ægritudinis febrium diuersarum putridarum: multoties ratione splenis affecti: perducit ad hydropisim: quartana est securissima, & liberat ab alijs morbis, sed quando lien est malè affectus, sequitur aqua intercutem: longa est quartana.

GAlenus *lib. 2. de diff feb. cap. 2.* rarò reperitur quartana continua.

Gal. lib. 1. in 3. epid. super comm 2. quæ quarto quoque die incessunt, has integrum corpus, scimus plurimum præstare: ac quæ quarto quoque inuaderet die, quæ ad integritatem non veniret, rarissimè visa est.

Hippoc. lib. de coacis prænot. tex. 159 Hybernæ quartanæ ferè in morbos acutos transeunt.

Auic. lib. 4. f. 1. t. 2. cap. 65. & plurimum quidem quartana euenit in successione ægritudinis febrium diuersarum propter diuersitatem humorum, ex quibus generantur, ex quorum putrefactione, cùm adduntur, & non euacuantur, multiplicatur melancholia, deindè, cùm putrefit, est quartana, & multoties quidem accidit in successione splenis, & cum hoc ipsa secundum plurimum non euacuatur ex dolore splenis, aut duritie eius. Et saluior quartana est illa, quæ non accidit ab apostemate splenis, aut alijs, aut cum qua non est apostema splenis. quartana enim, quæ euenit ab apostemate splenis, aut cum qua est apostema splenis, multoties perducit ad hydropisim, & pernitiem. Et quartana, quæ salua est, liberat ab ægritudinibus malis melancholicis, sicut melancholia,

& pic-

& epilepsia, & in ea est securitas à spasmo, quoquoniam humor est siccus.

Hippoc. lib. 1. *epid* 3 *tex* 4. At verò omnium est quartana securissima, facillima, longissima: hæc enim non est ipsa quidem tantùm perse talis, sed etiam à magnis alijs vindicat morbis.

Gal. in comm. quando quidem ex liene sæpè numero grauiter vidimus homines laborasse quartana, ac deindè collecta aqua intercutem esse defunctos: verùm ipsa sua sponte quartana periculo vacat, quæ quidem alijs morbis liberat, atque ità nouimus morbos comitiales fuisse à quartana diù infestante discussos.

Hippoc lib. 5. *apho* 70 à quartanis capti, non admodum à conuulsionibus capiuntur: si verò prius fuerint capti, superueniente quartana, *liberantur.*

Gal. in comm. conuulsionem, quæ fit ex repletione, quartana non solum prohibet fieri, verùm, si præfuerit, soluit: fit autem abhumoribus lentis, ac pituitosis, qui partibus neruosis inserti sunt: cùm verò horum humorum duplex sanatio sit, excretio, scilicet, & concoctio, ambas habet quartana, excretionē quidem ex rigore, hęc enim sola agitatio sufficiens est crassū excernere humorē, cōcoctionē verò caloris febrilis ratione qui rigorem consequitur.

Hippoc. lib. 6 *epid* 6 *tex* 7. quartana laborantes magno morbo non capiuntur; si prius autem capiantur, & quartana superueniat, liberantur.

Gal in comm. Hunc humorem igitur, & aliæ quidem febres iuuant, sed maximè diuturnæ, & ex his omnibus quartana potissimum: itemque ea ipsa quartana, quæ longissima sit, & cum rigore inuadat, &c. cerebri quidem initium hoc obstruente humore: febris autem caliditas prius attenuans, & ipsum discutere apta est, præterea, & totam temperaturam vehementibus rigoribus mutare, & humidam eam, frigidamque ad calidius, siccius que

redigere: ab illa enim pituitosus humor procreatur: interdùm verò, & vexante febrili accessione excretiones sequuntur conuulsiones, iuuantes, per sudores quidem soepius, aut vomitum, aut alui subductionem: quare, & per hæc expurgatur morbi materia, &c.

Hippoc. lib 6. epid. 623. non ante annum quartana desinit. lib. 2. epid. 3. quartanas sudore quoque iudicari: vt accidit Vxori Hippostrati, quæ anno continuo quartanam passa est, & tandem sudore fuit liberata.

Galenus lib. 9. de compos. med sec. loc cap. 2, vbi de lienis affectibus agit. Lienosorum potus sit aqua, in qua ferrum ignitum estiactum fuerit, non febricitantibus cum vino: fabricitantibus verò cum aqua: *Ita Alex Trall lib.* 8 *cap.* 10. *ità Celsus lib.* 4. *cap.* 9.

CAPVT XV.

In morbis atra bilis non accenditur febris, nisi prius atrabilis putrescat: sanguis duplici ratione putrescit, vel quando à suo loco discedit, vel quia non diflatur, vel quia à natura nõ comuincitur: si sanguis corrumpitur, pars tenuior fit bilis, crassa fit atra: atra bilis est mordentis, & erodentis facultatis: quomodo fiant quædam febres: quomodo aliqui febricitant: quomodo febres ex bubonibus differunt abijs, quæ ex putredine eueniunt.

GAlenus *lib. 2. de diff. feb cap.* 5. Neque enim in his, neque in atræ bilis morbis necessariò febricitant, nisi prius atrabilis putrefiat. Semper enim

enim ſuis natura viribus vtens, quicquid optimum fieri contigerit his, quæ aluntur, partibus aſſimilare: quidquid verò alienum, excernere conatur: quod ſi aliquando ob craſſitudinem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, aut aliquam meatuum obſtructionem, aut propter ſui imbecillitatem totum, quod eſt vitiatum, nequeat expellere, neceſſe eſt, vt ſi diutius in animalis corpore perdurauerit, corrumpatur: neque enim fieri poteſt, vt aliquis ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, ne dùm qui ita deprauatus, vt naturæ cultum non amplius ſuſcipiat: ſed alterum omninò ſequitur, vt ſcilicet, concoquatur, apponatur, atque aſſimiletur partibus ſolidis animalis, aut corrumpatur, & putrefiat; ſic enim his, qui morbo regio, atque atrabilis paſſionibus infeſtantur, quoniam ſi bilioſi humores ſuperabundantes diutius corpus obſederint, febres ſuperueniunt: ſoepius etiam, aut hepatis, aut ſplenis affectus attulit febrem, quando ſcilicet hæ, quas diximus nuper paſſiones, aut ex inflammatione, aut obſtructione: contigerint eadem quoque ratione, & in pituita humore redundante non accenditur febris, niſi priùs putruerit: in hoc enim viſum eſt ſoepiùs id, quod Antiqui impoſſibile eſſe putabant. Eſt autem ſine febre rigor, quod nonnullis quidem accidit ſemel, non nullis autem per vices interpolatas multorum ſpatio dierum, vel a principio vſque ad finem continuatur, videlicet eſt ita exiguus, vt neque adeſſe videatur: cùm ſe quieti tradiderint, ſed cùm moueri coeperint, tunc eum ſentiunt: aut tantùm eum habet, vt ſit etiam ſine motu moleſtus. Sed quando huiuſmodi intempore humor putruerit, non modò rigent, ſed etiam febricitant: at quæ tales ſequitur diſpoſitiones, febris eſt valdè diuturna, & difficulter ſolubilis in quotidianæ figura progrediens.

Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 9. Sed quando in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus suprà eiusdem vires effectus fuerit, corrumpi consueuit, ac tùm præcipuè cùm in paruis vasis propter crassitudinem obstruitur, aut propter multitudinem impingitur, quemadmodum in inguinum tumoribus, ac collectionibus, atque, vt vniuersaliter dicatur, in inflammationibus vniuersis: nàm in huiusmodi affectibus duplicem ob causam corrumpitur sanguis, & quia scilicet non diflatur, & quoniam à natura non communicitur, &c. quare non procul à vero est existimandum, sanguinem ipsum nonnumquàm in his, quæ inflammationem patiuntur, particulis subire putredinem, ex quo simpliciores quidem, quàm ex alijs humoribus febres fieri similem verò accessionum proportionem assumere, qualem tertianæ maximè febres ostendunt: nam ità in his, qui laterum inflammationes patiuntur: obseruatum, quo tempore maximè rubidum expuunt, quod si sanguis suprà modum alteretur, pars quidem eius subtilior, ac pinguior omninò in flauam bilim conuertitur: quæ autem crassior in atram: quod in his tumoribus, qui carbunculi appellantur, contingit: nam in his ex sanguine supra modum efferuescente, & ad melancholicum humorem fit transmutatio, &c. hocque fit tibi maximum humoris Febrem facientis indicium, qualitas videlicet caliditatis: nam quæ magis vaporosa, ac minus molesta sit, ex sanguine nascitur: quæ verò molestæ sunt, & rodentes, atque mordaces, vtramque bilem consequuntur: cùm verò in primo tactu quoddam potius vaporosum, quàm acre se manui repræsentat, ac per moram paulatim mordacitas adhenit, ac maximè inæqualis adeò, vt per colationem quandam, & cribrum percolari videatur, ex pituitæ putredine huiusmodi febrem oriri cognoscas,

& lib. 2.

& lib. 2. de diff. feb. cap. 11. omnes enim, quæ sine ictu, aut contusione partibus adueniunt inflammationes, ex superfluitatibus, quæ à membris fortioribus ad debiliora confluxerint, generantur: statim verò inflammationes huiusmodi Febres accendunt, quia videlicet, ob magnitudinem, vel vicinitatem, earum caliditas ad cor vsque peruenerit: putrescunt igitur in inflammationibus omnibus congestæ superfluitates, ob quas ante commemorauimus causas, non æquè tamen omnes putrescunt, cùm ex eis nonnullæ quidem sunt ex pituitæ speciebus, nonnullæ atræ bilis, aliæ amaræ: cùm verò putruerint, calor præter naturam inflammatione patientem occupat partem: simul autem ab eadem præter naturam caliditate corripiuntur quæcumque proximæ partes, atque hæ rursus vicinitatis ratione sibi contiguas calefaciunt: illęque rursus alias, donec tandem per successionem ad cor vsque aliquando caliditas permeat.

Gal. lib. 8. *meth. med. cap.* 5. Febricitant nonnulli ex iis, quos diarrhea ex cruditate habet, quibus vtique non minimè proritatur febris, & ex desurgendi frequentia: quod si rosio, aut dolor immodicus in Ventriculo, & intestinis sit, hinc vtique vel longè magis affectio febrilis increscit.

Gal. lib. 1. *de diff feb. cap.* 5. & quidem bubo ex genere est inflammationum, &c. differunt autem eæ, quæ ex bubonibus febres oriuntur ab his, quæ ex humorum putredine eueniunt, quod ve in aliquo viscerum, vel in cauis, & maximis vasis ortum habent: quoniam, quæ ex bubonibus fiunt, calefaciunt semper partes continuas, donec vsque ad cor calor Febrilis attingit; nō peruenit autę fuligo putrida ad ipsū, sed ibidē permanet in loco bubonis circumscripta sola alteratione per continuū facta, vsq; ad cor perueniente calore; quo maximè

modo in his, qui ſolis calore deuruntur, aut laſſitudinem patiuntur, à primis partibus calefactis vſque ad vitale principium caliditas permeat, in putredine autem, quæ aut in viſceribus, aut in magnis fit vaſis, quidam veluti fumus ex putreſcentibus humoribus ad cordis ventriculos pernenit, & quidem in bubonibus omnes cunctim humores putreſcere ſolent, ſiuè vnum, ſiue per duos continuos dies, vt qui inuicem adhæreant, atque in vno loco concludantur: at qui in viſceribus ſunt, vaſiſque magnis, vt qui continuò fluunt, ſuoque contactu vicinos ad putredinem trahunt, ſpatio temporis putridam calorem accendunt.

CAPVT XVI.

De febribus hecticis: duo ſunt propria febris hectica ſigna, primum ſi ſemper febris ſibi ſimilis eſt, alterum, ſi ager ſe febricitare non percipiat: febris hectica oritur vel ex laſſitudine, vel ira, vel pluribus curis, vigilijs, triſtitijs, & longa inedia: quomodo tractandi hi Ægroti: qui vult optimè mederi, oportet, vt morbum cognoſcat præſentem, & futurum prænoſcat: de duplici ortu febris hectica, & de differentia inter tabidos, & maraſmum: quando exquiſita exiſtit tabes; proprium febris hectica ſignum eſt, ſi, oblato cibo, ager caliditatem ſentiat; febris hectica fit quandoque ex febribus ardentibus, & acutis, & præſertim quando febres ardentes rectè non ſint curatæ, ac præcipuè, qui cùm aqua frigida potu indigerent, præter id, quod ea non fuit bibita, nullum aliud refrigeratus medicamentum thoraci, ac præcordijs appoſitum eſt; interna inflammationes, niſi rectè curentur in hecticam tranſeunt.

Galen

Galenus lib. de marcore cap 8 *infine*. illud verò non est ignorandum, numquàm posse febrem exquisitè hecticam esse, vbi eiusmodi quæpiam affectio adfuerit, exquisitè autem hectica ea est, quæ nullum particularis accessionis, aut principium, aut incrementum aut vigorem, aut denique remissionem habeat: iam verò in lib. 1. de diff. feb. diximus, tùm multa alia, tùm quod à solo cibo hecticæ febres efferuescant, veluti calx insperſa aqua, quo incremento ablato, æquales semper permanent.

Gal. lib. 3. *de præsag ex pulſ. cap.* 3. *infine*. Etenim febrium hecticarum duo hæc sunt propria gna: si perpetuò illæ sibi similes sint, nec inuasionem vllam accessionis, nec incrementum, nec vigorem, nec remissionem habeant: nec febricitare se percipiat ægrotus.

Gal. lib. 10. *meth. med. cap.* 6. quoties vel ex lassitudine, vel ira vel pluribus curis, vel vigilijs, vel tristitijs, vel longa inedia, vel vniuersis vnà coeuntibus siccatum corpus est, ac febris inuasit, quæ, & aridam reddat cutim, & igneum habeat calorem, vtique hunc talem, timor est, febre hectica correptum iri, potissimùm in ætate, ac cœli statu calido, siccoque: oportet igitur quàm primùm ptisanæ crem ore, & sorbitione ex alica nutritum, paneque post oblato, aquæ frigidæ potione hominem cures: quippè protinus extinguitur, ac cessat omninò febris, modò nec flegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putredo humorum, &c. vbi igitur, vt semper dicere soleo, curatio dignotionem, prænotionemque consequitur, si quidem & dignoscat, quod præsens, est & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet, notabilis efficaciæ remedio vti.

Gal. lib. 1. *de diff feb. cap* 8. quæ igitur febres hecticæ appellantur, duplici via ortum habent: magna quidem ex parte ex ardentibus febribus, quæ

tantùm protrahuntur, vt longitudine temporis humorem in corpore cordis contentum consumant: vel fieri potest, vt eius ad huc magna portio reseruetur: illæ verò non tantùm hecticæ sunt, sed & tabidæ etiam: quæ autem manente adhuc humiditate generantur, vbi cordis corpus occuparint, hinc maximè accẽduntur, quemadmodum lucernæ flamma ex fomite: atq; vna quidem à nobis exposita est earum febrium generatio: reliqua verò est, cùm statim ab initio inuaserũt, similem primum sui ortum ephimeris facientes ex tristitia, aut ira, aut lassitudine nimia vnà cum solis feruore contracta: has igitur Febres non est admodum difficile curare: at, quæ ex ipsis ad marasmum, ideſt tabem perueniunt ex inscitia Medicorum, quibus earum cura fuit demandata, vbi iam exquisitè consistunt, & iam dudum incoeperunt, non modò est easdem curare difficile, sed etiam impossibile: earum siquidem natura calida est, & sicca, cùm tale aliquid cor patiatur, quale lucernæ fomes, cùm fuerit plurimum exustus, nam qui ità torrefactus est, frangitur, atq; dissoluitur, atq; ex ariditate continuitatem amittit, adeò, vt neque si magnam olei copiam superfundas, flamma abundantior possit accendi; semper enim parua, & debilis in ipsa palpitat flamma, ac continuè fit minor, donec ex toto extinguatur: talis est quidem febris, quæ omninò marasmodes, ideſt tabida existit, quæ non non idem morbus est, ac passio, quæ marasmus, ac tabes appellatur nam, & hæc absque febre in descripta ætate solet accidere, extincto natiuo calore, tabida verò febris, non tantùm sicca, sed etiam calida est passio, extinguitur autem valdè celerius in hac ægritudine calor ipsius animalis, totumque corpus tabescit instar arboris suprà modum arefactæ, aut ob longitudinem temporis, aut flammæ vi ciniam, aut vehementem, atque immodicum squallorem.

Gal.

Gal lib. 2 de diff feb cap 9. Cùm verò iam res eo periculi peruenerit, vt nihil iam ex tali humiditate superſit, tunc exquiſita tabes exiſtit: eſt quidem omnium hecticarum febrium diſpoſitio difficilis, vbi iam principij tempus præterierit: cùm enim naturalis temperies primum euerti incoèperit, neq; natiua humiditas protinus abolita eſt, neq; virtus plurimum laborat, ſed omninò fit veluti quædã efferuescentia humiditatis, quo in tempore facillimum eſt huiuſmodi febrẽ ſanare, tamquam nihil adhuc perpeſſa virtute deinceps autem conſumptio quædam efferueſcentiã ſequitur, hacq; in longum protracta, ipſę ſimilares particulæ, quæ ſunt velut. cordis elementa, ſicciores redduntur, atq; inopia alimenti tenuiores, ac tantũ virtus laborat, quãtum ſiccitas, atq; caliditas in ipſo corde inualuerit, quando earum altera exuperans virtutem imbecilliorem reddere potuit: huiuſmodi febris iam quodammodo ad vtramque partem declinat, ac medium obtinet locum inter eam tabidam febrem, quæ penitus curam non admittit, atque illam, de qua paulo ante diximus &c. maximum verò tibi, atque indubitatum hoc erit eius naturæ indicium, ſi cibum homini obtuleris eo tempore, quo maximè omnes horas ſuſpectas ſubterfugiſſe videtur, ſtatim verò hora vna, aut duabus poſt acceptum cibum, quicumque ægrotantem tetigerint, alteram febris acceſſionem opinabuntur, &c.

Omnibus ſiquidem hecticis febribus hoc proprium, & inſeparabile eſt ſignum, allato cibo quidem caliditatem accendi, ac pulſum ad magnitudinem, ac velocitatem augeri, ità vt incompreſſa annotatio facta videatur, &c. in hecticis autem Febribus, neque multa occurrit caliditas, pulſuſque tanto minores, rariores, ac tardiores ſunt his, qui febribus ſynochis exiſtant, quantò etiam caliditas minor exiſtit, commune eſt itaque

omnibus hecticis febribus, quod pusillæ, ac semper à principio, vsque ad finem sint æquales, proprium autem his, quæ tabi coniunctæ sunt, est siccitas: quoniam sine siccitate sępius hecticæ febres consistunt, cùm non transmutantur ad tabem, quemadmodum multis hoc tempore in magna pestilentia contigit, &c.

Nam quæcumque conspectui sunt obuia, eousque manifestè alterata apparebunt, donec à cibo digesto, atque apposito cordis siccitatem humectauerint. Deinceps ad pristinum habitum reuertuntur in quo, antequàm cibus assumeretur, conspiciebatur: si igitur alio tempore cibo refeceris, eo, qui sequitur die, ac rursus die sequenti, in tempore pariter diuerso, quòd aio, fieri videbis, caliditatem scilicet adauctam, pulsus autem, vt diximus, alteratos; id enim eis contingere videbitur, quod in calce, ac lapidibus calefactis; si enim aquam frigidissimam infuderis, multò calidiores sentiuntur, nutriente, vt videtur, in ipsis humida substantia aridam caliditatem.

Nullus eorum, qui habitu corporis prædi ti sunt humid ore, statim ab initio febre tabida correptus fuit, sed quicumque sunt natura sicciores, ac præsertim, si vna calidam habuerint temperaturam, vitamque elegerint in laboribus, vigilijs, ac curis, victuque pauco, hos statim ab initio solet hectica febris inuadere ex ira, vel tristitia, ac magis ætate, statuque temporis calido, & sicco, &c.

In eandem verò incidunt febrem, ex ardentibus, atque acutis febribus plures, qui rectè curati non sunt, ac præsertim, qui cùm aquæ frigidæ potu indigerent, præter id, quod non biberint, nullum aliud refrigerans medicamen thoraci, aut præcordijs appoſuerunt.

Ex inflammatione hepatis, aut ventriculi, & internæ inflammationi, si non recta cura adhibea-

tur,

uur, insequuntur tabes, adeò, vt plerique existimauerint, eas nulla ex causa alia generari, quos latet neutrum istorum, ac nullum præterea ex visceribus aliud, neq; tabem, neq; vllam omninò febrem hecticam efficere prius, quàm, vt dictum est, cor patiatur, incipit autem ipsi cordi hæc passio, non numquam verò ex ardentibus febribus; aliquando autem ex pulmonis, ac thoracis affectibus, ac præsertim ex suppurationibus, & pthisi; sicut autem ex his, ità ex hepate, ac Ventriculo atq; vt simpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflammationibus, quæ nobiliores partes occuparunt, adiuncta totius animalis, ac præsertim cordis siccitate.

CAPVT XVII.

De indicijs, quibus cognoscuntur purulenti; febris hectica non fit, nisi à causis procatareticis, quandoq; febris hectica accidit post febres ephimeras; de gradibus febris hectica, & eius similitudine; de caliditate hecticorum post comestionem: iterùm si interna inflammationes non rectè curentur, in tabem transeunt: quomodo accidat febris hectica; de ætate, in qua euenit tabes.

Hippoc. lib. 2. prognost. tex. 60. Omnes agnosci purulentos his indicijs conuenit: principio, si febris non intermittit, sed interdiu tenuior, nocte vehementior est; si copia sudoris elicitur, ac tussiendi cupiditas est, nec quicquam tamen dignũ commentatione expuunt; si oculi cani redduntur, maxillæ verò ruborem trahunt, & vngues manuum curuantur, digiti verò, potissimum summi, calescũt, atq; in pedibus tum ores consistunt, neq; cibum appetunt, ac pustulæ circa corpus erumpunt.

Gal. in comm. Per febres hecticas nomine partes ipsæ corporis solidiores ignitiores euadant, ob

id igitur assidue febris in se ipsa similis manet, calorem obtinens, perindè vt calx debilem contingentibus: itaque quoties esitent, & bibant, simile quiddam accidit, quod in calce euenit, aqua perfusa, quo fit, vt contingentes exterius ægrum multò calidiorem persentiant, &c.

Perspicuè enim apparet, incidere calorem febriculosum vnà cum tempore alimenti, statimque adhibito augeri cibo, & quàm maximè vehementem per deductionem ipsius apparere. Sudores verò continui eliciuntur propter virium debilitatem, eo quod deductum alimentum discutiatur; quin etiam tussiendi cupiditas, nec quicquam digni commẽtatione expuunt; si enim excreassent, nequaquam purulenti euasissent: coeterum causa, ob quam nihil exp unt, duplex est, tùm puris ipsius lentor, & crassitudo, atque etiam continentis pulmonem membranulæ condensitas, tùm etiam debilitas in ægro facultatis.

Id commune est omnium febrium longarum, sed potissimum earum quæ præcipuè excicceant: genæ rubent propter calorem in pulmone, & tem tussedinem, hæc enim ambo calefaciunt vultum, & totum caput, quia ex defluxione in pulmonem decumbente, vapores in ipsum redundant: at verò vngues curuantur, quia firmans eos vtrinque caro consummitur, itaque digiti, quàm quàm refrigescentes magna exparte in morbis diuturnis, tamen per omnes febres hecticas calidi permanent: siquidem hæ solidiores potissimum corporis partes occuparunt: sanè in summis ipsis perspicuè calidiores apparent, non in partibus exterioribus, sed interioribus, vbi carnosiores existunt. Causa verò perspicua est, si in memoria hęrent, quæ sunt de cibo ingesto paulò ante perscripta: vbi enim humor largior in est, d lutior in his sedibus calor euadit: procedente verò tempore, & pedes eorum intumescunt.

ſcunt, totius corporis extinctione indè incipiente: quippè quod partes ab origine longiſſimè abſunt, tunc iam & cibum faſtidiunt, ſcilicet appetendi facultate pariter cum alijs moriente: puſtulæ quædam erumpunt, derodentibus, ichoribus in corpore collectis.

Gal lib 3 de præſag ex pulſ. cap.7. At febris hectica rariſſima à primo exiſtit: quam tamen id temporis poſſit naſci, nihil cauſæ eſt, ſed vidimus etiam non nunquam tales.

Nec magnus pulſus, nec vehemens cum hecticis Febribus vnquàm concurrunt, ſed ſi alterutrum habeant horum, non ſunt hecticæ: ſi ſimul vtrumque habeant, planè ſunt diariæ: ſiquidem eorum contractio non properet, propria enim eſt eius, quæ conſequitur putredinem, humorum celeritas.

Gal. lib. 1. de diff feb cap.7. indicia verò febrium, quæ humorum ratione accenduntur hæc ſunt: primum quidem non inſeparabile, ſed proprium, quod nulla earum, quæ præincipientes cauſæ dicuntur, eas antecedit: neutri enim aliorum generum hoc ineſt, quoniam ephimeræ omnes à præincipientibus cauſis originem habent: hecticæ autem, quia ſine his generantur, numquam ab initio inuadere conſueuerunt: adeò, quod, vbi quis ſine præincipiente cauſa coepit Febrire, ſcire oportet huius paſſionis cauſam in humoribus eſſe.

Auicennas lib 4. f 1. t 3. cap. 1. de hectica. Et hectica quidem quandoque accidit poſt Febres putridas, & apoſtematum: & longinquum eſt, vt accidat hectica incipiendo: quare ſunt membra radicalia iam inflammata, & non inflammatur humor, neque ſpiritus autè illud: immò oportet, vt calefiat illa in primis, deinde ſecundùm proceſſionem dierum calefiant iſta, niſi accidat cauſa fortis valdè: non fiunt, ideſt, non perficiuntur.

Et fini-

Et ſimilitudo humiditatum primarum eſt oleum lucernæ infuſum in lucerna : & ſimilitudo ſecundarum eſt oleum imbibitum in corpore lychinij : & ſimilitudo tertiæ humiditatis eſt humiditas, qua continuantur partes cotti, de quo factus eſt lychinus. & cùm inflammantur membra radicalia, & propriè cor, eſt illud ipſa ægritudo, quæ eſt hectica, ſecundum, quod ſciuiſti. & caliditas quidem hepatis quandoque perducit ad hecticam: verùm non eſt ipſa hectica: immò hectica eſt illa, quæ eſt cauſa cordis, & ſimiliter eſt diſpoſitio pulmonis, & ſtomachi. verùm dùm ipſa permanet finiendo humiditates, quæ ſunt in digeſtione prima in membris, & propriè cordis, ſicut finit candella oleum infuſum in lucerna: tunc eſt gradus primus: & cùm incipit reſoluere humiditates, quæ diuiſionis primæ, & incipit reſoluere humiditates, quæ ſunt diuiſionis ſecũdæ, & finire eas, ſicut finit flamma oleum in lucerna euacuatum, & incipit finire imbibitum in corpus lychinij, erit gradus ſecundus, & nominatur maraſmus & habet latitudinem, principium, medium & ſtatũ: amplius non rectificatur ille, qui conſequitur ſtatũ maraſmi, & parùm recipit curationem, niſi Deus velit, & propriè, quoniam peruenit adhoc, vt caro minuatur. cùm ergo finiuntur, & incipit finire humiditates, quæ ſunt diuiſionis tertiæ. ſicut incipit flamma adurere corpus lychinij, & humiditates eius radicales, eſt ægritudo gradus tertij, & hæc ægritudo eſt ex febribus, quæ non habent paroxiſmos, neque horas paroxiſmorum.

Et lib 4 f 1 t.3.c.2. De ſignis hecticæ. Caliditas in hecticis, quando ſiperuenit cibus augmentatur velociter, & fit fortis pulſus valdè, & incipit magnificari, & propter illud, quod accidit eis de eo ex accidentibus, quarè perdunt eos: ſicut augmentatur flamma propter inuentionem olei, & ſartago cùm

effun-

effunditur aqua ſuper eam. & cibus in reliquis quidem febribus procul dubio non incenditur hac incenſione, ſicut inuenitur huic. &c. internæ inflammationes, niſi rectè curantur in hecticam tranſeunt.

Gal lib. de marcore cap. 7. Nàm vbi febres moram traxerint, tunc & vires redduntur imbecilliores, & ſanguis fit paucus, &c.

Quin ſi ipſum etiam cor largiùs refrigeraris, ſiquidem innatam ſuam humiditatem adhuc ſeruet, concidit virtus: ſin ſiccius iam exiſtat, affectio ſenectuti ſimilis ſubſeqetur. ſed quo tempore prima hecticarum febrium inditia manifeſta fuerint, eo dẽ etiam foris adhibentur refrigerantia medicamenta. &c. focum febris dico, eam animalis particulam, quæ prima ſuis ipſius ſolidis partibus immodicè fuerit calefacta: primum ergo eſt cor, quod calidius debito redditum, hecticam infert febrem: deinceps verò iecur, non per ſe ipſum quidem, vt cor, ſed quia ſecum in conſenſum illud trahat, & quando ipſe cordis affectus rationem cauſæ obtinebit, ſed qui ſunt corporum cordi vicinorum: poſt hæc eſt venter, ob hoc quæcumque poſſunt ſecum cor calefacere, quantum igitur ad propinquitatem attinet pulmo quidem omnium maximè, ac potiſſimè cor concalefaciendo hecticam, ſiccamque inferre febrem, quam marcor conſequitur, debuerat: hoc tamen fieri non conſpicitur: nec facile vmquam viſcus hoc affectionem, cauſæ, ſimilem, ſuſcipiet, tùm quia humidum eſt, tùm quia etiam refrigerantur reſpiratione. plerumque igitur hectica febris ex reliquis viſceribus cum bilioſo ſucco ſolet conſiſtere, vbi is in patientis ventriculum imbibitus fuerit. & ob id etiam Philippus marceſcentium febrium plurimis eryſipelatoſam affectionem genitam eſſe in ventriculo arbitratur. quod ſi in ventriculo, neceſſariò etiam ſuſcipiendum eſt, eandem in iecore conſtitui

aſſe.

affectionem, à quibus solis visceribus affectis credere videtur Philippus, marcorem generari: at nos non rarò vidimus, membris his illæsis in corde marcuisse: cuiusquidem cordis haud scio, cur oblitus sit Philippus, cùm nec ex celore, aut ventriculo solis affectis ostendere potuerit, quando Febris mareida suboriatur, nisi affectus cordi distribuatur, ac communicatur, &c. neque verò in hoc solo videtur Philippus ab errasse, sed etiam dùm non iudicat, ex alijs etiam particulis febrem marcidam constitui posse; nam si erysipelatosa sola affectio in ventriculo exorta eiusmodi Febrem inducit, sicque etiam citra hanc affectionem aliquando corpus eius ignitum tantummodo, sine bilioſa humiditate: potest etiam in alia quapiam parte similis fieri: quæ particula si talis sit, vt secum con calefaciat etiam ipsum cor, necesse est omninò, vt eius affectio Febrem generet, quæ omninò temporis processu hectica fiet, ac tandem, nisi soluatur, marcorem inducet, &c. nonnumquam enim, vt diximus, cum erysipelatosa affectione oritur Febris hectica, marcidaque, quæ ptius cibo, & potu, & ijs, quæ extrinsecus apponuntur refrigerando est.

Hippoc lib. 5. apho. 9. Tabes his maximè ætatibus fit, quæ à decimo octauo, ad trigesimum quintum.

Hippoc. lib. de Coacis prænot. 439. tabe maximè periclitantur ætates ab anno decimo octauo, ad trigesimum quintum.

CAP. VI

CAPVT XVIII.

De prognostico, & signis tabidorum: quid sit tabes, & de eius periculo: pulmonum vlcera ad sanandum sunt difficillima: quid sit marcor: senectutis marcor dissolui non potest: quæ vlcera pulmonum sint sanabilia: de causis vlcerum pulmonis: vlcera pulmonis fiunt etiam ex catarrho, & destillatione corrosiua: etiam ex salsa destillatione descendente ex capite, fieri possunt vlcera pulmonum: de dispositione præparatorum ad pthisim, & de eorum figuris: phtisis est morbus contagiosus.

HIppocrates *lib. 5. apho. 11.* qui tabe vexantur, si sputum, quod extussiunt graue olet Carbonibus iniectũ, & capilli à capite defluunt, lethale.

Lib. de coacis prænot. 434. Tabidi, quorum sputum igni impositum grauem nidorem redolet, & capilli è capite defluunt, moriuntur.

Lib. 5. apho. 12. quibuscumque tabe laborantibus, capilli à capite defluunt, ijs, alui profluuio superueniente, moriuntur.

Lib. 5. apho. 13. quicumque spumosum sanguinem expuunt, ijs ex pulmone eductio fit.

Lib 5. aph. 14 à tabe habito profluuium alui superueniens, lethale.

Lib de Coacis prænot. 429. in pulmone pus colligentibus, per aluum pus secedere, mortiferum.

Lib. de Coacis prænot. 435. Tabidis in aquam marinam expuentibus, si pus fundum petit, celerem pernitiem denunciat: sit autem marina aqua in vase aeneo.

Lib. de Coacis: præn. 436. Tabidis, si capilli à capite defluunt, alui profluuio moriuntur: & tabidis, si succedant alui profluuia, moriuntur.

Lib.

Lib. de coacis 437. ſputorum retentiones in tabeſcentibus mentem ad delira verba commouent. In his ſanguinis profluuium per hora venarum in ano ſanguinem fundere ſolita exiſtere poſſe, ſpes eſt.

438. Tabes maximè periculoſæ ſunt, quæ ex ruptione venarum craſſarum, & ex capitis deſtillatione contingunt.

Lib de coacis 445. Cum ſpirandi difficultate arescentes, in tabe cruda multa educentes, exitialiter habent.

*Hipp l.7.aphor.*15. A ſanguinis ſputo puris ſputum, malum.

Gal. in comm. Neq; enim omne ſputum ſanguinis ſequens habent ſputum purulentum, ſed tantummodò, quod malignum exiſtit: tale autem eſt omninò ex pulmone.

*Lib.7 aphor.*16. A puris ſputo pthiſis, & fluxus, cùm verò ſputum retinetur, moriuntur.

Gal. in comm. Quàm propriè Græci, & præſertim Athenienſes pthoen dominant, hanc nunc Hippocrates pthiſim appellauit, ob pulmonis vlcera inſanabilia totius corporis cum febre pauca, extenuatione: fluxum autem, vel de capillorum profluuio, vel de humida deiectione protulit. ambo enim conſueuerunt euenire, cùm tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex ſiccitate, altera ex potentiæ debilitate: quod verò in fine ſcribitur, ſi autem ſputum retineatur, moriuntur, modum mortis oſtendit illorum, qui ex pthoe moriuntur; eoùſque enim extenuati viuunt, donèc extuſſire, & per ea, quæ expuunt, poſſunt pulmonem expurgare: cùm verò intùs manent, obſtruuntur quidem viæ ſpiritus, patientes verò ſuffocantur.

Vlcera pulmonum ad ſanandum eſſe difficillima.

Gal.

Galen lib.5.meth.c 8 in principio: At quæ in pulmone sunt vlcera, difficiliora ad curandum sunt, quibusdam verò non difficilis modò eorum curatio, verùm etiam, quæ perfici omninò nequeat, videtur: idque tùm ratione coniectantibus, tum experientia: ratione, quoniam pulmo inter viscera propter anhelitum perpetuò sit in motu: cùm itaque quietem requirant ea, quæ sunt sananda: experientia, quòd neminem vmquàm eorum, qui ità sunt affecti, sanatum viderim.

Gal lib, de marcore c 1 Marcor corruptio est viuentis corporis ex siccitate, &c. simplex igitur marcor ob inediam fieri videtur, vbi quis, vel ex electione famem tolerat, vel præ ciborum inopia fame conficitur. qui autem cum frigiditate coniunctus est, tùm senescentibus euenit, tùm ijs etiam, qui ex quodam morbo in similem senectuti affectionem incurrunt. at qui adiunctam habent caliditatem in aliquibus hecticis febribus fieri conspicitur.

Lib. de marcore c. 5. in princip. Senectutis marcor dissolui profectò non potest, succurri tamen, vt quàm plurimùm producatur, potest. & hæc est illa medicinæ pars, quæ senum tutrix dicitur, cuius quidem scopus est, vt etiam rei natura indicat, obsistere, prohibereq; prout fieri potest, ne cordis corpus adeò exsiccetur, vt tãdem aliquando augeri desistat, nàm is est vitæ terminus ac finis, ipsa nimirùm, cordis ab actione cessatio: quàm diù enim cor secundùm propriam sui ipsius actionem mouetur, fieri nequit, vt animal moriatur. quarè si fieri potest, vt ipsa corporis cordis, aut certè, iecoris substantia reddatur humidior, potest & ipsum etiam senium cohiberi: si autem nemo est, qui iecur, & cor se ipsis humidiora possit efficere, sed temporis processu necessariò sicciora euadant, non ipsa sola viscera, sed arteriæ etiam, & venæ, senium certè vitari non po-

test

teſt, & eius celeritas coerceri poteſt.

Galenus lib.5. meth.med. cap.14. ex ijs verò, qui vlcus in pulmone habent, ij demum inſanabiles mihi eſſe videntur, qui ex ſucci vitioſi eroſione id poſſident, quorum aliqui, ceù ſalſuginem ſputum ſuum ſentire ſe, aiunt: nam longo arbitror tempore omninò opus eſſe, vt ſucci corrigatur vitium: in tempore verò neceſſe eſt alterum duorum, aut exſiccando vlius, ceù callum fieri, eoque fine omninò inſanabile: aut non ſiccando, tùm ipſum putreſcere, tùm quæ circa ſunt depaſcere, atque ita ſpatio temporis pulmones putreſcere.

Auicennas lib.3. f.10. t.5. cap.19. Cauſæ vlcerum pulmonis ſunt catarrhus mordicatiuus, corruſiuus, aut putrefactiuus propter ſuam vicinitatem, cum qua pulmo non ſanatur vſque quo maturetur, aut ſanies huiuſmodi generis currens ad pulmones ex membro alio, & anteceſſio peripneümoniæ, quæ iam computruit, & iam vlcerata eſt, aut ſanioſitas pleureſis ruptæ, aut aliqua cauſarum ſputi ſanguinis prædictarum aperiens venam, aut incidens eam, aut ſcindens, ſiuè ſit cauſa intrinſeca, ſicut bulitio ſanguinis, aut extrinſeca, ſicut caſus, & percuſſio.

Et quandoque multiplicatur pthiſis, quoniam æſtati boreali ſuccedit autumnus pluuioſus.

Hippoc. lib.6. epid.8. textu 14. in Perintho vere plurimi tabe laborarunt, cauſa fuit tuſſis per hyemen populariter graſſata, & in quibuſdam morbi, qui diutius traxerunt: in his enim, qui ambigue ſe habebant, tabem confirmarunt.

Hippoc. lib.1. epid 1. tex.17. At verò in euntem æſtatem, perque æſtatem, & hyemen multi, qui longo iam tempore ſubmarceſcebant ex tabe decubuerunt.

Gal. in comm. Etenim, quæ capitis deſtillationes,

nes, tussim primò concitant hominibus, & raucedinem, neque tandem consistunt, alteram hæ tabis differentiam generant. Sunt enim duæ eius maximæ differentiæ, vna ex illis, quas caput demittit fluxionibus constat, altera, quæ ex affectibus ipsius pulmonis proficiscitur, omnimoque post quam expuitur sanguis potissimum, rupto vase, sæpè numerò etiam fluxione impleto viscere hoc, alia de causa ex partibus alijs, non ex capite.

Hippoc. lib. 3. in 3. epid. tex. 66. quæ pulmonem infestabant, per alvum omnia reddebantur: copia vrinarum non bonarum, colliquationes malæ: multæ tusses tenuerunt perpetuò, & multa excreantes cocta, & liquida, minus tamen cum labore: quæ etiam, si quando essent *difficiliores*, rursus leniùs omnibus purgabantur, quæ pulmoni in commodabant, lenta verò, & alba, & liquida, spumosaque multa caput demittebat, at multò hos, & alios maximum comitabatur fastidium ciborum, vt suprà diximus: nàm ne potum quidem libenter cum cibo sumebant, sed valdè citrà sitim degebant.

Gal. in comm. Dixi etiam suprà, repleto in calida, & humida ventisque vacua tempestate capite ex destillationibus in pulmonem descendente, tabidam affectionem constituisse, cuius etiam per stomachum portio in ventrem delata, eum turbauit: quæ deindè dixit de tabidis, & si ijs, qui prædictorum meminerunt, clara sunt. faciam tamen, vt quæ videbuntur referenda, hæc declarem: primùm hoc interea est, ineunte vere plerosque tabidos obijsse, ex veris immutatione: dixit enim, extremam fuisse hyemem asperam, & circà æquinoctium iam, aquilonare spirante, niuxisse, quæ tabidis conuersiones infestissimæ sunt, atque ob id autumnus etiam pernitiosus est.

Hippoc.

Hippoc lib 3 aphor. 10. Autumnus tabidis malus.

Auic. l. 3 f. X t. 5 c. 20. De præparatis ad pthisim. Isti sunt alati habentes pectus strictum, habentes spatulas nudas carne, & propriè posterius habentes spatulas decliues ad anteriora incedendo. & quasi vnicuiq; eorum sunt duæ alæ, vt & habentes colla longa, & inclinantes ad anteriora, & quandoq; procedunt guttura ipsorum, & eminent, & in pectoribus quidem ipsorum, quæ sequuntur ea, multiplicantur, ventositas, & inflatio est eis propter debilitatem pectorum eorum. si autem cum hoc, sit debilitas cerebrorum recipientium superfluitates, & cum hoc non digeruntur cibi: tunc iam complentur conditiones, & propriè si fuerint humores eorum: & formæ quidem susceptibiles pthisis velociter cum alatione prædicta sunt lenes, albæ declinantes ad subalbedinem, & etiam corpora dura, spissa propter illud, quod accidit eis de eruptione venarum. & complexio susceptibilis illius est complexio frigidior, & ætas, in qua multiplicatur pthisis est illa, quæ est inter decimum octauum, & trigesimum quintum.

Hipp l. 1. epid. 1 tex: 18. quibusdam autem cœpit primum, atq; his vergebat ad tabem natura.

Gal. in com. Tabidos vocant veteres, qui tabifico, idest pthisis laborant morbo. tales planissimè sunt, qui adeò sunt angusto thorace, & stricto, vt a tergo in motem alarum promineant, operta scpula, vndè etiam hos alatos vocant. præterea à quibus caput facilè impletur, quodq; spiritus organis multas destillationes demittit, hi facilè tabescunt. hæc si ambo in vnum coeant, & thoracis figura, & capitis imbecillitas, sunt eiusmodi quidem naturæ semel tabi obnoxiæ, ambabus naturæ de causis. etenim hi, quorum caput ad pulmonem mittit fluxiones, diuturnitate tẽporis tabidi fiũt, ac in pulmone sæpè rumpitur illi vas propter visceris angustiam, & infirmitatem.

Hipp. l. 3 epid. 3. tex 70. Genus erat tabidorum gla-

glabrum,ideſt,ſine pilis,pituitoſum,ſubrubicundum cœſium leucophlegmatiæ, a quibus ſcapulæ in morem alarum prominebant: Mulieresq; itidem melancholicum genus,& ſubſanguineum:febres ardentes hos,& phrenitides, & dyſenteriæ tentabant: teneſmi iuuenes pituitoſos exercitabant: diuturna alui profluuia,& acria excrementa,pinguiaque bilioſos.

Gal..in com. Nam hæc tempeſtas in corpore videtur humores acernaſſe,& repleſſe caput,idq; omnibus morbis co'.mune fuiſſe,ſed fuiſſe ſuo quemq; morbo alium,alio correptum, pro ſua cuiuſque natura:alui fluxionibus, acribus deiectionibus pinguibuſque bilioſos.nam ipſe in prognoſticis dixit, pinguitudines innatantes, ſimiles araneorum telis reprehendendas eſſe: indicant enim colliquationes: quarè bilioſi meritò in febres colliquatiuas incidebant,offendebanturque alui deiectionibus.

Hipp.l 2.apho.34. In morbis minùs periclitantur quorum naturæ,ætati,&c.

Gal. in comm. atque ij maximè de vita decedebant,quorum natura ad tabem erat propenſa, ij verò anguſtum,ſtrictumque pectus habent. neque enim tùm ex elementis temperationem, ſed corporis formam intellexit naturæ nomine: & quemadmodum certò dicere poſſumus eos, qui calido ſunt temperamento,calidis morbis minùs periclitari, ſic, qui arcto,ſtrictoque ſunt pectore, non ſolùm promptiùs pthiſi corripi, ſed correptos etiam in maiori verſari periculo.

Gal lib 1 de diff feb.cap. 2. eſt etiam eorum, qui tabe correpti ſunt conſuetudo nequaquam ſecura, &c. ita *Hipp. l.3. in 3. epid.*

CA.

CAPVT XIX.

De cura pthisis: per quas partes curentur pthisici: lacte: quomodo debeat sumi lac: lac, ptisana, & alica conueniunt in hoc malo: lac non est, tenendum in aere: qui cibi sint dandi hecticis, & cuius naturæ debeant esse cibi: à melle est abstinendum in hecticis: lacti debet permisceri sal, vel mel; & melius saccarum; bolus armena conuenit, & saccarum rosatum: quod nam lac sit melius pro pthisicis: lac etiam datur pro stomachi siccitate.

HIppoc. *lib. 1. apho.* 8. Tabidos verò cauentes ad superiora purgationes.

Gal. in comm. Ad superiores, inquit, purgationes numquàm tabidos duxeris, veritus, scilicet instrumentorum, quæ respirationi obseruiunt, imbecillitatem, per tabidos autem intelligere oportet, vel eos, qui morbum pthisim nominatum patiuntur, vel qui ad eum sunt natura proni: de quibus ipse in lib. primo epidem scribit: & maximè moriebantur, quibus natura ad tabem prona erat: est autem his pectus angustum, & qui in eo continetur, pulmo, in sanandis phtisicis nihil lacte est præstantius.

Gal. lib. de Marcoro cap. 9. Nunc autem satis sit, si hoc dixerimus, quod scilicet ex siccata corpora solida alimentum curet: ostendimus autem in commentarijs de facult: natural: quod non se ipsum cibus ad omnes corporis partes defert, sed ab ipsis, quæ nutritione egent, attrahitur; at verò in Marcoribus, hæ ipsæ inualidæ sunt, ac præ siccitate ad attrahendum infirmæ: quod si frigiditas adsit, parum à mortuis absunt: oportet igitur, vt alimentum attractu facile sit, vt quod attrahentis corpo-

ris

ris robori deest, id ex materiæ aptitudine replea-
tur.

Mihi porrò ad hæc omnia facte videtur nihil esse præstantius, præcipuè quidem, si quis muliebrem mammam ore apprehendens, id ipsum mungere tolleret. quemadmodum sanè Euriphon, & Herodotus in pthisicis præcipiunt: sin minus, at saltem Asininum adhuc calidum assumat, quod breuissimo temporis spacio ambienti aeri fuerit expositum. Hic alimentorum scopus non ijs solùm, qui similem senectuti, vel etiam marcorem syncoposum habent, confert: verum etiam ijs, quos marcor torridus appellatus occupat, &c. itaque lac, & ptisana, & alica in ijs tribus affectionibus competunt.

Gal. lib. 7. meth. med. cap. 6. proponens curandum hecticum: quippè sic mihi persuaseram, maximè quidem celeriter hominem sanandum, si fieri potest, vt ipse asinam surgeret: sin id grauaretur, expedire, vt quàm minimo tempore in aere ambiente lac moraretur: propterea, quod celerrime mutari sit aptum: vtique genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquandiù extrà propria vasa, si modò suas vires seruabit, morari patitur: sed vel in ipsius maris partibus contineri, vel ipsius fœminæ partibus situm esse postulat.

Sanè vtilissimum lac est, cum ex ipsis mammillis quis hauerit, veluti Euripson, Herodotus, & Prodicus censent, qui tantùm in eo ad corpora refrigeranda fiduciam habuerunt, vt etiam, qui pthoe contabuerunt ex ipsa mulieris papilla lac sugere iubereut: verùm cùm hoc plurimis non placeat, melius est calens ad huc ex mammis id in ægri ventriculum quam ocyssimè transferre, ac optimum quidem, vt potè cognatum muliebre lac est, sed quoniam id exhiberi sibi, ceu pueris plerique recusant, vtique ceu asinis asininum

ipsi dari conueniet; id enim reliquis omnibus ad propositum affectum est vtilius: quippè cùm tenuissimum sit, & minimè coagulatur, & quoquo versus ocyssimè in corpus digeritur, &c. igitur, tum lac ipsum per se est his dandum, tùm etiam mellis tepidi paxillum immiscendum.

Gal. lib. 10. *meth. med. cap.* 11. in principio. Sequi prædicta videtur, vt de nutrimenti facultate præcipiam. Sanè frigidum esse, ac humidum, quod hecticis febribus sit conducturum, nemo nescit, eiusmodi verò sunt, tùm ptisanæ cremor, cùm frigidus sumitur, tùm halica similiter ptisanæ cremori condita, id verò, est ex aqua, & exiguo porri, & aneto, tùm sale, oleo, & aceto. Commodus præterea à ijs, qui sic laborant est, & exiguus in aqua frigida panis: vbi verò Febris iam moram traxerit, dandum quoque asininum lac est, sed diligenter obseruato, ne in Ventriculo cogatur, id verò interim ipse nos æger docebit, vt potè suæ naturæ petitus: interim id nobis inueniendum est, paulatim ad eius vsum accedentibus: ac expedita quidem ratio est ad symptoma declinandum, si mel illi admisceas, aut salis, quo vescimur exiguum.

Coeterum abstinendum quoad fieri potest in hecticis febribus à melle est; atque idcircò, & à mulsa, quippè protinus vertitur in bilem, & siccioris, acrioris que caloris Febres reddit.

Galenus lib 4. *acut. suprà tex.* 29 quod autem lac Asinæ propter humiditatem exhibeant, suprà est dictum, atque amplius, quod non coaguletur epotum veluti quæ crassa sunt, at cum eo mellis quidpiam, salisque miscere oportet.

Hippoc. lib. 5. *Apho* 64 Lac dare caput dolentibus, malum, malum verò & febricitantibus, & quibus hyppochondria suspensa murmurant, & siticulosis: malum autem & quibus in febribus acutis bilioſæ sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi

deic-

deiectio facta est. Conuenit autem, & rabidis, qui non valdè multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, si nullum ex supradictis signis affuerit, & præter rationem extenuatis.

Gal. in comm. quod lac facilè alteretur, & quod duplicem habeat alterationem: quando pluri quidem adhęret calori, statim in nidorem abiens: quando autem pauco, citò acescens: tibi licet perdiscere, partim statim cùm è mammis excidit, ad ignem elixanti, partim ipsum iacere per se ipsum permitenti. nam, & elixatum in nidorem abit, & sibi dimissum omninò acescit citò, vel tardè, sic autem, & in sanis, si non benè coquatur, in quibusdam acescit, in quibusdam autem in nidorem abit. Làc verò bene coctum nútrit, & bonos facit humores: & dùm concoquitur, pariter attollit hyppochondria, ac caput petit hos affectus, & passiones in sanis etiam videbis.

Auicennas lib. 3 f 10. t. 5. cap 6. de cura pthisis, & lutum quidem sigillatum est res magis iuuatiua in omni hora, & lutum armenum. Et ex eis, quæ ego multoties sum expertus in corporibus diuersis, & regionibus diuersis est, vt vtatur Zuccaro rosato recenti sui anni omni die quantùm potest, quamuis multum sit, ità etiam vt cum pane, &c & cum hoc solo sanauit mulierem quandam, & alios, vt in hoc capite narrat, &c.

Et de lactibus magis est conueniens lac mulieris suctum ex mammilla: deinde lac Asininum, & lac Caprarum propriè propter stipticitatem, quæ est in lacte Caprino. & lac equinum etiam est ex eis, quæ mundificant, & faciunt sputum facile: verùm non est ei conglutinatio, secundùm quod existimo, in lacte autem ouino, & Vaccino est grossitudo.

Auic. lib. 4. f. 1. t. 3 cap 6. Et nos quidem docuimus modum dandi in potu genera lactis in causa pthisis, & siccitátis stomachi: quarè oportet, vt sit

illud canon. & non est lac post lac mulieris, sicut lac Asinæ: posteà lac caprarum, cuius pascua oportet esse ex herbis frigidis, & humidis, sicut scis. nàm ipsum, & propriè Asinæ eradicat hecticam, si fuerit ei eradicator, & non est electio super ipsum, nisi prohibeat putredo accidens, aut expectatio materiæ comprehensæ, & lac quidem est inuatiuum eis à principio hecticæ, vsque ad finem eius, & lac mulieris sugendo sumptum conueniens est omnibus, & canon in dando lac, de quo extractum est butyrum est proximum illi iterum, & si fuerit virtus adiuuans tibi inest, vt commiscеas cum eo aliquid ex trociscis infrigidantibus.

Rasis lib. 9. ad Almansorem. Quum aliquis carnium diminutionem pati videtur, post tussim ex chronica passione, & sputo sanguinis aut saniei procedente, lac asininum in potu tribuatur: quod si inueniri non poterit, caprinum cum pauco sale caro dandum est, cum quo etiam panem soepè comedat, ipsumque quantum plus potest, loco aquæ sumat, &c.

CAPVT XX.

De febre pestilenti, & Maligna: febris pestilens à putredine originem habet: quomodo proueniat? febris pestilens: de distinctione febris pestilentis, & maligna ab alijs febribus putridis, calor febris pestilentis non est vehemens: febris pestilens est quieta exteriùs conturbans interiùs, & de eius accidentibus, & periculo: quæ tempora sint apta ad faciendam febrem pestilentem, & quæ corpora sint magis dispositæ.

GAlenus lib. 1. de diffe. feb. cap. 4. Calidiores autem ambientis aeris status, quales maxime circa

circa canis ortum contingunt, per inſpirationes quidem manifeſtè cor calefaciunt: corpori autem extrinſecus circumfuſi totum ipſum calidius efficiunt, ſed præſertim arterias, vt quæ ipſius ſubſtantiæ aeris ambientis aliquid trahant, cum quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſe, & cùm ſuprà modum incaluerit, primum, atque potiſsimum febrilem calorem ſuſcipere, atque ad vniuerſum corpus tranſmittere. in peſtilenti verò aeris ſtatu inſpiratio plurimum cauſa eſt, ſit enim, & aliquando ob eos, qui ſunt in corpore humores ad putredinem paratos, cùm breuem occaſionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. magna autem ex parte ex inſpiratione incipit aeris circumſtantis à putreſcibili euaporatione infecti, &c.

At quia humores corporum in victus prauitate erant putredini obnoxij, hinc febribus peſtilentibus origo data eſt, &c.

Et quidem quæcumque in 3. epid. libro de peſtilentis aeris ſtatu *Hippocrates refert*, in altero eidem ſimili pari modo euenerunt. erat autem eorum ſumma, vt oſtendit *Hippocrates*, *putre factio*; quod cùm hoc præuidiſſemus, ſtatim ab initio quæcumque corpora humida videbamus, omni via exſiccare conabamur, quæ verò ſicciora, in his antiquum habitum conſeruabamus.

Lib. 1. *de diff. feb. cap.* 5. *primis verbis.* Sed quoniam de febribus peſtilentibus facta eſt mentio, quæ omnes à putredine ortum habent, operę pretium videtur, vt hoc loco ſiſtentes Sermonem de antiquo dogmate conſideremus, omne febris genus ex humorum putredine fieri, aſſeuerantes.

Febres peſtilentes, & malignæ diſtinguuntur ab alijs febribus putridis non aliter, quàm per

Excellentiam putredinis, quod confirmat *Galenus lib 3. epidem. comm 3. à textu* 22. *vsque ad textum* 70.

Gal. lib 3. epid. comm. 3. super tex 22. Foris ambiens præter naturam calor causa, quàm ob rem corporis putrescerent humores, fuit: sicut natiuus calor, vbi suum natiuum exactè temperamentum seruat, plus alijs humoribus sanguinis efficit: quando verò in magis igneum versus fuerit, pallidam, & flauam bilem: at Calor externus putredinis author humorum est: nam materia quidem humiditas est: causa efficiens calor preter naturam, &c. Et super textu 23. malignitas abundantis humoris ex magnitudine consistit putredinis, &c.

Calor Febris pestilentis non est vehemens, ægrique minus calidi tangentibus videntur, quamuis interius maximo exurent incendio, & calore.

Galenus lib 9. de simpl med fac. cap. de terra lemnia in fine. Non tamen calore vehementes sunt Febres pestilentes.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 4. cap. 2. de signi, feb. pest. Hæc Febris est quieta exterius, conturbans interius, secundùm plurimum perdens, ex qua percipitur caliditas, & inflammatio fortis, & est cum ea magnitudo anhelitus, & eius exalatio, & constringitur multum, curatur multum, & frequentatur, & vehementia sitis, & siccitas linguæ, & quandoque fit cum nausea, & casu appetitus, & si non resistitur ei cum constrictione, violenter interficiet eum: & dolor oris stomachi, & magnitudo splenis, & angustia vehemens, & inquietudo, & fortassis erit tussis sicca, casus virtutis, & peruenitur in ea ad syncopen, & commistionem rationis, & tenditur quod est in hyppochondrijs, & fiunt cum ea vigiliæ, & mollificatio corporis, & tepor: & quandoque accidit cum ea botor subalbida, & rubea, & quandoque est velocis occultationis, & accidunt cola, & vlce-

ra,

ra, & fit pulſus ſecundum plurimum frequens paruus, & fit vehemens ſecundùm plurimum in nocte, & quandoque accidit eis diſpoſitio, ſicut hydropiſis, & fluxus ventris coleræ, & aliorum, & eſt egeſtio eius lentis, fęda, non naturalis, & quandoque eſt melancholia, & plurimum eius eſt ſpumoſum, fętidum, & eſt in illa aliquid de genere eius quod liquefit, & eſt vrina aquoſa, colerica, melancholica, & multoties euomunt melencholiam, coleram verò poſt illam, & ſudant ſudore fętido, & hæc quidem febris incipit cum accidentibus prædictis cum fortitudine ſua, & venit res eius ad ſyncopien, & frigus extremitatum, & ſpaſmum.

Et quandoque eſt de his febribus peſtilentialibus, in qua non percipit aeger, nec tangens propinquus multitudinem Caloris, & non alteratur pulſus, & aqua magna alteratione, & cum hoc ipſa eſt interficiens velociter, & hęſitant medici in eſſe eius, & plurimum, quorum an helitus fætet ex iſtis, & ex primis moriuntur, nam putredo eſt iam confirmata in corde.

Auic. lib. 4. f. 1. t 4 cap. 1. Quandoque accidit aeri, quod docuimus te in lib. vii uerſalium, ſicut accidit aquæ de alteratione in qualitate ſua ad calorem, & frigus, & de alteratione in natura ſua ad profunditatem, & putredinem, ſicut profundatur aqua, & fætet, & putrefit: & ſicut aqua non putrefit vllo modo propter ſuam ſimplicitatem: immò propter illud, quod admiſcetur ei de vaporibus malis, qui permiſcentur ei, & accidit toti qualitas mala, & quandoque eſt illud cauſa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fetidis, in quibus ſunt valles profundæ, & corpora exſiccata in prælio, aut occiſa, non ſepulta, neque tumulata: & quandoque accidunt putredines in interioribus terræ propter cauſas, quarum euentus ignoratur, & nocere facimus aquam, & aerem.

Peſtilentiales verò febres fiunt aere turbido, & humido, & febres in aere humido ſunt pluris euentus, ſed minoris ſunt acuitatis, & longioris ſpacij. in æſtate verò ſicca, paucæ pluuiæ ſunt minoris euentus, ſed maioris acuitatis, & velocioris ſeparationis: & meliora tempora ſunt, quæ ſeruant naturam ſuam, &c.

Hippoc. lib. 3. apho 8. Temporibus conſtantibus, cùm tempeſtiuè tempeſtiua redduntur: morbi conſtantes, & boni iuditij fiunt: inconſtantibus verò, inconſtantes, & mali iuditii.

Iterùm Auic. loco ſuprà, & quandoque faciunt neceſſariò virtutes agentes cęleſtes, & virtutes patientes terreſtres humectationem vehementem aeri, & expellunt vapores, & fumi ad ipſum, & ſpargunturin ipſo, & putrefaciunt eum in caliditate debili, & quando fit aer ſecundùm hunc modum, venit ad cor: quare corrumpit complexionem ſpiritus, qui eſt in ipſo, & putrefit, quod circumdat ipſum de humiditate, & accidit caliditas egreſſa à natura, & ſpargitur in corpore: tunc per cauſam ſuam erit febris peſtilentialis: & communicat multitudini hominum, qui iterum habent in ſe ipſis proprietatem præparationis. agens enim ſolum cùm peruenit, & patientis non eſt præparatio, non accidunt actio, & paſſio.

Et præparatio corporum ad illud, in quo ſumus de paſſione eſt, vt ſint plena humoribus malis: nam munda non forſitam patiuntur ex illo: & corpora debilia iterum patientia ſunt ex ea, ſicut illa, quæ multiplicant coitum, & corpora dilatat roum pororum humida multæ balneationis.

Et cap. 3. & quoties videris turbiditatem aeris, & nebuloſitatem eius, & exiſtimaueris pluuiam, & inueneris aerem vacuum, ſiccum, & non pluit, tunc ſcias, quod complexio hyemis erit corrupta: peſtilentiam autem æſtiuam maliguam malam ſignificat

cat

cat paucitas pluuiæ in vere cum frigore: deindè multiplicatur auſter,& conturbatur aliquot diebus, deindè clarificatur poſt hebdomadam vnam non ſuprà, & accidit frigus in nocte, in die eſt calor vehemens,& præfocatio,& conturbatio,& caliditas: tunc iam venit peſtilentia,& expectantur febres peſtilentiæ,& variolæ,& his ſimilia, & ſimiliter quando æſtas non eſt vehementis caloris, & eſt vehementis conturbationis habens matutina alterata, etiàm prçterierunt in autumno aliihab, et ignes vehiziz, et alia, eſt ſignum peſtilentiæ, et aliorum, et ſimiliter cùm videris aerem alterari in die vno multis vicibus, et clarificatur aer die aliquo, et oritur ſol clarus,et conturbatur die alio, et oritur in velaminibus nebulæ, quæ eſt vt puluis, tunc iudica,quod peſtilentia accidet. Signa autem,quæ ſunt ſecundùm ſemitam ſocietatis cauſæ,ſunt v.g. vt videas ranas iam multiplicari, et videas reptilia generata ex putredine iam multiplicari, et de eis,quæ ſignificant illud eſt, vt videas mures, et animalia, quæ habitant ſub terra fugere ad ſuperficiem terre, et exire manifeſtè, et animalia malæ naturæ fugere de nidis ſuis, et ire ab eis, et fortaſſe dimittunt oua ſua.

CAPVT XXI.

De cura febris peſtilentis: cura eiuseſt exſiccatio cum phlebotomia,& ſolutione ventris: in magna peſte,qua Roma degebat,nullus periit, qui bolum armenum potauit

AVicennas l 4. f. 1. t. 4 c. 4. *de cura feb. peſt.* Sūma curationis earum eſt exſiccatio, et illud cū flebotomia, et ſolutione ventris: et oportet, vt incipiatur in ea adeuacuandum. Si autem materia vincens fuerit ſanguinea,fiat phlebotomia:et ſi fuerint humores alij, euacuentur.

Et oportet, vt infrigides domos eorum, & rectifices aeres ipsarum domorum: infrigidatio autem fit, vt valenter fructibus odoriferis frigidis, & extremitatibus arborum frigidarum, & linimentis, & rorationibus, vel debulutionibus sumptis ex fructibus frigidis odoriferis, & ex camphora, & aqua rosa, & sandalis: & roretur domus eorum omni die aliquoties, & proprie cum aqua rosa, & administrentur trociſci de camphora, & aqua lactis acetosi, & lac acetosum, ablato butyro, & aqua rosa, in qua est dissolutum serum acetosum, & acetum cum aqua iterum. & aqua frigida plurima subita est iuuatiua valdè: pauca autem consequenter exhibita fortasse excitat caliditatem.

Galenus lib 9 de simpl. med. fac cap. de terræ Lemnia: in magna peste, quæ Romæ degebat, qui bolum armenum potarunt, omnes liberati sunt. Verba sunt ista. Ac quidam, qui Roma in Libiam talem ob causam profecti sunt, plane se sanos esse credidere: & sanè vsque ad annos aliquot inculpate transigebat: posteà verò cùm non pari degerant cura, & cautione reditus morbi apparuit. hos ergo, vt dixi, bolus armenus euidenter adiuuit: quin, & eos, qui Romæ agunt, qui assiduò difficultate spirand discruciantur, magis etiam.

Porrò in magna peste, cuius eadem facies fuit, atque eius, quæ Thucycidis memoria grassabatur, quot quot hoc medicamen biberè, celeriter curati sunt.

(∴)

CAPVT

CAPVT XXII.

Breuis tractatus de variolis, & peticulis quid sint variolæ, & ex quare fiant variolæ, & peticulæ: quale corpus sit variolis, & peticulis magis præparatum: vt plurimùm variolæ accidunt infantibus: de duplici tempore, & causa ipsarum generationis; de differentia inter variolas, & peticulas: quales sint magis periculosæ: hominibus pluries possunt euenire variolæ, vt peticulæ.

Auicennas lib. 4. f. 1. t. 4. cap. 6. Quandoque accidit in sanguine ebullitio secundum semitam putredinis cuiusdam de genere ebullitionum, quæ accidunt succis, &c.

Et de hoc est, cuius causa est res quasi naturalis: faciens ebullitionem sanguinis, quare putrefit ab eo illud, quod admiscetur ei de reliquijs nutrimenti sui menstrualis, quod est in prægnatione, aut generatur in ea post illud ex cibis fęculentis, & malis, de illis, quæ ratificant substantiam eius, & faciunt eam ebullire, donec fiat ei substantia recta fortior prima, & magis apparens: sicut illud, quod natura efficit in succo vuæ, ità vt rectificet ipsum faciendo vinum similis substantiæ, & iam putruit spuma aerea, & fex terrena. Et variolæ quidem, & morbillus sunt de summa ægritudinum aduenientium, & multiplicantur in successione austrinorum, quoniam multiplicatur eorum perflatio.

Et Corpus quide magis variolis præparatum est illud, quod est calidum & humidum, & conturbatæ humiditatis, proprie quidem parum extrahit de sanguine per phleboroniam. Cibi verò facientes variolas sunt cibi insueti, & frigidi, deindè super cibos bibitur vinum, & medicinæ calidæ.

Et variole:quidem ſunt quaſi modus quidam criſis,& plurimum quidem accidunt variolæ infantibus: deindè iuuenibus, & minoratur eorum euentus in ſenibus, niſi propter cauſas fortes, & in regionibus vehementis caliditatis, & humiditatis, & earum euẽtus in corporibus humidis eſt plus,quàm in ſiccis, & in vere plus, quàm hyeme, & poſt ver in fine autumni, & proprie, cûm præcedit æſtas calida, & ſicca, & fuerit illic autumnus calidus, & ſiccus, & variolæ non accidunt in cute ſolum, immò accidunt in omnibus membris ſimilium partium apparentibus, & occultis, ita quod velaminibus, & neruis.

Et quando apparent variolæ faciunt incurrere pruritum. Nam de eis ſunt albæ, citrinæ, rubeæ; virides,violaceæ,& ad nigredinem decliues, & virides quidem, & violaceæ ſunt malæ, & quantò plus additur declinatio ad nigredinem tantò eſtdeterius, & quantò plus ſunt decliues ad illud, tantò plus ſunt decliniores ad malitiam, & albæ quidem ſunt meliores,& propriè quidem quando ſunt pauci numeri, magnæ quantitatis, facilis exitus, paucæ anguſtiæ, debilis febris, & vides febrem minui cum earum apparitione, & ipſarum egreſſione, & eſt principium exitus in tertio, aut paulò poſt.

Albæ verò, paruæ,duræ propinquæ,difficilis exitus,licet faciant exiſtimari in principio rei ſalutem, tamen timetur in eis, quod difficilis fiat earum maturatio,& fiat cum eis mala diſpoſitio Ægri, & perueniat per eas ad perditionem, quoniam cauſa in eis eſt groſſitudo materiæ.

Et de ſpeciebus malarum timoroſarum, quæ plerùmque interficiunt, ſunt illæ, quarum diuerſificatur egreſſio,nam quandoque apparent, & quandoque occultantur, & propriè quando apparent violaceæ, &c.

Et illud quidem, quod plurimum conſiderare oportet

oportet in esse patientis variolas est eius anhelitus, & ipsius vox: nam ipsa duo cùm remanent bona, res est salua, & cùm videris anhelitum patientis variolas consequentem, & similiter patientis morbillum, tunc existima casum virtutis, aut apostema diaphragmatis.

Deindè cùm videris sitim vehementem fieri, & angustia assiduatur, & ea, quæ apparent infrigidantur, & variola, & morbillus virides fiunt, tunc iam percipitur æger mori. & plurimi eorum, qui moriuntur ex variolis, moriuntur præfocati ex squinantia, & quandoq; per casum virtutis cum rasura intestinorum, & fluxu ventris.

Et multoties quidem variolatur homo duabus vicibus, & quando aggregatur materia ad expellendum bis.

CAPVT XXIII.

De morbillis, ideſt peticulis; morbillus omnis eſt variola colerica: de differentia inter peticulas, & variolas.

Avicennas lib. 4. fen. 1. t. 4. cap. 8. Scias, quod morbillus omnis est variola colerica, & non est differentia inter ea ambo in plurimo reliquarum dispositionum, nisi quod morbillus est colericus, & quod ipse est minoris quantitatis, & quasi ipse non pertransit cutim, & non est in eo altitudo, de qua curatur.

Variolæ verò in principio suæ apparitionis est eminentia, & altitudo, & morbillus est minor variolis & minùs accidit oculo, quàm variolæ.

Et signa apparitionis morbilli proxima sunt signa apparitionis variolarum: verùm lachrimę in eo sunt plures, & angustia, & inflatio vehementior, & do-

& dolor dorſi minor: quarè cauſa eius in variolis eſt repletio ſanguinea, & extendens venam poſitam ſuper dorſum: nam generatio variolarum eſt propter multitudinem ſanguinis corrupti, & morbilli propter vehementiam malitiæ ſanguinis corrupti pauci: & morbillus ſecundùm plurimùm egreditur ſubito,& variolæ aliquid,poſt aliquid.

CAPVT XXIV.

De cura variolarum, & morbillorum. in cura variolarum, & peticularum oportet extrahere ſanguinem per venam,& tempus eſt vſque ad quartum diem: quando procedunt variolæ, & morbilli non oportet refrigerare.

Auicennas lib 4 f 1.t 4.c.10. Oportet, vt in variolis incipiatur,& extrahatur ſanguis ſufficienter,cùm cõditiones fuerint,& ſimiliter,ſi morbillus fuerit in repletione ſanguinis:& ſpacium illius eſt vſque ad quartum, ſed quando procedunt variolæ,nõ oportet tũc,vt adminiſtretur phlebotomia, niſi inueniatur vehementia repletionis, & dominiũ materiæ, tunc enim phlebotometur quantitate, quæ exſiccet,& conuenientiùs quidem, quod adminiſtratur in hac ęgritudine eſt phlebotomia.& quando neceſſaria eſt phlebotomia,& nõ flebotomatur,iterùm timetur completè ſuper ipſum corruptio extremitatum,&c.

Cùm verò pertranſierit ægritudo diem ſecundum, & incipiunt apparere variolæ, tunc fortaſſe erit infrigidatio cauſa erroris magni ex eo,quod retinet ſuperfluitates interiùs ſuper membra principalia, & fortaſſe non ſit eis poſſibile procedere,&

e, & apparere, & accidit inquietudo, & angustia, immò oportet, vt iuuentur superfluitates in huiusmodi dispositione cum illis, quæ faciunt ebullire, & aperiunt oppilationes, sicut fęniculum, & apium cum Zuccaro, & succus, aut decoctio eorum.

Et fortasse phlebotomia est mala; propterea quod expellit, & commouet illud, quod procedit, quarè caueatur post dies tres.

Gal l 3 in 3. epid In casu Simonis, qui hyeme latas pustulas habebat, huic sanguinem misit per venam.

Hipp. l 1. *epid.* 3. *ægroto* 7. *de Critone.* Critoni in Thaso, rectò ambulanti, pes dolere ex pollice vehementer cæpit: decubuit eodem die, horrescens, fastidiosus, partim calens, nocte desipuit: altero die tumor toto pede, & ad talum, subrubens, cum contentione: pustulæ nigræ, febris acuta, insanijt: deiectiones meræ, bilioſæ, subrubræ fuerunt. perijt postridie, quàm ægrotare cæperat.

Gal. in comm. Æger hic, quia tam perijt subitò, memoratu dignus est. quod si ratio sit mortis adscripta, tùm sermo nobis vndequaque accommodet. nunc ex illis, quæ scripsit copia humorum permulta fuisse videtur, quos natura est à partibus principibus ad crus molita deriuare: cùm id membrum omnem capere non valeret superfluitatem, residuum recurrens ad caput ascēdit. quod quià erat maligni-tate, furiosum delirium excitauit. Malignitas excrementi erat indicium, quod pustulæ nigræ generarentur ad talum. vidè mireris, quid causæ fuerit, quominus hnic initio morbi secuerit venam. Sed scimus ad plurimos eum quos descripsit, morbo iam progresso, accersitum esse.

C A-

CAPVT XXV.

Tempora applicandorum remediorum non ex causæ notione, atque essentia capiuntur: primæ indicationes à morbis sunt sumendæ: ponuntur quædam regulæ circà indicationes: quid sit, quod magis indicat: quatuor in totum sunt genera euacuationum, quæ ex partium natura oriuntur.

VENETA
VENEZIA

Gal. lib. de opt. secta ad Thrasib. c. 38. Remediorum applicandorum tẽpora non ex causæ notione, atq; essentia capiuntur: idem enim semper remedium acciperetur, vt quocumq; morbi initio sanguinis detractio: cùmq; dixerit Hippocrates: Dùm morbi inchoant, siquid videtur mouendum, moue: in vigore quiescere, melius est, non à morbi tempore impulsus auxilia interdixit: nouerat enim morborũ initijs facultatem valentem esse, propterea q; remediorum applicationi non obstare, sed in morborum vehemẽtia iam flaccescens remediorũ agitationem non sustinet. itaq; non ratione temporis Hippocrates, sed virium, auxiliorum adhibitionem denegat: neque enim ex morbi temporũ spacio, vt nonnullis placuit, auxilij occasio reperitur: quam ob rem auxilijs in vniuersum opportuna tempora, & ex remedia postulantium prẽstantia deprehenduntur, hæc autẽ causæ sunt, & ex potentis impedire absentia, ideſt virium imbecillitas. at particularium auxiliorum occasiones non ex his modò, verum etiam ex alijs quàm minimè scribi possunt, reperiuntur.

Gal. l. 2. met. med. c 10. Verũ quoniã omnib. in cõfesso est, primas indicationes ex affectib. esse sumẽdas.

Lib. 1. meth. med. cap. vlt. ad finem. Quippè si affectus nihil est, morbus quoque nihil erit, sin aliquis esse detur, vtique & morbus aliquid fuerit: quicumque autem affectus functioni officit, is est morbus.

Lib. 8. meth: med. c. 9. A consuetudine enim semper est indicatio similicium, quod scilicet ægrotent homines: at ab ætate, natura, regione, anni tempore, & statu cœli, vbi temperata hæc sunt, similium semper præsidiorum est indicatio, siuè valeant, siuè ægrotent; contra ab intemperato anni tempore, cœli statu, & regione contrariorum est indicatio. Cæterùm ab ætate, & natura non absolutè, sed cum consuetudine.

Gal. lib. 11. meth: med. ad cap. 13. Verùm ad medendi indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur, repetamusq; singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, non causarum modò, verùm morborum, & symptomatum, & causarum quidem genere sunt multitudo, crassitudo, & lentor humoris. causa simul, & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. simili modo causa pariter, & affectus est ipsa putredo.

Lib. 13. meth med. cap. 9. Quatuor esse in vniuersum vacuationum genera, quæ ex partium natura oriuntur.

Quoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis in redundantis, in ipsa sanguinis vacuatione consistit: vacuatio autem hoc genus affectorum excogitata est duplex, aut translatio ad alias partes, qui in ægra continebantur sanguine, aut foris à corpore expulso: satius profectò est vtraque vti: obseruantibus diligenter, ne qua ex accidenti læsio sequatur: ergo cùm gemina sit dictarum, vacuationem, vtraque quatuplex est in vniuersum nascitur vacuationum auxiliorum genus: translationis enim ad alias partes, alterum genus est, vbi ipsa pars, quæ phlegmone laborat, sāgui-

nem

nem abigit: alterum, cùm eæ, quæ integræ sunt ad se trahunt: eius autem, quæ extra corpus educit, alterum sensibilibus effluxibus: alterum tantùm contemplabilibus perficitur; atque id, quod sensibilibus effluxibus peragitur, alias per ipsam sit partem, in qua phlegmone residet, alias per ea, quæ vnà cum hac aperiuntur, proinde etiam dissectionum notitia ad eiusmodi consortium intelligendum est opus.

CAPVT XXVI.

Quando Theriaca est danda in febre quartana: vehementia doloris est causa solutionis virtutis: omnes venæ corporis in pedum, & manuum digitos desinunt: aqua frigida leuat articulorum dolores, & podagricos: omnia ex elementis constantia intereunt.

GAl. *lib.* 1. *ad Glauc. cap.* 11. quæcumque verò ab initio aliquod ex his medicamentis exhibuerunt, aut omninò ante statum, quartanam, quæ erat simplex, soepius duplicem fecerunt, aut omnino maiorem, ac difficiliorem: ex duplici autem triplicem, aut omninò ambas difficiliores, maioresque reddiderunt. noui autem medicũ, qui ausus est homini, qui triplici quartana laborabat, medicamen ex viperis exhibere, quando non dum morbus in statu esset, deindè, vt par est, auctis omnibus, febris continua subsecuta, hominem occidit.

Galenus lib. de præcog. ad Posthu: cap. 3. in fine narrat, se liberasse Eudemum à triplici quartana causata ex in tempestiua potione Theriacæ, cum eadem Theriaca suo tempore exhibita, id est post concoctionem humorum, quando reliqui medici, non modò non putabant exhibere, sed etiam ipsum

in pen-

in penſe deridebant, quod ſenem hyemali tempore triplici quartana afflictũ liberaturum putaret.

Gal lib. 1. *ad Glauc. cap.* 14. in medio,& quibus extremæ corporis partes in principijs febrium plurimùm ſunt refrigeratæ, & qu cumque ob inflammationis magnitudinem, vel hepatis, vel ventriculi, vel ſtomachi febricitant, his etiam in principijs acceſſionum nonnumquam animi defectus adueniunt, illis præſertim, quibus humores crudi, & incocti redundant, aut qui aliquam præcipuam partem obſtructam habent: animo etiam deficiunt, quibus os ventriculi malè affectum eſt, aut humorum vitio mordicatur, aut craſſis, vel lentis, vel humidis, vel frigidis humoribus aggrauatur, &c.

At verò ex vehementia dolorum veniunt diſſolutiones, cùm morſus quidam, ac tormina, aut ylei, aut inteſtini craſſioris affectus, ſubitò accidunt. Sed & neruus percuſſus, & muſculi caput animi defectum intulerunt, & magna in articulis vlcera, omniaque gangrenoſa, & depaſcentia, & immoderata frigiditas, atque caliditas, vitaliſque roboris diſſolutio, hæ quidem ſunt defectus animi cauſæ, &c. At qui ob inflammationum magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem animi defectum patiuntur, & in principijs acceſſionum refrigerantur, his artus fricare fortiter, & calefacere, cruraque, ac manus alligare, ac vigilias, vbique, & potus omnimodam abſtinentiam præcipere oportet.

Hippoc lib. de natura Pueri. Omnes enim venæ corporis humani in pedum, manuumq; digitos deſinunt,& craſſiſſimæ quidem venæ ſunt in corpore, & in capite, deindè in cruribus,brachijs, & cubitis, at in pedibus, & in manibus tenuiſſimæ denſiſſimæ, & plurimæ venæ ſunt. itemque nerui tenuiſſimi, denſiſſimi, & plurimi.

Hipp, lib. 6. epid. loquens de Vxore Dealcis, quia animium

nimiùm tacebat, eam humore melancholicoopprẽſſam eſſe dixit.

Lib. 1. *de nat hum. tex.* 31. Melancholicos eſſe firmos in ſententia.

Hipp l. 5 *apho.* 25 Tumores articulorum, atque dolores abſq; vlcere, & podagricos quoq; atque cõuulſa, horum plurima frigida aqua largè effuſa leuat, & extenuat, ſoluitque dolorem: nam modicus torpor dolorem ſoluit.

Galen in comm. Quod quidem aqua frigida horum plurima iuuet, oſtendit, ſed quæ nam hæc ſint, dicere prætermiſit: tamquam ex illis, quæ anteà dixit, non ſit admodum difficile inuenire. quæcumq; enim inflammationes ad rubrum, & ſubrubrum recenti ſanguine tendunt, à frigida, ait, aqua ſanari, quæ influxum ſcilicèt cohibet, & hac ratione corpora euacuat: qua propter, & dolorem in talibus ſoluit, quia eius cauſam abſcondit: refrigeratio etiam partium largior affert torporem mediocrem, qui & ipſe dolorem ſoluit, ſenſum hebetando.

Ariſt l. 4 *meteor. tex* 2. Omnia quæcumque conſtant ex elementis, niſi per vim intereant, per putredinem interire.

Omniaque materia conſtantia, præter ignem, putreſcere.

Gal. lib. 14 *de vſu part. cap.* 2. Nam quod ex arterijs, venis, neruis, oſſibus, ac præterea carne eſt compoſitum incorruptibile eſſe non poteſt.

CAPVT XVIII.

Quomodo fiunt calculi renum, & vesica. quibus acetum conferat. an dentes doleant: de siti: ea quæ eduntur, & bibuntur, debent. proportionari eis, quæ excernuntur: quid sit causa vitij: vigilias morbi eruditas consequitur; propter quid oculis lucis splendores fiant: caro sensum non habet: de effectu vigiliæ in stomachis. quatuor sunt sensoria in capite: quando puer lactans febricitat, rectificatur lac matris eius.

Alexander Trallian. lib. 9. cap. 4. Calculi renum à vitiosis, crassisque humoribus igneo renum calore nimiùm assis gignuntur. est itaque materialis causa calculorum humor crassus, efficiens autem iguea caliditas, sicuti enim in externis videmus nàm ex igne, & tali materia idonea figuli omnia vasa conficiunt, ita vt ne ab aqua quidem dissolui possint.

Acetum conferre naturis colericis, obesse melancholicis: *Galenus lib.* 1. *de simpl. med fac. cap.* 31. Intemperaturis, sicut dixit *Hippoc lib.* 3 *de rat. vict. acut tex.* 38. Naturis picrocholis, ideſt amaræ bilis succo abundantibus vtilissimum esse acetum: qui verò temperaturam sortiti sunt melancholicam, aduersissimum.

Hippoc. lib. 3. *acut. tex.* 38. vt tamen in summa dicatur, quæ ab aceto est acredo picrocholis magis, quam melancholicis prodest: amara siquidem dissoluuntur, descisuntque in pituitam, cum ab aceto in sublime attolluntur, nigra enim fermentantur, attolluntur, & multiplicantur: nempè atra educit acetum.

Si vis scire, an dentes doleant, vide *Galenum lib.* 5. *de comp. med. sec. loc. cap.* 8. qu

lou-i

longo ſermone concludit, dentes ex ſui ſubſtantia dolere, ac pulſare, vt in ſeipſo experientiam fecit: aliquando per ſe ipſos dolent, quandoque ratione nerui adiuncti, iterùm ratione gingiuarum.

De ſiti. Hipp. l. de ſalubri dieta. Quos ſitis infeſtat cibos, & labores hi minuat.

Gal l. 1. de ſimpl. med facul. c. 30. Quippè cùm ſitis duplici ratione prouenire ſoleat, partim humoris inopia, partim caloris copia: quam ob rem mirum videri non debet, ſi priorem quidem ſanare nequeat alteram poſſit.

Hipp. l. 6. epid. 3. 24. Sitim prohibet os claudere, tacere, auram cum potu frigidam introducere.

Gal. l. 6. de tuenda valet. cap. 6. Ergo proſpiciendum eſt, vt eorum, quæ eduntur, & bibuntur reſpectu eorum, quæ expelluntur, conueniens mediocritas ſeruetur.

Hip. l. 1. acut. tex. 45. At ſi nuper paſto, cibus prior non deſcenderit, virtuſq; valida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet: ſi verò virtus imbecilla fuerit, glande eſt vtendum, niſi aluus ſua ſponte deiecerit.

Gal. lib. quod animi mores ſequantur temperamentum corporis cap 11. ideſt vlt In Nobis ipſis inteſtina vitiorum ſemina, ac tamquàm igniculi ſunt: neque tam nobis à vitioſis cauere, quam vitioſorum incrementum reſtinguere, & coercere opus eſt; neq; enim, vt Stoicorum fert opinio, totum extrinſecus in animos noſtros vitium ingruit, ſed plurimùm in ſe ipſis vitioſi omnes cauſæ habent.

Quod extrinſecus aduenit longè minus eſt. proinde ſanè conſuetudine accedente ſecundùm partem animæ ratione carentem praui reddimur: falſis autem opinionibus ſecundùm intellectricem partem imbuimur, ſicuti ſi à bonis, humaniſque Viris inſtruimur, opiniones quidem veræ ſunt, mores autē humani, at in cogitatrice animæ parte intel-

tellectio, stultitiaque ratione maioris, minorisue euariantes corporis temperaturas consequuntur, ipsæ autem temperaturæ primam in vtero creationem, & bonos succos parentem victum, authorem habent atque hæc mutuo sese fouent, & adaugent.

Gal. lib. 2. de temperamentis cap 6 Siquidem ipse vidi quibusdam perquam pituitosis hominibus, multam tamen in ventriculo colligi flauam bilem, quàm, cùm anteà cibum aqua, vinoque epoto euomere debuissent, si qui ciborum priùs, quàm vomerent, gustassent: & hos corrumperent, capite dolerēt: & hos quidem natura bilioſos esse credebant quamquam essent toto corpore molles, & candidi, & glabri, & adipoſi, & venis, ac musculis parùm conspicuis: præterea exangues, nec tangentibus admodum calidos vidi, & qui bilem numquàm vomuerunt, quitamen, & graciles, & hirsuti, & musculoſi, & nigri, & venoſi fuerunt: affatimq; calidi, si quis tangeret, videbantur.

Gal l. 2. de rat. vict. morb. acut sup tex. 44.

Quod autem vigilias morbi cruditas consequatur, manifestum sanè exiſtit, si somnos concoctio sequi debeat: cæterùm pertriſtes inquit, fiunt, tum ob longam inediam, tùm ob validum repentinum alimentum, quo grauatur venter, grauatuſq; languidos reddit, & mœſtos: adde, quod, & amaros fieri, ait, quippiam manifestè præfato consimile astruens. vt enim sunt, qui ex melancholia, tùm languidi, tùm mœsti sunt, si alij quidem sæpius acriter excandeſcunt, tàmquam collecta, aceruataque in stomacho bile, vel sanè, cum amaros fieri, ait, eam, quæ in ipsorum ore ex tali bile fit amaritudinem indicat. Deſipientiæ, & acres excandeſcentias, & bilem amaram, vel in stomacho, vel in cerebro collectam constqui natæ sunt.

Incerti, & discurrentes lucis splendores oculis fiũt propter eam, quæ à ventre est exhalationem, euapo-

ra-

rationemq; & propter ſanguinis, qui ad caput fertur abundantiam, atq; ex his prius quidem ex importuna interdùm ſi ciborum oblatione : alterum autem propter iudicatoriam ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. conſimiliter & aures ſonis implentur tùm propter eos, qui a ventre ſurſum feruntur, vapores, tùm propter flatuoſum ſpiritum, qui in capite ipſo oritur.

Galenus lib. 1. *de vſu part. corp. humani c.* 18. *in principio.* Nulla caro in ſe ipſa ſenſum habet.

Gal l. 8. *de vſu part corp hum.c.*6. Cùm igitur in capite quatuor ſint inſtrumenta ſenſoria, oculi, aures, lingua, nares, omniaque hæc ex cerebro ſenſus principium habeant, eaq; ſaltem ratione ſimilia apparent: ineſt tamen eis ſecundum ſpeciem diſſimilitudo, non modò in ipſis ſentiendi facultatibus, verum etiam in corporibus, perquę facultates ipſæ feruntur.

*Hipp l.*6. *epid comm.* 5 *tex* 35. Mulier, Capra, elaterium, aut cucumerem ſilueſtrem edentes, Pueris purgat io

Gal. in comm. Conducit autem hæc oratio, & ad Medicorum vſum, & ad naturale decretum: Infantulos enìm purgare volentes, aut Matri infantulum lactanti, aut Capræ huiuſmodi aliquid eſui dantes, ſic eos purgabimus. & ad naturalis decreti dijudicationem id eſt.

Etenim quidam nullam vim ex ijs, quæ ab initio in alimentis erant, poſt concoctionem, & in ſanguinem conuerſionem remanere poſſe contendunt: Aliqui è contrariò.

Auicen. l. 4 *f.* 1. *t.* 2. *c.* 7. Et cùm puer lactans febricitauerit, tunc rectifica lac matris eius.

Finis quarti Libri.

TRA-

TRACTATVS

De Virtute, Vtilitate, & vsu Theriacæ.

REsistit venenis omnibus, & mortui canis rabidi est medicina stomacho tumenti: valet in difficili anhelitu: ad dolorem colicum: ad hydropem; ad pthisicos: ad spasmum, ad renum dolores: ad pus in pectore: ad pestem, & aerem infectum: conciliat somnum: ad sanguinem collectum in pectore, & pulmone, & in quibus alia remedia nihil contulerint: confert *illis*, qui ex *interna*, & incerta causa consummuntur: remittit magnum comedendi desiderium: malos ventriculi affectus curat, & remittit appetitus deiectionem: qua causa crescat appetitus desiderium: valet ad lumbricos: hepatis, & lienis morbos curat: morbum regium sanat: lienem induratum leuat: renum calculos frangit: tardam, & imbecillem concoctionem restaurat: succurrit coleræ fluxu laborantibus: non solum sanat morbos corporis, sed etiam animi passiones; bonos corporis habitus, vitam longam, sensus vegetes efficit. sanguinem bonum gignit: diuturnos capitis dolores, vertigines que sanat: sæpè Phreniticorum deliria, inducto somno, sedat: est remedium vulnerarium: prodest vulneribus venenatis, quia tamquam cucurbitula exugit venenum, in pestilenti lue est optimum remedium: quomodo Hippocrates liberauerit Antiopiam a peste: in itinere per aerem frigidum est assumenda: totum corpus ità custodit, vt à nulla re noxia corrumpatur; narratur historia Æliani in peste; est melior

Medicina cunctis medicinis compositis in temperando humanam complexionem, curat lepram, & affectus cutaneos.

Galenus lib. de theriaca ad Pisonem cap. 2. Nàm re vera celebratissima est apud omnes homines partim ob promissionum certitudinem, partim ob actionum efficaciam. nullus enim vnquam traditur occubuisse, qui commorsus ab hisce feris, quæ consueuerunt necare, theriacem subito sumpsisset, ac si quis prius ipsam bibat, indeque paulò post ab aliquo serpente feriatur, irritum esse venenum illud, compertum est.

Et cap. 5. huius libri Refert historiam Ducis Cartaginensis contrà Romanos bellum gerentis, qui cùm quædam vasa viperis plenas in hostes immisisset, plures à serpentibus icti interierunt: his artibus Vir iste, tàmquàm alter Serpens & ipse foret, in bello vsus multoties hostium manus effugit. quàmobrem, & vobis principibus ad euitandum insidias, & exercituum Ductoribus in varios bellorum euentus necessariam hanc antidotum existimo.

Et cap. 16. in fin Refert aliam historiam Mitridatis bellantis contra Pompeium: qui, non sumpta Theriaca, quæ nondum erat, sed alia Mitridatica antidoto, non potuit, sumpto veneno mori, quoniam ità illius membra temperauerat, vt à re noxia pati non posset: hausit autem venenum, & plus, quàm satis esset ebibit, nec tamen ipse mori potuit: Filias verò ipsius, quæ cum patre vitam finire decreuerunt, hausto veneno, cùm Patre celeriter occubuisse tradunt. Mitridates igitur, cùm mori tardaret, eo quod antidotus, quàm præsumpserat, venenum redderet irritum, vnum ex Amicis suis nomine Bistorum vocauit, cui mandauit, vt se iugularet.

Et cap. 3. Theriaca, quemadmodum multis è rebus componitur, ità quàm plurimos vsus habet. & lib. de Theriaca ad Pamph. Nàm percussis à Vipera,

ra, vulneratis à ſerpente, ictis ab aſpide, commorſis a cane rabido, demùm læſis ab aliquo animali, quod dentibus, aculeo, vel contactu venenum relinquat, recens theriaca ſatis ſuperq; efficax remedium eſt: recens autem eſt, quæ ſextum, & trigeſimum annum nondum attigit, quo tempore venenis etiam alijs confert, nàm ab eo tempore morbis ſolùm auxiliatur, modò ad trigeſimum ſextum annum multorum adhuc annorum acceſſio facta non ſit, inefficax enifficax en: tùm demq; theriaca redditur, & inutilis penitus.

Et lib. de theriaca ad Piſo. c. 5. in fin. illud tantùm priùs dicam, theriacam duabus de cauſis meritò, & ab eo, qui ſic ipſam admiſcuit, & à nobis deinceps appellatam ſimul, quià morſibus ſerpentum maximè ſuccurrat, ſimul quia viperinas carnes admixtas habet.

Cap. 6. refert Carmina Andromaci de virtute Theriacæ quæ ſunt.

Antidotum multis inſignẽ viribus audi Cæſar &c.
Non ſi quis cupidis expreſſa papauera labris
Hauſerit exitium pocula ſumptaferent.
Non ſi quis gelida compleuerit ora cicuta
Si quis bioſicamum, ſiuè aconita bibat.
Non ſi cantarides, aut præſens morte venenum
Colche tuam ſumat feruida thapſetuum.
Arida, non dipſas, non clauus fraude ceraſtes.
Non feret impreſſo vipera dentenecem
Incaſſum cauſa conſurget Scorpius vncæ
Nec ſubitos luctus aſpis iniquadabit, &c.
Nil oberit ſicci tibi ruris alumna rubetæ
Nil geminum tollens anphiſibenacaput.
Hæc rurſus ſtomacho præſens medicina tumẽti eſt
Hæc ab anhelanti pectore tollitonus:
Aut intus toto cùm ſpiritus vndique ventre
Fluctuat, & ſurdis viſcera pulſataquis;
Diraq; cùm miſerum diſrumpunt tormina ventrẽ

Et ſaliunt longi membra dolore coli
Sanat item croceo ſuffuſos ora colore
Regio is ſolito nomine morbus erit, &c.
Inuadat quoties hydrops, mala corpora liuor
Inficit, hac fies liber ab antidoto.
Hinc hebetes oculi ſibi priſtina lumina ſument
Hac pthiſis incipiens victa recedit ope
Sola poteſt in ſe collectos ſoluere neruos
Pendula tunc aliquis tantaue colla gerit.
Nec ſinit, vt membrana, leueſque pectore ab imo
Serpit pulmones, victa tumore premat.
Hac etiam magno veſica dolore leuari
Horetifici ſtimulis vlceris ira ſolet.
Cinxerunt lumbos renum quandoque dolores,
Hauriat hac aliquis vocula ſanus erit.
Sola poteſt eadem multis accepta diebus
Tollere de læſo pectore puris onus.
Neu te dira lues, neu ladat noxius aer
Hanc cape, cùm primo eſt Sole reuecta dies.
Hacque canum rabiem, fato impendente, fugabis
Cum trepidas moriens, & ſitit ager aquas:
Inſomnes demùm quibus eſt mos ducere noctes
Conciliat ſomnum, peruigileſque leuat.

Gal lib de ther. ad Pamph. his verbis expreſſit: vtilis inſuper eſt aquam inter cutim habentibus, & regio morbo laborãtibus ex aſſari decocto; ita namque magnopere iliorum ſitim leuat, vniuerſum corporis habitum firmiorem reddit, & cum hoc, quod aquam inter cutem minuit, ipſam exſiccationi paratiorem reddit.

His etiam, qui ſanguinem è pectore, vel pulmone reijciunt, theriaca conuenit, atque ſi recens hoc malum ſit, è poſca bibenda eſt.

Prodeſt inſuper renum vitijs veſicæ calculis, inteſtinorum excoriationibus, ægrè ſpirantibus, demùm in iocinore, aut liene duritiem habentibus, aliudque aliquid inueteratum malum, his ex aceto mul-

mulſo dandum eſt. difficulter verò ſpirantibus cum aceto ſcillitico damus, lapidem in veſica habentibus ex apij,& petroſelini decocto.

Demùm, vt paucis multa colligam, in quibus alia remedia nihil contulerint, in his theriaca exhibita præter omnem expectationem egregiè operatur quam ob rem; & colericis, quibus iam vox interceptа erat, & cardiacis præ dolore ventriculi deficientibus exhibita tamquàm ad vitam eos reuocauit. eodem modo illis etiam ſubuenit, qui ex interna cauſa, & incerta conſumuntur, tamquàm ſi veneno aliquo petiti forent.

Tuſſi tam nouæ,quàm antiquæ,& quibus coſtas, aut pectus dolor infeſtat auxiliatur ex mulſo, ſi non febricitent,ſi febricitant ex aqua mulſa.

Magnum inſuper comedendi deſiderium remittere, proſtratumque eundum excitare poteſt, ſingulis quibuſque naturæ functionibus intrà conſuetum operandi modum reuocatis.

*Lib.de ther.ad Piſonem cap.*16. malos etiam ventriculi affectus plerumque curare conſueuit, quem, & appetitus deiectionem patientem, nec quicquam aſſumere valentem ad cibi ſolitam appetentiam reduxit. Creſcit interdum cibi deſiderium ſuprà modum ex quodam acri,mordaciq; humore ventriculo inſiſtente:hoc quoque valenter diſſipat.

Item eam famem, quam in inteſtinis lumbrici morantes excitant;eos enim theriaca potenter ſtrangulat, atq; ità ventriculum ab inſatiabili comeſtionis deſiderio liberat.

Mirabiliter etiam ex inteſtinis eijcit maximum, & latum illum vermem,qui ſuſceptum omne nutrimentum deuorat,atque ideò reliquum corpus extenuat.

Hepatis inſuper, & lienis morbos frequenter curat,illarum partium obſtructionibus adapertis.

Morbum quoq; regium ex aliquo iecinoris vitio collectum facilè sanat, bilem deponens, ac veluti manu detergens, cum efficiat, vt hepar ipsam à sanguine prorsus distinguat.

Lienem induratum quandoque liquefacit, paulatim consumens sordes, & superuacuam materiam, quæ in eo continetur.

Renum calculos frangit, & omne, quod est in renibus terreum, ac sordidum facilè expurgat.

Vrinam è vesica vix egredientem producit, atq; eius vlcera sæpè curauit.

Tardam ventris concoctionem, & imbecillitatem sanat, ipsum calefaciendo, & vim eius corroborãdo. quin etiam intestinorum exulcerationes, difficultates, & lubricitatem iuuare consueuit, ac insuper ei prodest, qui vel in voluili dolores inciderint, vel diuturna coli vexatione laborarint, præcipuè quando inflammatione caruerint intestina; nàm acres in eis humores theriaca absumit, & eorum flatus in vaporem resoluit.

Succurrit plerumque etiam coleræ fluxu laborantibus, partim humores densando partim sistẽdo.

Illud verò, quòd in cardiacis sæpè numero conspicitur maximum est opus theriacæ. Nàm cùm multis, & continuis sudoribus corpus diffluat, atque ità vires dilabantur, vt nec exhibitum vinum sæpe numero succurrere morbo valeat, antidotus ebibita & sudorem comprimit, & concidentem ægri virtutem veluti suscitat, atque ex infirma valentem reddit.

Nec arbitror alia ratione hydropicis theriaca tantopere conferre, quàm, quod in ipsis humorem consumit, & refrigeratum in eis calorem naturalem accendit, maximè verò anasarcas, & leucophlegmacias potenter adiuuat.

In vniuersum corpus enim se inserit, & malam intè humiditatem exprimit: quam ob rem mali

ha-

habitus bona est medicina, vt quod corporis habitum in melius commutet,& quæ superuacua sunt in vapores eiciat,ac naturam promptè snas actiones exercere faciat, quo modo etiam laborantibus elephantiasi remedium præstitit. nàm cùm multus humor corruptus toto corpore dispersus suis viribus illius temperaturam perdat, superueniens antidotus morbum profligat, partìm humorum fluxionem sistendo, partìm ab eo sanguinem corrumpi prohibendo. Neruorum autem contractiones, vel distentiones non alitèr curauit, neruos calfaciens, & eorum tensiones remittens: quod membrorum resolutiones sæpè numero sanauit, quoniàm, naturali extincto calore, & spiritus in pristinum reduxit, & membris solitas motiones restituit.

Illud certè summa est admiratione prosequendum,quod theriaca non modò corporis affectus sanare videmus, sed etiam animi passionibus ipsum quandoque grauiter infestantibus opitulari conspicimus, veluti, cùm excitat melancholia graues curas,multotiès sumpta ex animo pellit,perindè, ac si è splene,ac reliquis membris atram bilem exsugeret:id,quod etiam in venenis serpentium euenit:qua de causa etiam quartanis febribus optimè conuenit.

Lib. de ther. ad Pamphil: in princ Cùm propter supradicta,bonum corporis habitum, vitam lõgam, sensus vegetes,sanitatem stabilem promittat'nec solùm ab instantibus morbis liberet, sed etiam ab imminentibus præseruet: non ab re facturum existimo, quisquis theriaca sanus etiam vti velit, malitq; potius impendentem morbum, quàm iam vexantem arcere,&c.

Nàm sanguinem theriaca bonum reddit, nõ quia malam sanguinis qualitatem excernat, sed quià eius contumaciàm vincat, & ex inimica amicam efficiat: foris quoque si quam vrbem,aut regionem morbosam esse conijciant,vel aquas malignas esse

intellexerint, eodem pacto theriacam assumant, & ea tàmquàm lorica quapiam corporis sui statum tuentur.

Lib. de ther. ad Pison. cap. 15. *in princ.* Diuturnos enim capitis dolores, vertigines que sanat, aurium tarditatem, & oculorum hebetudinem curat. sæpè etiam deliria Phreniticorum, inducto somno generosè curauit. sæpè furentium deliria generosè sedauit, adducto somno, per quem etiam animi turbulentias, perplexasque cogitationes sedauit: comitialibus inuasionibus acriter resistit.

Et cap. 10. Neque enim rarò Phreniticorum amentiam strenuè curauit, aut vires impotentia dormiendi labefactatas cum omnium admiratione, somno reuocato, solidauit.

Cap. 16. Aquæ formidinem quoque morborum omnium pessimum, hæc antidotus plerumque tollere consueuit, strenueque aduersus tot malorum concursus dimicare, quibus non solùm corpus exsiccatur, & interdùm contrahitur, febreque intus aspera comboritur, sed etiam animus delirat, & difficillimo symptomate molestatur.

Equidem olim mecum ipse aliquod remedium pro vulnere venenoso excogitans, hanc ipsam theriacam oleo rosaceo molitam linamentis imposui, ac veluti medicamen vulnerarium foret, vlceri imposui, vt tamquam cucurbitula venenum a profundo traheret, & exugeret.

Denique theriaca perindè, atque peonia aliqua medicina & foris imposita, & intùs assumpta præsentaneum auxilium commorsis a cane rabido præstat.

Deprehensaque est mihi vel sola in pestilenti constitutione languentibus posse succurrere, cum nullum præsidium tàm magno malo tunc ità resistere valeat: nec immeritò, cùm pestis ipsa, ceu

fera

fera quædam venenata, non paucos aliquot miserè perdat, verùm totas Ciuitates depascatur. immutat enim aerem malo quodam modo, vt homines interficiat, qui cùm non respirare non possint, contagiũ miseri euadere nequeunt: attrahunt enim in se ipsos aerem illum infestum, tamquàm præsentaneum aliquod venenum.

Quocircà summis laudibus prosequor admirandum Hippocratem, qui pestem ex Antiopia ad Græcos venientem repulit, faciendo aerem purum, ne ab hominibus infectum attraheretur, præcipiendo, vt per totam vrbem ignis accenderetur, qui non modò ex simplici materia constaret, sed ex bene olentibus lignis, floribus, & similibus, & aromatibus, & hoc pacto Ciues aerem purum inspirantes ab imminenti lue tuti fierunt. Ad istum modum arbitror, & theriacam, tamquàm ignis quidam purificans, & ipsa foret, illos quidem, qui sani adhuc ipsam biberint, non permittere, vt pestilentia prorsùs capiantur: illos autem, qui iam ægrotant, sanare posse, cùm aeris inspirati malignitatem commutando, tùm corporis temperaturam corrumpi non sinendo: quàm ob rem consulo tibi Piso, vt partìm ob has tàm repentinas mutationes aeris, partim ob alias nocentiũ rerum causas frequenter etiam sanus theriacam sumas, vt exteriùs occurrentibus noxis corpus tuum resistat, & si quando passum aliquid fuerit, ad sanitatem facilè reducatur; nam theriaca optimã quamdam temperaturam corporibus procurat, & in eis bonam valetudinem conseruat; absumit enim humores superfluos, calefacit mẽbra refrigerata, corroborat naturalem virtutem, vt debitas actiones exercere queat.

Nam quando fortis natura fuerit, tunc & venter expeditè cibos concoquit, & venæ sanguinem facilè producunt, & iecur promptè bilem secernit,

atq; ità defecatum sanguinem cor suscipiens, ipsum deinceps vniuerso corpori iàm nutriendo idoneum submittit.

Excrementa quoq; moderatè foras eadem expellit, & quæ corpori superflua sunt, membrorum omnium respiratione salubriter excernit.

Maximè verò consulerem, vt antidotum assumeres, cùm, frigente per hyemen aere, iter aliquod suscipis: erit enim tàmquam optimum visceribus indumentum, multum eis calorem præbere cùm possit.

Compertum adhuc nobis est, theriacam, & ad animi prudentiam, & ad ingenij acumen haud parùm conducere, quandoquidem, & sensus actiones suas fortiter obire faciat, & mentem à vaporibus corporis liberando, solertem magis reddat.

Verùm, vt summatim laudes huius antidoti complectar, totum corpus ità disponit, vt ab re noxia non corrumpatur, &c.

Lib. de theriaca ad Pamph. Refert historiam narratam ab Æliano Meccio: Italiam olim pestem inuasisse, qua celeriter, & multi intercipiebantur: timentibus itaq; omnibus, vt fit, & Medicis, & Principibus, Auctorem se fecisse, vt sola theriaca vterentur; nàm cætera nihil contulerant: tunc igitur ex ijs, qui ægrotabant, quamplures conualuisse, paucos, in quibus vis morbi nimium inualuerat, occidisse, reliquos omnes, quos non dum pestis occupauerat, non modo periculum euasisse, sed nec in morbum quidem incidisse.

Atq; mirum hoc alicui videri non debet, quando, si hausturn venenum superat pestilentiam vincere possit; aer enim est, qui corruptus cùm sit, homines perimit, quod, & complures medicos, & imperitos omnes nescire, ne mireris, cum illud etiam eos lateat, inutilem ætate theriacam reddi.

Gal. l. de præcog. ad Posth. c 3. in fin. Narrat se li-

be-

beraſſe Eudemum à triplici quartana cauſata ex intempeſtiua potione theriacæ, cum eadem theriaca ſuo tempore exhibita: ideſt poſt concoctionem humorum, quando reliqui Medici non ſolùm non putabant exhibere, ſed etiam ipſum impensè deridebant, quod ſenem hyemali tempore triplici quartana afflictum ſe liberaturum putaret.

Auicennas libello de viribus cordis de theriaca loquens tractatu ſecundo cap 4. Nulla enim compoſitarum Medicinarum comparatur ei in temperando humanam complexionem, & conferendo ei; ac lętificatione cordis, & ablatione triſtitiæ, nec non & venenis obniando, & morbis venenoſis: & paulò poſt. Imperiti Medicorum credunt, in Theriaca, & Mitridato eſſe excellentem caliditatem.

Auerroes in quinta collect. cap. 52, Caro tyri curat lepram, quoniam materiam ad cutim pellit.

Et hac de vſu, vtilitate, & viribus Theriacæ Andromaci à me dicta ſint ſatis de mente Authorum.

TRACTATVS PARVVS

De vſu, virtute, & vtilitate Aloes ſecundùm Galenum, Auicennam, & alios.

VAlet in omnibus ægritudinibus ſtomachi cum materia: confortat ſtomachum: interficit vermes: euacuat malos ſuccos è ventriculo: valet capite grauatis propter ſuffumigationes à ſtomacho, coleram in ipſo receptam expelleudo: craſſos humores attenuat, & expellit: eſt mala his, qui citrà vitiatos humores, & ſola intemperie calida, & ſicca affliguntur.

Auic. l. 3. f. 13. t. 1. c. 24. In cura malitiæ ſtomachi epitemata, & emplaſtra eſſe meliora embrochs, embrochæ enim ſunt debilis impreſſionis.

Et ſcias, quòd cùm ægritudines ſtomachi ſunt ex materia, deindè ambigua ſit materia, tunc non eſt, quod magis ei conferat, quàm hierra, quoniam ipſa eſt magis adiuuans virtutes medicinarum ad rectificandum ſtomachum, & complendas operationes eius ipſi proprias.

Alex, Trall. l. 7. c. 6. Noui Mulierem quamdam quæ cùm multa, & immodica aſſumeret, omniaque concoqueret, & numquam ſaturari ſe diceret: roſionem verò in ſtomacho experiretur, & capite doleret: medicamentum de hierra accepit: facta igitur euacuatione, vermem proiecit, qui longitudinem duodecim cubitos, & plures habere putaretur, atq; tùnc immoderata, & furioſa appetentia conquieuit: innotuit igitur, non famen, ſed beſtiam fuiſſe, quæ ad cibum ſumendum compelleret, omniaque conſumeret.

Gal. lib. 5. de locis aff. cap. 6. loquendo de hierra. Totum enim ventrem à ſuperfluitatibus pur-

purgat, & ad proprias actiones roborat.

Gal. lib. 7. meth. med. cap. 11. Reliquum igitur est, vt exponamus, quemadmodum curari succus vitiosus debeat, qui in ventriculi tunicis est receptus: sunt porrò ad eiusmodi affectus idonea pharmaca genere quidem ea, quæ modicè purgant sic, vt eorum vis super Ventriculi, & intestinorum loca non ascendat, aut, si quid vltra vasa, tantum in mesentereo contingat. speciatim verò quæ ex aloe componuntur sunt aptissima, etiam si illa præsto non sint, aloe ipsa per se. hæc itaque non elota valentius vacuat, elota purgat quidem minus, sed roborat ventriculum magis. præstantissimum est hoc medicamentum ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur.

Gal. lib. 6. de tuenda sanit. cap. 10. *in principio*. Stomachus verò cibis quidem quotidie prius, quam bilem contrahat firmandus, purgetur verò medicamentis ex maiore internallo absinthij coma, & compositione ex aloe, quam picram vocant: quippe hæc, quod altius in tunicas bilioſi ventris se recepit expurgat: absinthio parum id præstare valente: est enim absinthio vis tantum detergendi, adstringendique, ac talis, quæ, vt sic dicam, sordem tunicarum ventris detergat, non si quid altius in eo imbibitum est foras extrahat atque expellat, sicut aloe.

Gal. lib. 8. de compos. med. sec. loc. cap. 3. de picra loquens. Rectè autem hoc pharmacum tardè concoquentibus, aut bilem vomentibus, aut alias stomachi fluxione laborantibus aquæ cyatis quatuor inspergens præbet, nimirum subuersionem in stomacho ex melle oborientem formidans; ad declinationem autem intestinorum inflammationum cum aqua mulsa tempestiue quis exhibuerit.

Ascle-

Quemadmodum etiam vrinam ciere volens, aut menses euacuare.

Asclepiades quidem ex vino dandum ait, præstiterit autem, vt ego sentio, cum vino mulso pharmacum præberi: ità enim simul, et quæ circa distributionem, et delationem ex ventre in vrinam et quæ circa vterum instant, secat, ac dissoluit, et robur partibus addit per quas transitum facit. ampliusque, et locorum, per quos fertur caliditatem, auget, quæ et ipsa non parum confert ad instantes humores fundendos, et euacuandos.

Aloe vitiatos humores expurgat inferuè per ventrem euacuat. Crocus autem concoquit, et roborat partes, per temperamentum quidem caliditatis concoctionem efficiens, per adstringendi verò vim, quæ ipsi ad, estrobur addens.

Aetius lib. 3. cap 24. Aloe totum corpus non expurgat, sed coleram in stomacho, ventre, et intestinis existentem educit perfectè, et suauiter, dat autem capite grauatis propter fumigationes à stomacho frequenter ascendentes, et quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorẽ, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem.

Galenus lib. quod animi mores &c cap. 2. quapropter tot à substantia dicimus facultates, quot actiones haberi: v.g. Aloem vim purgandi obtinere, et stomachum roborandi, cruenta vulnera conglutinandi, plana vulnera ad cicatricem perducendi, palpebrarum humiditates siccandi, re aliaquod sanè vlla dictũ quodlibet opus præter aloem, faciente.

Galenus lib 8. *de comp. med. sec. loc. cap.* 2. Infestissima est enim aloes etiam lota his, qui citrà vitiatos humores ex intemperie calida, et sicca affliguntur, proximam his cladem percipiunt, qui siccam temperiem habent cum frigiditate implicatam, et in vniuersum, qui ex sola qualitate particulam

culam aliquam affectam, ac loesam habent; etenim in humoribus intemperaturæ pharmacis ipsas euacuantibus egent, quæ verò absque his consistunt, penitus in tabem deueniunt ex pharmaci huius ex aloe vsu.

Itaque vbi humiditas vitiata tunicas ventris pertingat, picra ex aloe vtilis est, expurgans humiditatem. Omnino autem sic affectis accessio nauseæ plus, aut minus adest. Euacuatio igitur affligentis humoris per solam aloem contingit, quæ circa aluum sunt, quæ etiam contingit, purgare possit: et si aliquandò ampliori pondere exhibeatur, vsque ad locos circa hepar conscendit, non tamen totius corporis purgatoria aloes existit.

Coeterum ex his, quæ ei admiscentur mastiche, vt stomacho commoda, et quæ medicamentariam aloes vim frangere, queat admiscetur, cinamomum eadem gratia, et præterea, quod tenuissimarum est partium, vt aperire ventris meatus possit, exterge-reque, ac attenuare, si quid viscosum, aut crassum in humoribus feratur. Crassos enim humores ob purgatoriæ facultatis imbecillitatem aloe trahere non potest, qua propter bilioſarum ventris affectionum optimum pharmacum est adeò, vt in vno die sæpè multos stomatichos creditos persanet. Iuuat autem et hos, et alios omnes affectus ex vitiatis humoribus ortos cinamomum admistum, vt pote quod alterantem habeat facultatem vitiosarum qualitatum in id, quod secundùm naturam habet: quare scire oportet, affectiones in humoribus vitiatis circà ventrem, et stomachum maximè per medicamenta ex aloe iuuari, in maximum verò detrimentum peruenire ex adstringentium eduliorum potuum, et pharmacorum vsu.

Quemadmodum vice versa, in quibus humiditas multa, & velut mador quispiam est circa affectam partem citrà vitiatos humores, qui ipse sola quan-

titate,

titate, & copia affligat, & velut irriguum ventris os reddat.

Vtiliſſimus adſtringentium eduliorum, potuum, ac pharmacorum vſus exiſtit, languida nimirum, & exoluta tunc reddita affecta particula.

Coeterum picra confectio partim vt ſtomacho commoda, partim, vt tenuium partium, & exterrgentia aſſumit, quæ roborc quidem multum à cinnamomo deficiunt, idem verò facultatis genus habent.

Finis de Aloe.

DE

DE DIFFINITIONIBVS FEBRIVM, MORBORVM, ET SYMPTOMATVM.

Quoniam Porphyrius in ſummulis logicæ nos docet, quod a diffinitione addiffinitum valet conſequentia: Ideò ad hoc vt bene diſcurratur de morbis, neceſſe eſt eorum diffinitiones ſcire: & ideò hoc, hoc in loco eas propono:

EX *Auic.* Febris eſt calor extraneus acceuſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas in totum corpus, & inflammatur in ea inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicuti caliditas iræ, & laboris, cùm non vltimatur, & impedit operationem, ità vt retineatur. *Gal. lib.* 1. *aph. comm.* 16. Febris eſt natiuæ caliditatis in igneam conuerſio.

Febrem per ignem pluribus in locis lib. epid. diffinit *Hippocrates*,

Febris ephimera eſt intemperies calida, & ficca cordis, & totius corporis primariò in ſpiritibus cordis accenſa ex cauſa aliqua procatartica, ideſt externa, vt ira, furore, labore, &c.

Feb. ſynocha ſine putredine eſt in temp. cal. & ficca cordis, & totius corporis contracta ex effercueſcentia ſanguinis in vaſis potiſſimum maioribus.

Feb. ſynocha putrida eſt intemp. cal. & ficca cord. &c. ex putreſcente ſanguine in venis omnibus præcipuè maioribus cordi proximis.

Feb. hectica in primo gradu eſt in temperies cal. & ficca cordis, &c. primariò in ſolida cordis ſubſtantia accenſa ex cauſa aliqua præcedente cum conſumptione rodidæ humiditatis totius corporis.

Hectica

Hectica in ſecundo gradu eſt intemp. &c. cum conſumptione carnoſæ ſubſtantiæ.

Hectica in tertio gradu eſt, &c. cum conſumptione ſolidæ, & ſpermaticæ, & ſpirituoſæ ſubſtantiæ.

Febris cauſon, id eſt febris ardens eſt intemperies calida, & ſicca cordis, & totius corporis ex flaua bile putreſcente in venis maximis, & cordi vicinis.

Febris tertiana continua eſt intemp. cal. & ſicca &c. ex bile putreſcente in venis alicuius determinatę partis.

Feb. tertiana iutermittens eſt intemp. &c. ex putredine bilis extrà venas per ambitum corporis.

Feb. tertiana ſpuria eſt intemp. &c. ex putredine bilis permiſtæ cum aliquo alio humore extrà venas, vel etiam intra venas, ſi fuerit continua.

Feb. tertiana duplex fit ex bile putreſcente extrà venas induobus locis.

Si fuerit triplex, putreſcit in tribus locis, &c. Si hæc tertiana fuerit continua, humor putreſcit ſemper iutrà venas, ſi verò fuerit intermittens, putreſcit extrà venas. Ità tenet *Galenus lib.* 11. *meth. cap.* 4. *lib.* 2. *de criſib* 12. *lib.* 6. *apho- comm*, 26. *lib.* 2. *de diff feb.* 1. *& multis alijs in locis*.

Febris quotidiana continua eſt intemp. cal. & ſicca cordis, &c. ex pituita putreſcente intra venas: ſi verò fuerit intermittens, putreſcit extrà venas.

Febris hemitritęus, ſeu ſemitertiana eſt intemp. cal. & ſicca cordis, & totius corporis ex pituita putreſcente intra venas, & bile extra venas: ideſt, eſt febris compoſita ex quotidiana continua, & tertiana intermittente, & fit in die vno paroxiſmus tertianæ, & quotidianæ.

Febris ſyncopalis humoroſa eſt intemp. &c. ex pituita putreſcente in venis. & os ventriculi ita loedente, vt fere continuam ſyncopim faciat.

Syn-

Syncopàlis minuta fit ex bile prædominante.

Febris maligna eſt intemp &c. ex excellente putredine totę maſſæ ſanguineæ cum venenata qualitate in venis maximis,& cordi vicinis.

Febris peſtilens maligna fit ex excellenti putredine totæ maſſæ ſanguineæ cum venefica qualitate in venis maximis cordi vicinis ex contagio venenato: eſt quieta exterius, conturbans interius, perdens ſecundùm plurimum: vt *Auic. ait lib.*4.*f.* 1.*t.*4. *cap* 2.

Feb. latica *Auic.* fit ex pituita ſubdulci putreſcente in venis.

Feb. lipiria fit ex flaua bile putreſcente in venis magnis, & cordi proximis, cum refrigeratione partium extremarum, & vſtione internarum.

Febris hepiala fit ex putredine pituitæ vitreæ putreſcente in venis.

De Diffinitionibus ſymptomatum.

Melancholia eſſentialis eſt intemperies frigida, & ſicca eerebri ex humoribus melancholicis in cerebro contentis cum timore, & moerore.

Melancholia per conſenſum à toto eſt in temp. frig. & ſicca cerebri ex vaporibus atris eleuatis à toto corpore cum timore, & mærore.

Melancholia hyppochondriaca eſt intemp. frig. & ſicca cerebri ex vaporibus atris melancholicis elenatis ab hyppochondrijs ad caput cum timore, & moerore.

Lethargus eſſentialis eſt in temperies frigida, & humida cerebri ex materia pituitoſa putreſcente cum loeſione facultatum animalium, & ſomno profundiſſimo: & aduertendum, quod hic affectus fere ſemper habet febrem malignam adiunctam, poteſt fieri etiam à craſſis vaporibus eleuatis à viſceribus inferioribus.

Coma

Coma eſt inremp. frig. & hum: cerebri ex pituita putreſcente cum ſomno profundiſſimo.

Coma vigil. eſt intemp. partìm calida, partìm frigida cerebri ex bile, & pituita putreſcente cum ablatione ſenſus, & motus voluntarij. Coma vigil. eſt ſopor vigilans: ſic enim Galenus narrat hiſtoriam cuiuſdam ſcholaris, qui præ nimio ſtudio in hunc affectum incidit: ait, ipſum fuiſſe cũ oculis apertis,& rigidus, ac immobilis iacebat.

Apoplexia fortis eſt integra obſtructio ventriculorum cerebri ex materia craſſa, frigida, & lenta, & hæc eſt vel pituita, vel melancholia, cum ablatione actionum animalium, & ablatione manifeſta reſpirationis, fit etiam per venarum interceptionem. Hipp. l. 4. acut.

Auicennas dicit, quod apoplexia eſt otioſitas mẽbrorum à ſenſu, & motu propter opillationem contingentem in ventriculis cerebri, & in curſibus ſpiritus ſenſibilis,& motiui.

Apoplexia debilis differt à forti ſolùm, quia hæc eſt debilis obſtructio, & quoniam in debili non ſic læditur reſpiratio. vt in forti,& vt plurimùm deſinit in paralyſim.

Epilepſia eſt leuis obſtructio ventriculorum cerebri ex craſſa materia cum ſubita totius corporis cõuulſione,& principalium facultatum læſione, & volunt aliqui, & benè, fieri a vapore venefico eleuato ab aliqua parte inferiori ex materia craſſa ſiuè ſit pituita,ſiue melancholia. Gal. lib. de venæ ſect. adu. eraſiſt. c. 9. narrat de Diodoro Grammatico,qui corripiebatur epilepſia per conſeuſum oris ſtomachi;& l. 3. de locis affect. 7. refert hiſtoriam iuuenis mentis compotis,qui ex digito pedis ſentiebat auram ad caput aſcendere.

Conuulſio eſt vitioſa corporis figura a materia craſſa in neruis contenta,& hæc eſt pituita,vel melancholia.

Con-

Conuulsio est subita retractio membri versus suum principium, id est cerebrum. si verò conuulsio fiat ab inanitione, prouenit à defectu propriæ humiditatis: principium huius affectus est cerebrum: & ita etiam spasmi, tetani, opistotoni, emprostrotoni, & omnis generis spasmi, & conuulsionis post affecta est cerebrum.

Phrenitis est inflammatio membranæ cerebri ex sanguine bilioso cum principum actionum læsione, vel depravatione, & furioso delirio, & febre acuta coniuncta.

Mania est delirium sine febre, ideſt est intemperies calida, & sicca, ideſt est inflammatio membranæ cerebri ab humoribus mordentibus biliosis sine febre, & cum furioso delirio.

Catarrhus ex fluxio frigida, & humida, aliquando calida, salsa, nitrosa, cum humore in capite ad aliquam corporis partem flnente.

Optalmia est inflammatio tunicæ adnatæ oculi ex sanguine bilioso, & acri cum læsione visionis.

Angina est inflammatio faucium ex sanguine bilioso, vt plurimum, cum difficultate deglutiendi, & aliquando respirandi: sit etiam quandoque ex defluxione pituitosa: vt volunt Hippocrates, & Galenus lib. 3. aphorismorum.

Pleuritis est inflammatio membranæ succingentis costas ex sanguine bilioso secundum plurimum cum dolore lateris pungitiua, & febre acuta, tussi, dolore capitis.

Peripneumonia est inflammatio pulmonum ex sanguine pituitoso salso, vt vult Galenus: vel vt alij ex bilioso etiam cum dolore thoracis grauatiuo, & febre.

Inflammatio iecoris est tumor factus a sanguine calidiori Bubo est tumor caiidus prouenies ab inflammatione vlcerun-

scir-

Scirrhus est obstructio, siue tumor frigidus proueniens à sanguine melancholico oppilante, vel etiã à pituita crassa.

Ædema est tumor proueniens à pituita.

Erisipelas à sanguine bilioso est inflammatio.

Cancer est tumor, siuè inflammatio proueniens ab atra bile. Notandum, quod quæcumque inflammatio est tumor factus ab aliquo humore.

Hemorrhagia narium est apertio venarum nasi à sanguine calidiori. Cardialgia est triftis sensatio oris ventriculi ex humoribus acribus, & mordentibus.

Hydrops ascitis est tumor abdominis ex humore seroso factus.

Hydrops tympanitis est tumor ventris ex flatu.

Hydrops Anasarca est aucta magnitudo abdominis, & totius corporis ex humore pituitoso. *Auicennas lib. 3. ait*: & non fit hydrops, nisi hepar patiatur vel perse, vel per consensum, & ita tenent omnes Authores.

Diarrhea est fluxus alui præter naturam per inferiora ab irritata facultate expultrice intestinorum ex aliqua materia præternaturam, vt à materia acri, & mordaci.

Cholera est symptoma exiens præter naturam per inferiora, & superiora ab irritata facultate ventriculi, & intestinorum ab aliqua re biliosa, acri, & mordente.

Lienteria est exiens præter naturam per aluum ab irritata facultate expultrice ventriculi, & intestinorum, in quo talia deiciuntur, qualia fuere deuorata.

Dysenteria est vlcus intestinorum ex acri materia, & mordaci biliosa corrodente intestina cum dolore, & fluxu alui sanguinulento.

Tenesmus est vlcus intestini recti ex acri materia cum frequenti deiciendi cupiditate, deicere tamen

tamen non poteſt, præter modica cruenta, & mucoſa.

Phtiſis eſt vlcus pulmonum ex materia acri, & corrodente cum macie totius corpori s, cum cruenta ſpuitione, & febre lenta continua. Fit etiam ex deſtillatione catarrhi à capite in pulmones: vt tenet *Auic. lib.3.f.* 10. *& Hippo. & Gal. lib.3. epid.*

Dolor capitis eſt triſtis ſenſatio partium Capitis ex qualitate, vel materia aliqua continuum ſoluente.

Dolor articularis eſt triſtis ſenſatio articulorum ab aliqua intemperie continuum ſoluente: vel eſt triſtis ſenſatio articulorum ex fluxione quadam humorum à capite.

Dolor Colicus eſt triſtis ſenſatio inteſtini coli ex pituita vitrea fere ſemper, quandoque fit ex flatu groſſo ibi coaceruato: aliquando fit ex retentione fecis, vt vult *Auic.*

Notandum, quod quicumque dolor eſt triſtis ſenſatio alicuius partis facta ab aliquo humore, vel qualitate præter naturam.

Lues gallica eſt intemperies calida, & ſicca hepatis cum venenata qualitate ex contagio venenato acquiſita.

Calculus veſicæ, vel renum eſt morbus in numero genitus à materia aliqua craſſa inducta vel à frigiditate congelante, vel à caliditate condenſante.

Cachexia eſt tumor pituitoſus ex materia præter naturam hepate genita ab eius mala intemperie.

Icterus, ſeu morbus regius, arquatus eſt ſymptoma in mutata qualitate totius corporis ob impeditam bilis expurgationem ab obſtructione veſicæ felleæ ex materia peccante vel in copia, vel in craſſitie.

Empyema eſt collectio puris in cauitate thoracis

ob

ob abſceſſum diſruptum.

Vomitus eſt ſymptoma exiens præter naturam per os ab irritata facultate expultrice oris ventriculi ab aliqua materia præter naturam.

Sputum ſanguinis eſt accidens exiens præter naturam ab irritata facultate expultrice à materia ſanguinolenta præter naturam.

Difficultas reſpirationis eſt actio imminuta muſculorum pectoris, & pulmonum à materia aliqua præter naturam.

Tuſſis eſt motus deprauatus pectoris, & pulmonum ab irritata facultate expultrice ipſorum à materia, vel qualitate aliqua præter naturam.

Syncopes eſt præceps virium lapſus propter vitioſos,& prauos humores prohibentes diffuſionem ſpirituum vitalium per totum corpus.

Stupor eſt imminutio ſenſus, aut motus ab aliqua obſtructione neruorum ab aliqua materia frigida craſſa.

Tremor eſt motus compoſitus ex eleuatione, & compreſſione proueniens à grauitate membri, & facultatis imbecillitate ob frigidam membri intemperiem.

Palpitatio eſt motus deprauatus compoſitus ex eleuatione,& compræſſione partium,quæ conſtringi, & dilatari poſſunt, factus à materia flatulenta, & craſſa exitum quærente.

Palpitatio cordis eſt ſymptoma in actione loeſa deprauatæ facultatis animalis ob humores pituitoſos,vel vapores flatuoſos ſua qualitate praua ipſum inferente.

Vertigo eſt deprauatus motus circularis ſpirituum animalium in anteriori cerebri parte cauſatus à permiſtione vaporum à ventriculo, vel alia parte eleuatorum.

FINIS.

INDEX

INDEX

Librorum, & Capitum, quæ continentur in hoc Opere.

Libri primi, in quo demonstrantur quædam conditiones Medico necessariæ: agitur de rebus naturalibus, ideſt de modo, forma, & materia nostræ generationis, & de eis, quæ ad nostram generationem spectant.

De anatomijs partium principalium nostri corporis.

De morbis particularibus corpori nostro adueniẽtibus & de eorum causa & materia. Cap. 1. *pag* 21.

Quando pars seminalis consumpta, & exsicca ta est nõ potest ampliùs ex alimento refici.

Quantum prosit experientia, & ratio in arte: intellectus sequitur sanguinis puritatem. Cap 2. 28

De coitu; quid sit semen secundum varios Philosophos etiam Fœminæ habent testes: in qua parte maneant mares, & in qua Fœminæ: cur dissimiles Parentibus filij nascantur, quid sit primum genitum in Animali. Cap. 3. 30

Plurimum spermatis generatur in capite: quæ sint organa spermatis. Cap 4. 32

De compositione testiculorum; qua ratione virga erigatur, testes sunt roboris hominibus, testes semen efficiunt. Ni. si fœmina haberet testes, non generaret; qui cibi semen generant. Cap 5. 37

Quarè Eunuchi Venerem non agant, & quare Pueri, & cur Puellæ non purgentur ide voluptate & gustu mulierũ in coitu; Concepto filio semen non intrat in

uterum; cùm semen non remanet in utero non concipit famina.
De situ matricis. Cap 5 37
De usu coitus: nimia coitus abstinentia efficit homines melancholicos semen retentum generat venenum; de iuuamento coitus; venus siccis temperamentis non conuenit; de salubritate coitus; de nocumento coitus: de tempore coeundi: non est turpe medico tractare de magnificatione virga & coangustatione vulue Cap. 6. 40
De formatione fœtus in utero quando Pueri, & fœmine sint perfecti in utero. Cap. 7. 47
Quomodo Gemelli procreantur: ex uno veneris congressu gemelli generantur, & cur. Cap. 8. 48
Fœtus in utero ex optime nutritur sanguine; vitiosum verò reseruat pro expulsione in partu Cap. 9. 50
De communitate venarum mammarum cum utero, lac est menstruo germanum. Cap 10. 51
Uteri habent plurimas & ingentes uenas; quando à partu non purgantur fœmina, putrescente sanguine in utero, febrem synocham accendi, & eleuatis sursum vaporibus, fieri capitis dolorem; de periculo mulieris à partu non purgata: Nutrices non debent uti venere. Cap 11. 52
De ijs, quæ spectant ad ventriculum ventriculus est concoctionis instrumentum; Munus ventriculi est commune toti corpori, stomachus est valdè sensibilis, & multa mala ab eius affectibus oriuntur, habet plurimos neruos à cerebro, de officio ventriculi. Cap. 12. 55
Appetitus à frigiditate prouenit, de alteratione cibi in ventriculo. Cap. 13. 61
Calor iecoris, omenti, cordis & aliorum circumstantium viscerum cõfert ad ventriculi concoctionem, de substantia peritonæi, & eius utilitate.

tate Cap. 14. 63
De consensu oris ventriculi cum gula, lingua, palato, & omnibus, quę continentur in ore; de ijs quibus ex stomacho caput dolet; de morbis, qui proueniunt per vẽ triculi communitatem Cap. 15. 66
Deliria fieri possunt ex consensu pulmonum, iecoris, oris ventriculi, & septi transuersi. Cap. 16. 72
De corde; quæ sint partes principales nostri corporis, & earum officia; & à qua parte oriantur nerui, a qua arteria a qua vena, Cor est in medio thorace; Cor non eget cerebri opera ad motum pulsuum, neque cerebrum cordis ad se mouendum, & sentiendum; ad quem finem arteriæ pulsent, & de necessitate euentationis caloris per earum motum. Cap. 17 74
De Pulmone, & thorace; dexter cordis ventriculus gratia pulmonis est factus; pulmo est vocis, & respirationis instrumentum; de necessitate, & vtilitate respirationis, animalia quæ non habent pulmonem, neque in corde duos habent ventriculos, de motu pulmonis; per quas vias aer attrahatur ad corporis euentationem, respiratio maximè ad vitam est necessaria; de officio pulmonis, & thoracis. Cap. 18 77
De cerebro; cerebrum est principium neruorum, & motus: animalia, quæ non habent caput, principium sui motus est in thorace: frigiditas cerebri non potest temperare cordis caliditatem propter distantiam in cerebro residet memoria, & cogitatio; quid sit anima, & spiritus; musculi sunt instrumenta motus voluntarij: de substantia nerui Cap 19, 80
Caro hepatis est præcipuũ sanguificationis instrumentum, & venarum principium; De nutritione hepatis, & de quatuor eius officijs; de officio venæ cauæ; De offi-

eio hepatis in nutriendo corpus. Cap. 20. 84
Venæ habent vim conficiẽdi sanguinem; intestinis concoquendi vis inest: de offitio venarum meseraicarum, quomodo, & per quas partes corpus nutriatur; De ortu venæ cauæ a corde oritur calor naturalis. Cap. 21 89
Aquosa humiditas est necessariã tãquã vehiculũ ad deferendũ nutrimentum per totũ corpus quomodo corpus nutriatur, de situ ventriculi; vnica est venæ tunica, arteriæ duplex; lingua est gustandi organum, & de eius substantia; de Tonsillis; de naribus de offitio asperæ arteriæ, faucium; de vtilitate systoles & diastoles, de vsu singulorum intestinorũ, pulmonis, & asperæ arteriæ. Cap. 22. 93
De intestinis, propter quid sint plura numero: de eorum vsu, & vtilitate, & ofitio, intestina habẽt plures venas; lac, & semen fiant ex sanguine exactè cocto. Ca. 23. 97
Anatomia partiũ confert ad cognitionem, & ad curationẽ morborum; prolocorum affectorum differẽtia variatur etiã curatio Cap. 24. 101
In quouis morbo semper parti præcipuè laboranti est prospiciendũ; partes affectæ variant morborum curationem non est satis nosse, quod sit euacuandum, sed oportet cognoscere naturam partis curandæ. Cap. 25. 106
De consensu partium inter se. Cap. 26. 107
De affectibus tristitiæ proponuntur aliquæ historiæ aliquorum qui propter timorem mortui sunt Cap. 27 109
De damno, quod infert ieiunium; ieiuniũ est inimicum naturis biliosis, inedia caput, replet narratur historia iuuenis ex inedia, & exercitijs in hecticam delapsi cũ fame nõ oportet laborare, non solùm sanis est insonsa inedia, sed & ægris Cap. 28. 112
De regula in edendo, & bibẽdo; de cibis sumẽdis, & non sumendis. Cap. 29. 117

CAPITVM.

De vino, de eius bonitate, & vitio, quo tempore sit exhibendũ, quibus morbis, bonus odor conuenit stomacho, de celeritate nutritionis vini. Cap. 30. 120

Corpora in quiete refrigerantur, & humectãtur de effectu, & bonitate somni, vigilans est calidior exterius, interius frigidior. Cap. 31. 172

De fluxu ventris, & eius cura, vomitus sanat vomitum, non est firmandus, nec corroborãdus ventriculus, nisi priùs euacuetur materia, de regula in euacuando corpus secũdùm materiæ inclinationem. Cap. 32. 129

Per partem laborantem non est detrahẽdus sanguis, nisi priùs reuulsione facta, in scabie, & lepra in principio non est repellentibus vtendũ. Cap 33 134

De affectibus cutis a qua fiant materia, degeneratione atræ bilis, quomodo flegma fiat fal sum. Cap. 34. 136

De splene, eius anatomia affectibus, & officio, qui morbi fiant ab ipso malè affecto, quo sanguine nutriatur, de remedijs splenis Cap. 35 139

De scirrho lienis, scirrhus sen sibilis curationem recipit, fortia medicamenta spleni conueniũt de difficultate curationis scirrhi hepatis, de materia scirrhi, quid sit scirrhus. Cap. 36. 146

De hydrope; non accidit hydrops absque hepatis ægritudine, ex magnitudine, & tumore splenis fit hydrops, de cura hydropis. Cap. 37. 148

De hæmorrhoidibus, earũ affectib & cura, liberãt à multis morbis, cum mulieri lactãti sanguis per locos eruperit, illicò lac euanescit, & homines, quibus sanguis per hæmorrhoidas effluit vitam degant sanam. Cap. 38. 152

Hæmorrhoides continent sanguinẽ melancholicũ, per retentionẽ sanguinis hæmorrhoidalis fit hydrops. Cap 39. 156

Purgatio est maxima a morbis præseruatio. Cap. 40 159

Assumpta conueniũt, vbi

tenuia laborant inteſtina, inieƈta verò quando craſſa; cum partes ſuperiùs poſitæ laborant, per ea, quæ eduntur, & bibuntur ſunt purgandæ: cum autem inferiores per clyſteres infuſos: Venter ad ſe trahit alimentum, ventriculus duos habet meatus, unum per quem vomitur humores alterum, per quem dilabuntur ad inferiora; de partibus, quæ purgantur ſupernè, vel infernè. Cap. 41. 161

Natura iuuat in morbis, medicus autẽ eſt adiutor Cap. 42. 166

Cui magis urget eſt incumbendum, ſymptoma ſui curationem non poſtulat; in omni morbo, qui à cauſa pendet cura à cauſa eſt priùs incipienda, morbus ex morbo fit Cap. 43 167

Quantum quis à natura. li ſtatu receſſit, tan ĩ oportet calefacere, refrigerare, humectare, aut exſiccare. Cap. 44. 170

Pars artis Medicæ, quæ tractat de ſignis eſt coniecturalis, & incerta; in medicando oportet cognoſcere materiã cuiuſque rei exhibendæ, tempus dandæ, qualitatem, & vſus rationem: oportet medicum cognoſcere non ſolum ſymptomata, & eorum generationem, verùm etiam modum, quo generantur, curandi ratio à ſanorum diſpoſitione accipi debet: in principio morbi medicus debet ſcire omnes ſcopos, vt ille ſciat, quid primo, quid ſecundo, quid tertio loco ſit faciendum. Cap. 45. 171

De regula in euacuando corpore per medicinas; medicamentum purgãs purgat attrahendo; ſternutamentum fit calefacto cerebro, aut humectato, vena facilè ſanguinem producunt Cap. 46. 173

Frictiones corpus euacuãt Cap. 47. 176

Curatio vlceris in exſiccatione conſiſtit; de regula in curandis vlceribus Cap. 48 177

De Vermibus, & eorum affectibus, qui ab eis proueniũt. Cap. 49 179

Quæ

Quæ sint locæ euacuatio
nibus conferentia: me
dicus debet aduertere
naturæ inclinationem:
euacuatio, quæ fit per
rectitudinem partis la-
borantis est bona. Cap.
50. 181

Non est euacuandum per
medicamenta, vel non
est detrahendus san
guis ex parte laboran-
te ante corporis eua
cuationem; in principio
oportet repellere & re.
primere; impossibile est
pharmaco ritè vti illũ,
qui vim ipsius non no-
uit. actiones sunt pri.
mariò partium simi-
larium, secundario par
tium instrumẽtalium;
humor christallinus est
primum visionis in
strumentum; in omni
bus internis inflamma
tionibus in virium ro
bore est salutis spes.
Cap. 51. 183

Omnis sanguinis excretio
est toto genere præter
naturam, illa solum
excepta, quæ per vte
rum accidit mulieribus
refertur historia mulie-
ris emaciatæ, cui san
guis in magna copia
missus est; sanguis su-
periùs missus menses
supprimit, in cruribus
verò prouocat; omnis
res in corpore præter
naturam sui indicat
ablationem. Cap. 52.
186

In sananda narium hę-
morrhagia sanguis per
venam haustus prodest
Cap. 53. 188

Morbi principium dura:,
donec appareant co-
ctionis signa. Cap 54.
189

Purgantia medicamenta
in principijs morborum
non sunt danda. tur-
gentibus morbis, coctio-
nem humorum haud
esse expectandam. si
quis vult corpus purga-
re, oportet ipsum pra-
parare, ante concoct o-
nem non est purgandũ;
sani non debent purga-
ri. Cap. 55. 189

Labores debent præcedere
cibos; vehementia exer-
citia caput replent, gu-
losis inest magnum pe-
cur; qui sunt sani non
egent præsidio: meditatio
hominis est animi exer
citium; omnis partis
cula natiuum robur

habet; quid sit ira, & eius effectus, fascinatio reponitur inter causas externas melancholiæ; de excellentia sensus neruorũ. Cap. 56. 195

De yleo, & eius causis; in yleo nihil ad inferiora descendit. Cap. 57. 198

De dolore colico: quid sit flatus: de causis doloris colici, & ex illo aliquã do fit hydrops; de differentia doloris colici, & nephritici; proponitur historia a Galeno de seipso, de cura quam fecit Rusticus; stupefacientia in principio inflammationum sunt suspecta, de cura doloris colici per cucurbitulam loco dolenti admotam, de medicamentis cum sterco re lupi, de alijs medicamentis in dolore colico. Cap 58 200

Ad stomachi digestionem conferunt Puelli boni habitus, vel catelli pinguis noctu suprà ventrẽ, de significat onibus egestionis, de effectu colerę ad digestionem. Cap 59 206

De Lyenteria, Dysenteria, Tenesmo, de earũ causis, quid lienteria, de differentia lyenteriæ, et dyẽterię quę dysenteria sit magis periculosa. Cap 60. 210

De Angina, de differentia anginę peripneumonię, & pleuritidis, de prognostico Cap 61. 214

De pleuritide, in quo tempore magis eueniat, de eius causa, propter quid accidat tussis in pleuritide, in pleuritide necessariò, accidit tussis, & lateris dolor, febris acuta, et difficultas spirandi, pleuritis à quocumque humore fieri potest, in morbis lateris, & pulmonis sputa idem præstant, quod vrinę in febribus putridis, de dolore capitis in pleuritide, & peripneumonia per tussim expurgantur ea, quę continentur in pectore, & pulmone, pleuritis in quatuordecim diebus debet purgari supra, gnãdocùmq. signa cõcoctionis apparent, semper bona sunt; fluxus sãguinis nariũ est bona crisis in pleuritide, propter quid accidat febris in pleu-

pleuritide: quædam regula circa pleuritidem Cap 42 218

De cura pleuritidis, cura eius est phlebotomia, de pregnostico pleuritidis, si dolor ascẽdit ad clauiculam flebotomia est necessaria, si verò descendit ad hyppochondria, est euacuandum per medicamenta, quæ sint bona partes ventris sunt alleuiandæ, tẽtandum est laterũ dolores calidis fomentis soluere de apponẽda cucurbitula suprà dolorẽ, in pleuritide, & alijs morbis mittendus est sanguis per rectitudinem affectæ partis, de ædemate. Cap 53. 225

De Cancro & eius causa, occulti Cancri non debent curari. C 64. 235.

De apoplexia, & epilepsia, spasmo, conuulsione, de differentia inter morbum comitialem, & apoplexiam, a quo humore, & in quo loco hi morbi generantur, qui sint procliues his morbis, ex ventriculo malè affecto fieri potest epilepsia, & apoplexia ex digito pedis epilepsia oriri potest: deliria, quę per febriũ vigores accidunt non propria cerebri passione sed per consensum accidunt, apoplexia est totius corporis paralysis, epilepsi ę totius corporis conuulsio: ob retentum semen in viero fit quãdoq. epilepsia, melãcholici fiunt epileptici, & epileptici melancholici, de difficultate sanãdæ epilepsię: apoplexia ex flatibus fieri potest, & etiam per venarum interceptionem; conuulsio fit vel a repletione, vel inanitione: conuulsio fit etiã per consensũ oris stomaci: febris iuuat cõuulsionẽ, tumor in ulceribus à cõuulsione vindicat, quartana febris sanat epilepsiam, quomodo fiat somnus, & epilepsia, & de differẽtia inter hos affectus. Cap. 65 238.

De Arrhitide, sciatica, & podagra, de earũ materia causa, & differẽtia, & cura: cura lethargi est contraria curationi phrenitidis. Ca. 66. 254

De Alopecia, eius causa & cura: proponitur historia. Cap. 67 61

De periculo morbi, quando intrò conuertitur. Cap.68 262
Cibi, & potus efficiunt bonos, vel malos humores nec non faciunt ad animi mores de signis vteri affecti super vacuita te dormire malum eſt Cap 69. 264
De natura acidi, amari, dulcis, omnia, qua nutriunt ratione dulcis nutriunt mel eſt natura dulce, & calidum. de ſucco, quem mel generat: de materia mellis & quibus conferat, aut noceat: de vtilitate aceti mulſi; ſanguis ex mediocri calore gignitur; alij verò humores ex immodico vel deficiente. Cap.70. 266

INDEX LIBRI SECVNDI.

IN quo agitur de morborum prognoſticis, & ſignis de ſumptis ex vrinis, & idea morbi; ex alui excrementis; & ſignis a facie deſſumptis; & de regulis cibandorum agrorum. Cap 1. 271
De recidiuatione. Cap. 2. 272.
De prognoſticis morborum aſtronomia plurimùm confert ad medicinam, De phyſionomia vtilitate; non eſt illa aſtrologia medico neceſſaria, quam vates profitẽtur quod cognoſcimus ſalutem, aut mortem agrorum ex virium comparatione cum morbo. Cap 3 276
Vires cum morbo ſunt comparandæ ſi velimus cognoſcere exitũ morbi mente cõſtare in morbis acutis eſt magna ad ſalutem ſpes: ſimilitudines conferunt medicis Cap. 4. 280
Vtrùm ad præſagiendam ſalutem, aut mortem conferant magis vrina, an pulſus Cap 5 282
De potentia concoctionis humorum in morbis, bona criſis debet fieri in ſtatu, & tantò ſunt deteriores, quantò ſtatum anticiparint; de modo cognoſcendæ criſis, in principio non fit criſis, niſi pernitioſa: ſigna indi.

indicatoria, quæ nihil decernunt partim mortem, partim difficilem morbi solutionem significant; qualis sit bona crisis: sine concoctione non solvitur morbus. morbus debet indicari in die crisis. Cap. 6. 287

De urinis, alui excrementis, & sudoribus; eorumque sunt intrà venas nullum est certius signũ præter solam urinam; de significationibus urinæ; urina significat ea, quæ sunt in venis, deiectiones quæ sũt in vẽtre; sputa, quę inspirandi instrumentis; quæ sit optima urinæ. Cap. 7. 290

Quæ per vesicam, & alvũ, & quæ per carnes abeũt sunt inspicienda, quæ sit deiectio optima: De vriuis bonis, & malis tàm in coloribus, quàm in substantijs, & sedimentis. Cap. 8. 295

Vrina oleosa est colliquationis inditium, de significatione nebulæ in urina qualem colorem debeat habere urina naturalis, de alijs signis urina: quales urina sint coctæ, quales crudæ: urina perturbata dolorem capitis significant. Cap. 9. 302

Pellucida, & alba urina malæ, & pessimæ in phreniticis: narratur historia aliquorum, qui cum talivrina perierũt phrenitici, & dicitur causa; urina cibi, & potus colorem refert; de significationib urinæ tenuis permanentis in tenuitate, & grossæ in grossitie: sequitur degnis urinæ in febribus urentibus. Cap. 10. 306

Prima significatio urinæ est de dispositionibus hepatis, & viarum aquositatis, & super dispositionem venarum & mediantibus illis, demonstrat ægritudines alias: urina quæ debet considerari, debet esse prima urina, quæ fit in die, & de alijs significationibus: de signis tenuis, & grossa urina. Cap. 11. 310

De significatione hypostasis in urinis: sedimentũ est paucum in urinis

macilentorũ, in pinguibus manifestum: item de significationibus colorũ hypostasis, & substantiæ hypostasis. ex urina cognoscitur futura crisis; urina cum pilis significat dispositionem renũ; ex urina cognoscitur quis locus laborat. Cap. 12. 310

De vomitu, & significatione eius Cap 12 312

Ars medica pendet à natura: ex linguæ colore cognoscuntur humores; quid debeat considerare medicus in morbis: facies in ægris est inspicienda: si corpus ægri nõ minuatur, aut plus æquoliquescat, malum est: si lucem effugiant, aut nolentes illachrymant, aut oculi peruertantur, aut alter, altero fiat minor, aut candidum rubrum appareat, est malum signum. Cap. 13 319

In febribus spiritus offendens malũ est & significat conuulsionẽ: narrãtur historiæ facilitas spirandi vim magnam in morbis acutis ad salutẽ habet; difficultas spirandi est malũ in morbis signum Cap 14. 326

In morbis de signis oculorum in dormientib. de significatione sudoris in morbis: de dispositione corporis in morituris: liuiditas manus est signũ mortis: grauitas corporis est malum signum: quid significent sudores in febribus: de significatione excrementorum. Cap 15. 328

De signis sumptis à respiratione: de signis timoris per somnum in morbis; de effectu somni in febribus; ponuntur alia prognostica: quando sãguis a suo loco mouetur suppuratur, desipientia prælanguentium. sunt pessima quomodo fiat stillicidium, & à qua causa. Cap. 16. 334

De significationib morborum: quibus medijs cognosci debent morbi; & quæ conferant ad cognitionem morborũ non potest morbus curari, nisi prius cognoscatur; quid obseruandũ sit ad curationem morborũ, de interrogatione, quam debeat facere medicus.

Cap.

Cap.17. 340
Nisi rigor nõ sedat febrẽ, agro iam debili, mortale est; à qua causa fiat rigor proponũtur historia.
Cap.18. 349
Morbus debet prima die cognosci duplex est acutorum morborũ genus; ex quibus demonstrentur morbi Cap.20. 354
Quomodo, & qua ratione cognoscãtur lõgitudo, & breuitas morborum: primũ quod debet considerari in morbis est coctio ex vrinis: numquã Gal vidit intereuntem, qui præcedente coctione crisim habuit; quæ sint inspiciẽda ad cognoscẽdos morbos, & per quas morbi euacuentur: magni morbi iudicantur parui verò soluuntur, qui sint dies iudicatorij si morb iudicatur extrà dies iudicatorios recidiuas fa c.t Cap 20. 354
Crisis non fit nec in duodecimo nec in decimo sexto; in quibus dieb fiant crises, septimus dies est primus inter criticos dies tempora dissoluunt mor bos, morbi acuti in qua tuordecim d.eb finiun tur: qui sint dies iudicatorij, & indicatiui sudores quibus eueniant; si corpus breui tempore extenuatur, breui est restaurandũ, si longo lentè, quando medicus in morbi principio bonam regulam instituit, licet non benè succedat, nõ est tamen ad aliud transeundum; si à morbo cibus nõ proficiat: vel corpus plus æquo oneratur, vel purgatione indiget; impura corpora à cibo laduntur. Cap.21 359.
Ad instituendam perfectã victus formã in morbis debent respici vires, & morbi, & particulares accessiones; non potest proba victus ratio institui sine status morbi, & crisis præsagio; de regula in medicando, & ratio nem victus instituendo: in morbis secundũ propria tempora: & in febribus, quæ sũt sine particulari accessione: tempus dandi cibi est hora magis quieta, & hora consueta comedend, in sanitate, & consuetudo. Cap.22 366

adconcoctionem morborum, tantùm, & magis viribus obest. in morbis nutritur ratione virtũ in breuibus morbis instituitur tenuis victus ratio. de periculo tenuis victus in morbis. Cap. 23. 373

De morbo regio: afferũtur historiæ, prognostica multarum rerum, & diuersarum. Cap. 24. 377

INDEX TERTII LIBRI.

IN quo tractatur de ijs, quæ spectant ad chirurgiam, ideſt de modo Regula, Ordine, & Tempore mittendi sanguinis; De ventosis, Hirudinibus: vesicantibus: de danda aqua frigida in febribus: de purgatione: & de balneis.

Dum in ventriculo, & primis venis recens crudꝭtas adest, non est detrahendus sanguis: in febre sinocha auferturꝭ sanguis ad animi deliquium: proponuntur historiæ: qui ex obstructione febricitant, nemo in febrem putridam incidit, cui priuss ãguis missus est: maxima febrium continentium remedꝭa sunt detractio sanguinis, & aquæ frigidæ potio: ante decimũ quartum annum non mittitur sanguis per venam, nec post septuagesimum: vena sectio nec putredinem, nec obstructionem tollit. Cap. 1. 384

Saluberrimum est in omnibus febribus continẽtibus sanguinẽ mittere per venam: in febribus ardentissimis detrahendus est sanguis ad animi defectum, quoniam illicò totum corpus refrigerat, & febrem extinguit: nec puer, nec senex phlebotomantur; magnitudo morbi, & virium robur indicant sanguinem mittendum alui purgatio excusat a phlebotomia. Cap. 3. 393

Traditur generalis regꝭla mittendi sanguinem secundùm varias corporis

poris partes. Cap. 3 393

Antequam mittatur sanguis, oportet considerare primò quæ affectiones requirant: secundò quid sit illud, quod fit per sanguinis detractionẽ: tertiò quæ corporæ innoxiè sanguinis missionẽ ferant: nec ætate puerili nec senili est mittendus sanguis, & quę corporis dispositiones ferant sãguinis missionem: vena sectio non solùm conuenit in plenitudine, sed etiam citrà ipsam sanguis est detrahendus, si morbus est magnus, & fuerit ętas, & non solùm vbi est morbus, sed etiam quando imminet. de quibusdam regulis mittendi sanguinem, & non solum in die, verùm quoque in nocte, si ita oportuerit: quando adest magnitudo morbi & viriũ robur, nulla tanta, talisque est crudorum humorum copia, quæ sanguinis missionẽ prohibere possit: Pueris aniè annum decimum quartum non mittitur sanguis per venam, & si morbus requirat & vires sint valide; in mittendo sanguine est obseruanda rectitudo partis laborantis, & sanguis debet potius parturi per plures vices, quàm semel tantùm auferre; quæ partes requirant missionem sanguinis per superiores, & quę per inferiores partes incipientibus phlegmonibus oportet auertere, quod influit: in inueteratis verò ab ipsis partibus affectis, vel vicinis euacuare expedit: ad sanguinem mittendum non dierum numerum oportet prospicere, sed solum, si morbus requirat, & vires sustineant, etsi vigesimus dies sit elapsus: ad mittendum sanguinem paroxismi declinationem oportet expectare: alia vena ob alias affectas partes est incidenda de dissectione arteriæ: in frigida, aridaque dispositione non est mittendus sanguis, sed cucurbitula apponenda. Cap 4. 397

De multis regulis mittendi sanguinis secundùm Auicennæ dictum. Cap 5. 408

Stante vna euacuatione, alia non est tentanda; in magnis vigilijs, aut doloribus cauendæ sunt subitæ, & multæ euacuationes; aeris temperatura in mittendo sanguine, & euacuando est inspiciendæ; neque in locis suprà modum calidis aut frigidis mittendus est sanguis, si cuipiam sanguinẽ auferre cõfert ventrem sistere oportet, & ità auferre de regula in dando solutiuo; tãtùm valent hæmorrhoides in consuetis, quantũ venæ sectio; à sanguinis detractione nõ est statim nutriendum: nõ est mittendus sanguis dùm cibus in stomacho moratur. Cap 6. 413

De sanãdæ vrinæ difficultate per sanguinis missionẽ, & quæ venæ sint incidendæ; venæ sectio sanat anginam, & lippitudinem. Cap 7. 417

De hyrundinibus, cucurbitulis, & scarificatione: quando cucurbitulis sit vtendum, & in quibus affectibus; de earũ virtutibus, & effectibus: numquam gratia euacuationis totius corporis cucurbitulis est vtendũ; cucurbitulæ ad occiput appositæ reuellit capitis dolores, in principijs morborum antè euacuationem corporis non sunt apponendæ cucurbitulæ; quem sanguinem euacuent cucurbitulæ, & quid corporibus conferant Ventosæ præcipuus est vsus, vbi non in toto corpore, sed in aliqua parte vitium sit. Cap. 8. 418

De vlcerantibus, & acribus medicamentis; in quibus morbis conueniant, & quando, & cuius naturæ sint. Cap. 9. 423

De euacuatione per pharmaca; de regula, tempore, & ordine, euacuãdum est secundum inclinationem naturæ; quando postponitur phlebotomia in principio ægritudinis, non amplius phlebotomatur; de quibusdam regulis in euacuando, & sanguinem mit-

mittendo, de regulis, modo, tempore ordine, quibus dispositionibus, per quas partes, & qua natura sint euacuanda de inclinatione humorum.
Cap. 10 424
De danda aqua frigida in febribus: de tempore, regula, & animaduersione; de qualitate danda aqua: quibus sit vtilis, quibus incommoda; potio aqua frigida & tenuis sectio sunt maxima in febribus remedia cõtinentibus: nullus perijt, cui Galenus propinauit aquam frigidam in in tempore opportuno; aqua frigida semper est remedium febris, prout febris, quid sit obseruandã in danda aqua frigida, de nocumento aquę frigidę in pauca quãtitate exhibita. C. 11. 431
De danda aqua mulsa; mel est vtile frigidis morbis; calidis verò aduersissimum; aqua mulsa sputum educit, & pulmonem emollit, meracior, aqua mulsa trasit in bilem, de vtilitate oximellitis simplicis, & cum radicula; in phleg mone vẽtriculi, & aliorum viscerum non conuenit aqua mulsa quia trãsit in bilẽ. C 12. 434
De lacte, & lactis sero: de bonitate lactis, ad quos affectus conferat; lac nõ est in aere tenendum; de sero lactis: de vsu, & vtilitate seri, & eius facultate, quid prastet serum calibeatũ, ad quos affectus valeat, lac constat ex tribus substantijs, & de temperatura cuiusq. substantiæ; serũ calibeatũ datur in acribus deiectionibus, & de additione mellis, vel salis infero; si infans sugat malum lac, toto corpore vlcera scatent; lac non confert caput dolentibus sticulosis, &c. quibus morbis, & naturis conueniat; lac optimũ phthisicis; confert difficultatib. intestinorũ biliosis; lac Asinæ coctum confert febribus ardentib.
Cap. 13. 442
Quomodo fiãt morbi, quomodo morbi curari debeant; morbi, qui à fortissimis partib. nascũtur magni sũt. Cap. 14. 447
De balneis viendo; quando

quando in morbis conueniant ea, quæ prouocant urinam, vel sudorem, quando balnea conueniant: quando febris non fit ex bile, aqua calida capiti superfusa, febrem soluit: in quo morbi statu conueniat balneum, & quibus morbis Cap. 15. 449.

Quando, & ex qua causa fiat putredo: quam naturam debeat habere illud, quod putrescit: quomodo accidat putredo. Cap. 16. 451

INDEX LIBRI QVARTI.

IN quo tractatur de febribus in vniuersali, & particulari: de febribus pestilentibus: de periculis: de variolis & earum curis.

Tria sunt febrium genera de diffinitione febris: quatuor sunt morborũ tempora: nullum est mortis periculum in morbi declinatione: qui sint morbi acuti, peracuti, acutissimi, & cronici, & quomodo cognoscantur. Cap 1. 455

De distinctione febris cõtinuę ab intermittente: febris continua fit a putredine humoris intrà venas, intermittẽs verò extrà venas morbi sunt longi, vel breues secundùm naturam humorum efficientium à qua causa fiat inflammatio, cancer, erysipelas & œdema febris tertiana fit a flaua bile: quartana ab atra. si febris est continua humor putrescit intrà vasa: si intermittens extrà vasa: de causa reditus febris intermittentis, de causa prolongationis paroxismorũ; de differentia inter tertianam, & causonidẽ, rigor in febribus est signum intermissionis. Cap. 2. 459

Febrium intermittẽtium tres sunt differentię, quatuer sunt causę intermissionis cuiusque febris Cap 3. 466

De curatione febrium putridarum, duplex est intentio curandę febris puri-

putrida: quando dolor capitis est cum febre, cura febris est dignior; non est dimittenda nigredo suprà linguam in febribus; si syncopes sit cum febre, cura syncopis dignior est; qui victus conueniat febricitantibus, qui bonos habent humores, febrire non possunt Cap 4. 468

Rigores in febribus sunt signa intermissionis febris, de causa rigoris. Cap 5. 471

De causa prolungationis agritudinis, febris continua est periculosa, intermittens periculo vacat, illa febres, quæ cum rigore inuadunt non sunt continua, quid sit considerandum ad cognoscendum periculũ in febribus Cap 6. 472

Externa causa, licet conferat ad cognitionem morbi, tamen non indicat; ex forma febris cognoscitur species febris; per consensum cerebri læsi potest fieri f bris Cap 7. 475

De febre ardente seù causonide, de humore ipsã faciente, de febre tertiana, & de differentia inter tertianam, & ardentem; in febre ardẽte flaua bilis putrescit in venis iecoris, cordis, ventriculi: in tertiana bilis putrescit per carnes, & ambitum corporis de differentia febris ardentis, & phrenitidis, de communitate febris ardentis cum tertiana, ex quo humore fiunt rigores in febribus ardentibus febris ardens fit, cùm flaua bilis putrescit intra vasa, tertiana verò quando eadem bilis putrescit per sensibiles corporis partes: quomodo fiat febris ardens & à qua causa proueniat sitis, de accidentibus febris ardentis febris ardens fit, vel à flaua bile, vel a salsa pituita; quomodo fiat flegma salsum. Cap. 8. 478

Si in febre ardente nõ adsit sitis, vel naturales ventriculi facultas læsa est, vel mens agrotat, & de hac re digna assertiũ tur historia; duo sunt propria febris ardentis signa, summa sitis &

ma

maximus ardor, mania differt aphrenitide quia mania est sine febre, phrenitis cũ febre acuta fluxus sanguinis narium confert febri ardenti. Cap. 9. 483

Ex putredine sanguinis in vtero potest fieri febris continens, ex fracturis etiam offertur casus de febre acuta cum tenesmo, quid sit causa tremoris, & causa desipientia, de causa surditatis in febribus, ponuntur quadam animaduersiones à Medico considerandæ in morbis. Cap. 10. 489

De febre tertianæ quomodo incipiat paroxismus tertianæ, & quomodo cognoscatur, quomodo eueniant paroxismi duarum tertianarum, & quartanarum, & quod ipsam febris formam debemus inspicere, in tertiana non pura probatur decoctio de absynthio post septimam diem, in febre tertiana si materia inclinat ad os stomachi per vomitum est expellẽda, de qualitate flauæ bilis, & de curatione tertianæ per clysteres, & vrinam, probatur decoctio absynthij. Cap. 11. 493

De semitertiana, seu hemitritæo quid sit hemitritæus, & eius causa, de differentia tertianæ nõ puræ cum hemitritæo, declaratur quid sit hemitritæus, de modo originis hemitritæi, ad cognoscendam concoctionẽ vel cruditatem morborum vim maximam habent vrinæ C. 12. 495

De febre quotidiana febris quotidiana, paucis exceptis ad integram quietem peruenit, numquã vidit Galenus iuuenem biliosa temperatura hac febre correptum, de qualitate febris quotidianæ. Cap. 13. 501

De febre quartana, rarò reperitur continua, quartana vt plurimùm euenit in successione febrium diuersarum putridarum, multotiès ratione splenis affecti, perducit ad hydropem, quartanae est securissima & liberat ab alijs morbis, sed quando lien est male affectus sequitur aqua

aqua intercutem, longa est quartana, qualis sit lienosorum potus. Cap 14. 502

In morbis atræ bilis non accenditur febris, nisi priùs atra bilis putrescat, sanguis duplici ratione putrescit, si sanguis corrumpitur pars tenuior fit bilis, crassa fit atra, atra bilis est mordentis, & erodentis faculatis, quomodo fiant quædam febres, quomodo aliqui febricitant, quomodo febres ex bubonibus differunt ab ijs, quæ ex putredine eueniunt. Cap. 15. 504

De febre hectica, duo sunt propria febris hectica signa primum, si semper sibi similis est alterum, si æger se febrire non sentiat, febris hectica oritur, vel ex lassitudine, vel ira, vel curis, vigilijs, tristitijs, & longa inedia, quomodo tractandi hi ægroti, qui vult optimè mederi, oportet, vt morbum cognoscat præsentem, & futurum prænoscat. de duplici ortu febris hectica, & de differentia inter tabidos, & marasmum, quando exquisita existit tales; proprium febris hecticæ signum est si clato cibo, æger caliditatẽ sentiat, febris hectica fit quandoque ex febribus ardentibus, & acutis, & præsertim quãdo febres ardentes rectè non sint curatæ, ac præcipuè quia cùm aquæ frigidæ potu indigerent, præter id, quod ea non fuit bibita, nullum aliud refrigerans medicamentum thoraci, ac præcordijs appositum est, interneq; inflammationes nisi rectè curentur, in hectica desinunt Cap. 6 508

De inditijs quib cognoscẽtur purulenti febris hectica non fit, nisi a causis procatharticis, quã doque febris hectica accidit post febres ephimeras, de gradibus febris hecticæ, & eius similitudine, de caliditate hecticorum post comestionem, iterùm si interne inflammationes non rectè curentur in tabẽ trãseunt quomodo accidat febris hectica, de ata.

ætate, in qua euenit tabes. Cap. 17. 513

De prognostico, & signis tabidorum; quid sit tabes & de eius periculo; pulmonum vlcera adsanandum sunt difficillima; quid sit marcor, senectutis marcor dissolui non potest: quæ vlcera pulmonum sint sanabilia, de causis vlcerum pulmonis, vlcera pulmonis fiunt etiam ex catarrho, & destillatione corrosiua etiam ex salsa destillatione descendente ex capite, de dispositione præparatorij ad pthisim, & de eorum figuris Cap. 18. 519

De cura pthisis, per quas partes curentur pthisici, de dando lacte, quomodo debeat sumi lac: lac, ptisana, & alica conueniunt in hoc malo; lac non est tenẽdum in aere qui cibi sint dandi hecticis, & cuius naturæ debeant esse cibi; a melle est abstinendum in hecticis, lacti debet permisceri sal, vel mel, & meliùs saccarum. bolus armena conuenit, & saccarum rosatũ quod nam lac sit melius pro pthisicis lac etiam datur pro stomachi siccitate. Cap. 19. 526

De febre pestilenti, & maligna, febris pestilens à putredine originem habet, quomodo proueniat febris pestilẽs, de distinctione febris pestilentis, & maligna ab alijs febribus putridis, calor febris pestilentis non est vehemens, febris pestilens est quieta exterius, conturbans interius, & de eius accidentibus & periculo, quæ tempora sint apta ad faciendam febrem pestilentem, & quæ corpora sint magis disposita Cap. 20. 530

De cura febris pestilentis, cura eius est exsiccatio cum phlebotomia, & solutione ventris, in magna peste, quæ Romæ degebat, nullus perijt, qui bolum armenũ potauit. Cap. 21 535

De variolis, & peticulis, quid sint variolæ, & ex qua re fiant variolę & peticulę quale corpus sit variolis, & peticulis magis præparatũ, vt plurimùm variolę acci-

accidunt infantibus de duplici tempore & cau ſa ipſarum generatio nis, de differentia inter variolas, & peticulas; quales ſint magis peri culoſa hominib pluriès poſſunt euenire variolę, & petic. Cap 22. 537

De morbillis. ideſt peticu lis; morbillus omnis eſt variola colerica; de dif ferentia inter peticulas, & variolas. Ca 23. 539

De cura variolarum, & morb llorum; in cura variolarum, & petieu- larum oportet extrahe- re ſa guinem per venã, & tempus eſt vſque ad quartum diem; quando procedunt variola, & morbilli non oportet re frigerare. Cap. 24. 540

Tempora applicandorum remediorum nõ ex cau ſa notione, atq; eſſentia capiuntur; prima indi cationes à morbis ſunt ſumenda; ponũtur qua- dam regula circà indi- cationes. quid ſit, quod magis indicat; quatuor in totum ſunt genera euacuationum, qua ex partium natura oriun- tur. Cap. 25. 542

Quando Theriaca eſt dã- da in febre quartana; vehementia doloris & cauſa ſolutionis virtu- tis; omnes vena corporis in pedum, & manuum digitos defluũt: aqua fri gida leuat articulorum dolores, & podagricos; omnia ex elemẽtis eõſtã tia intereũt. Ca. 26. 544

Quomodo fiant calculi re- num, & veſica; quibus acetum conferat; an dentes doleant; de ſiti; ea, qua eduntur, & bi- buntur, debent propor- tionari eis, qua [illegible] tur, quid ſit cauſa vitij: vigilias morbi cruditas cõſequitur. propter quid oculis lucis ſplendores fiant caro ſenſum non habet; de effectu vigilia in ſtomachis; quatuor ſunt ſenſoria; quando Puer lactans febricitat, rectificatur lac matris eius. Cap 27. 547

De virtutib. theriaca. 550

Et de virtutib. Aloes. 657

Et ità Auxilio Altiſſimi Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum eſt finis huius Operis.

NOI REFORMATORI
dello Studio di Padoua,

HAuendo veduto per fede del P. Inquisitore nel Libro intitolato Flores Medicinales di Giacinto Bouio non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Catolica, ✠ parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza à Francesco Salerni, e Zuanne Cagnolini di poterlo stampare osseruando gl'ordini, &c.

Dat. 24. Ottobre 1668.

Aluise Contarini K. Proc. Ref.

Angelo Correr K. Proc. Ref.

Angelo Nicolosi Segr.

43006

ARCHIVIO VENETO
VENEZIA

NEL VENETO
VENEZIA



BOVI
FLORES
MEDICINALES

ATENEO
BIBLIOTECA
VENETA
VENEZIA